ētia. ⁊ tali dilectione angeli quodāmodo diligebant deum ſupra ſe: q: ei maius bonū ꝙ ſibi optabant. ſ. eē deū quod ſibi non volebant: ſed aliquod minus bonum: ſed tamen intenſius ſibi volebant bonum creatū ꝙ bonū diuinū. Sed iſta reſponſio nō poteſt ſtarē oportet enim ponere angelos ad eum habuiſſe dilectionem amicicie cum ſm̄ bona naturalia ſimilitudo diuina in eis reſplenderet hoc aūt eſt rōne amicitie qua ꝗuis habeat dilectiones ⁊ vtilitates annexas non tamen ad has oculus amantis reſpicit: ſʒ ad bonum amatum. ergo in corde amantis prepōderat bonum amatum omnibus vtilitatibus vel delectationibus que conſequuntur ex amato. Sed nullū bonum erat in angelo quod non eſſet in ipſo amato ſ. deo. ergo plus diligebant bonum amatum omnib⁹ vtilitatibus vel delectationibus que conſequuntur ex amato: ſed nullum bonum erat in angelo quod nō eſſet in ipſo amato. ſ. deo. ergo plus diligebant bonū amatum diuinum ꝙ bonum quod ipſi erant vel qđ in eis erat: ⁊ hec eſt alia opinio. ¶ Ad primum ergo dō ꝙ actus caritatis poteſt dici dupliciter: vel qui ē ex caritate: ⁊ hoc non eſt niſi in habente caritatē: vl' qui eſt ad caritatem non ſicut meritorius vel ꝯgeneratiuus: ſed ſicut preparatiuus: ⁊ ſic actus caritatis ante caritatem habitam hrī poteſt. ſicut facere iuſta eſt ante habitum iuſticie. vel poteſt dici ꝙ in amicicia caritatis mouetur animus ad amandum deū ex ſimilitudine gratie: ſed in dilectione naturali ex ipſo bono nature qđ etiam eſt ſimilitudo ſumme bonitatꝭ: ⁊ propter hoc dicitur ꝙ cum dicitur ꝙ habens caritātē diligit deum propter ſeipſum. ly propter deo tat habitudinē finis ⁊ efficientis: q: ipſe deus ſuperaddit nature: vnde in eius dilectionem tendit. ſed cum dicitur de carente caritate: ꝙ diligit deum propter ſeipſum: ly ꝓꝑ denōtat habitudinem finis ⁊ non efficientꝭ proximi niſi ſicut deus in omni natura operante operatur. ¶ Ad ſcđʒ dō ꝙ natura in ſe curua dicitur q: ſemper diligit bonum ſuum non tamen oʒ ꝙ in hoc quieſcat intentio qđ ſuum eſt. ſed in hoc quod bonum eſt. niſi enim ſibi eſſet bonum aliquo modo vel ſecundum veritatem vel apparentiam nūꝙ ipſum amaret. non tamen propter hoc amat: q: ſuū ē ſed q: bonum eſt: bonum enim eſt per ſe obiectū voluntatꝭ. ¶ Ad tertiū dō. ꝙ ꝗuis cuilibʒ nē create agēti ex ſua actiōe ꝓueniat aliqđ cōmodū ñ tñ oʒ ꝙ illud ꝯmodū ſit intentū: ſicͭ pʒ ī amicicia honeſtoꝝ. ¶ Ad quartum dō ꝙ finis eſt duplex quidam proportionatus rei receptus in ipſa vt perfectio inherens ſibi ſicut ſanitas in operationibus medicine: ⁊ q: iſte finis non eſt ſecundum eſſe niſi in eo cui acquiritur iō abſolute non amatur ab aliquo ſupra ſe. ſed ſe eſſe ſub tali perfectione amatur ſupra ſe eſſe ſimpliciter. ſed ē quidam finis per ſe ſubſiſtens non dependens ſm̄ eſſe a re que eſt ad finē ⁊ iſte finis deſideratur quidem acquiri: ſed amatur ſupra id qđ acquiſitū ē ab illo: ⁊ talis finis eſt deus vt ſupra dictum eſt. ¶ Ad quintū dō ꝙ bona naturalia pro vt in eſſe nature cōſiderantur remanent integra poſt peccatum tamen peruertuntur quātum ad rectum ordinē quē habebant in gratia vel virtute: ⁊ hanc rectitudinem conſequebatur ſup omnia deū diligere. ¶ Hic q̄ri ſolʒ ⁊c: ponitur hic duplex angelorum cognitio: vna ſpeculatiua qua cognoſcebant deū: ſeipſos: ⁊ alias creaturas. Et alia practica ſequens eorum operationē que ad eos pertinebant qua cognoſcebant quid eligere ⁊ reſpuere deberent ⁊ hoc erat ſimilis cognitioni prudentie in nobis.

Di. Quarta.

An perfectos ⁊ bonos creauit deus angelos: an miſeros ⁊ imperfectos.

p **Oſt hec videndum** ē vtrū pfectos ⁊ beatos creauit deus angelos: an miſeros ⁊ impfectos. Ad qđ dici pōt ꝙ nec ī beatitudine nec ī miſeria creati ſūt. Miſeri.n. añ peccatū eē ñ potuerūt: q: ex peccato miſeria ē. nā ſi ñ fuiſſet pctm̄ nulla eēt miſeria. Beati quoqʒ nō ꝙ fuerūt illi q ceciderūt: q: ſui euētus ignari fuerūt. i. peccati ⁊ ſupplicij futuri. Si.n. lapſū ſuū pſcierūt: aut vitare voluerūt: ſʒ ñ potuerūt: ⁊ ita erāt miſeri: aut potuerūt. ſʒ noluerūt: ⁊ ita erāt ſtulti ⁊ maligni. Jđoqʒ dicimus q: nō erāt pſcii euētus ſui: nec eis data ē cognitō eoꝝ q̄ futura erāt ſup eos. Boni vero q pſtiterūt: forte ſue beatitudinis pſcii fuerūt. Vñ Aug. ſup Geneſiʒ. Quomō inquit beatus īter angelos fuit: q futuri peccati atqʒ ſupplicii pſcius nō fuit? Querit̄ aūt: cur nō fuerit? forte de⁹ diabolo reuelare noluit qđ facturus vl' paſſurus eēt. Ceteris vero reuelarī voluit ꝙ ī veritate māſuri eēnt. His verbis vr̄ Aug. ſignificare ꝙ angeli q corruerūt nō fuerūt pſcii ſui caſus ideoqʒ beati ñ fuerūt: ⁊ ꝙ ageli q pſtiterūt beatitudinē ſibi affuturā pſcierūt: atqʒ de ea certi ī ſpe extiterūt: vñ quodāmō iā beati erāt. ⁊ re uera ſi ita fuiſſet: poſſʒ dici illos aliquo mō fuiſſe beatos: alios vero qui neſcierūt euentum ſuū non.

Qđ oppinādo hec dixerit: nō aſſerēdo. ſ. ꝙ angeli q pſtiterūt pſcii fuerint ſui boni.

s Ed hec magis opinādo ⁊ q̄rēdo dicit Aug. ꝙ aſſerēdo. Vñ ⁊ huic opinioni opponēs ꝯſeq̄nter ſubdit. Sʒ q̄re diſcernebāt illi a ceteris: vt deus iſtis q̄ ad ipſos ptinerēt ñ reuelaret: aliis vero reuelaret: cū nō pus ſit ipſe vltor ꝙ aliqs peccator. ñ.n. dānat deus innocētes. Hic vr̄ innuere ꝙ nō peccaturis futuꝝ malū: nec pmāſuris futuꝝ bonū reuelauerit. Jđoqʒ nec illi q ceciderūt vnꝙ: nec illi q pſtiterūt vſqʒ ad ꝯſumationē beati fuerūt: q: beati ñ poterāt eē: ſi de beatitudine certi ñ erāt: vl' ſi dānatōis icerti erāt. Vñ Aug. ī eodē. Dicēte inq̄t de angelis ꝙ ī ſuo genere beati eē poſſunt: damnationis vel ſalutis incerti: quibus nec ſpes eſſet ꝙ mutandi eſſent in melius: nimia preſumptio eſt. quomodo enim beati eſſe poſſunt. q̄bus eſt incerta ſua beatitudo?

Summa colligitur predictorum: confirmans omnes angelos ante confirmationem vel lapſum non fuiſſe beatos niſi quis beatitudinem accipiat illum ſtatum innocentie in quo fuerunt ante caſum.

Ex predictis conſequitur ꝙ angeli
b qui corruerũt nunꝗ̃ beati fuerũt niſi beatitudinem aliquis accipiat illũ ſtatũ innocẽtie in quo fuerũt ante pctũ. Illi vero q pſtiterũt: aut ſuã beatitudinẽ futuram deo reuelãte pſcierunt; ⁊ ita ſpei certitudine aliquo mõ beati fuerũt vl' icerti extiterũt ſue beatitudinis: ⁊ ita aliter bti nõ fuerũt ꝙ̃ reliq qui ceciderunt. mihi aũt qḋ poſterius dictũ eſt probabili⁹ videtur.

Reſpõſio ad id qḋ q̃rebat̃ an angeli cẽnt creati pfecti: an imperfecti: ⁊ dr̃ ꝙ pfecti fuerũt ſm aliqd ⁊ impfecti ſm aliquid.

Ad hoc aũt qḋ q̃rebat̃ vtrũ pfecti vl'
a impfecti fuerit creati: dici pt̃ q̃ quodã mõ pfecti fuerũt: ⁊ quodã alio mõ imperfecti. Non enim vno modo dicit̃ aliquid perfectum ſed pluribus.

Qḋ tribus modis dr̃ pfectũ ſcḋm tp̃s: ſm naturã: ⁊ vniuerſaliter perfectum.

Dicit̃ nãqꝫ pfectũ tribus modis. Eſt enĩ pfectũ ſm tẽp⁹: ⁊ ẽt pfectũ ſm naturã: ⁊ ẽt pfectũ vniuerſaliter. Scḋꝫ tẽpus pfectum ẽ: qḋ hꝫ quicquid tempus requirit: ⁊ conuenit ſm tempus haberi. ⁊ hoc modo angeli erant perfecti ante confirmationem vel lapſum. Secũdũ naturam pfectũ eſt quod hꝫ quicquid debitũ eſt vel expedit nature ſue ad glorificationẽ. ⁊ hoc modo perfecti fuerũt angeli poſt confirmationeꝫ: ⁊ erunt ſancti poſt reſurrectionem. Uniuerſaliter et ſumme perfectum eſt: cui nihil vnꝗ̃ deeſt: et a quo vniuerſa proueniunt bona. quod eſt ſolius dei. Prima igitur perfectio eſt nature condite: ſecũda nature glorificate. ⁊ tertia nature increate.

Predicta tãgit breuiter addẽs q̃les fuerũt angeli in cõuerſione ⁊ auerſione.

Quales fuerĩt angeli in creatiõe oſtẽ-
q ſum eſt: boni. ſ. ⁊ non mali. ⁊ iuſti. i. innocentes: ⁊ perfecti quodammodo: alio vero imperfecti. beati vero nõ fuerũt vſqꝫ ad confirmationẽ: niſi beatitudo accipiat̃ vt iam dictum eſt: ille ſtatus innocentie ⁊ bonitatis in quo conditi ſunt.

Oſt hoc videndum ⁊c. Oſtenſo quales fuerunt angeli in pncipio ſue creatiõis
p quãtum ad naturã ⁊ quãtũ ad culpã et innocentiã. hic inquirit quales fuerunt quantum ad gloriam ⁊ miſeriam. ⁊ diuiditur in partes tres in prima mouet q̃õnẽ. In ſcḋa determinat eam ibi. Ad qḋ dici poteſt ⁊c. In tertia epilogat ea que dixerat ibi quales fuerunt angeli ⁊c. ſcḋa ps diuitur in. d. ſm duas q̃ões propoſita ſibi. quaꝝ pmo querebat de beatitudine in ſcḋa de pfectione beatitudini annexa quam ibi determinat. ad hoc autẽ qḋ querebatur. Circa primũ tria facit. primo determinat q̃õnem quantum ad malos ſcḋo quãtum ad bonos. ibi. boni vero qui perſtiterũt. tertio ſolutionis veritatem poſt inquiſitiõem colligit ibi ex predictis cõſequitur ⁊c. Circa ſecundum duo facit. primo ponit quandam viam per quam videtur angelos bonos beatos creatos. ſecũdo excludit eaꝫ. ibi. ſed hec magis opinando ⁊c. Hic tria queruntur. primo vtrum angeli in principio ſue creationis beati fuerunt vel miſeri. ſecũdo ſi non: vtrum beatitudinem ſuam vel miſeriam preſciuerunt. tertio. vtrum perfecti gratia creati ſunt. ¶ Ad primum proceditur ſic. videtur ꝙ angeli creati ſunt beati. primo per Auguſtinũ i libro de eccleſiaſticis dogmatibus. qui dicit ꝙ angeli qui in illa in qua ſunt creati beatitudine perſeuerant non natura: ſed gratia preſident vt non mutãtur: ſed angeli boni de quibus loquitur perſeuerãt i beatitudine perfecte glorie. ergo videtur ꝙ in illa creati ſunt: Preterea tota ſubſtãtia beatitudinis cõſiſtit i dei viſione. vnde dicitur. Jo. xvij. hec ẽ vita eterna ⁊c. ſed angeli i principio ſue creatiõis deum viderunt alias in verbo creaturas nõ cognouiſſent cognitione matutina quam Auguſtinus ponit. ergo videtur ꝙ beati creati ſunt. ¶ Preterea ſupra dictum eſt ꝙ angeli in principio ſue creationis aliquaꝫ cognitioneꝫ de deo habuerũt non anteꝫ cognouerũt in ſpeculo ⁊ enigmate ſicut nos modo: vt dicitur. i. cor. xiij. q: obſcuritas enigmatis eſt rationis obumbrate per continuum tempus inquantũ a ſenſibus ⁊ fantaſmatibus cognitionem inquirendo accipit. ergo cognouerunt per ſpeciem: ⁊ ita beati fuerunt. ¶ Preterea venire de poſterioribus in priora ḋ cãtis in cauſas: eſt virtutis inquirentis ⁊ conferentis: ſed intellectus angelicus non ẽ huiuſmodi quinimo dei formiter intelligit ſine iquiſitiõe ſicut nos prima pricipia: quorum eſt itellectus. ergo videtur ꝙ deuꝫ ñ ex creaturis cognouerũt: ſed ipſum i ſe: ⁊ ita viſionem glorioſam habuerũt. ¶ Sed contra. de ratiõe beatitudis ẽ ſtat⁹ ꝯfirmatio. vñ boetius dicit. Quid me felicem tociens iactaſtis amici: Qui cecidit ſtabili nõ erat ille gradu. ſed angeli i pricipio ſue creatiõis ñ fuerunt ꝯfirmati omnes: quod quorũdam caſus oſtẽdit. nec etiam quidam aliis ñ cõfirmatis q: culpam ñ potuit precedere diſtinctio i carẽtia beneficiorum que a deo ꝯferebãtur. ergo videtur ꝙ non fuerũt creati beati in pricipio ſue creatiõis. ¶ Preterea ſil' boni angeli effecti ſũt bti ⁊ mali angeli miſeri ꝗ vr̃ ꝙ cũ mali ãgeli i pnci° ſue creatiõis ñ fuerit miſeri ſic nec peccatores: ꝙ nec boni i pricipio ſue creatiõis beati fuerũt. ¶ Reſpõdeo dḋ. ꝙ beatitudo ſiue felicitas eſt i perfectiſſima operatiõe habẽtis ratiõem ⁊ intellectum: itellectus autem perfectiſſima operatio eſt in contemplatione altiſſimi intelligibilis quod deus eſt. Unde tam dei ꝙ̃ angeli ꝙ̃ etiam hominis vltima felicitas ⁊ beatitudo dei contemplatio eſt non ſolum ſecundum ſanctos: ſed etiam ſecundum phos. hanc etiam operationem non eſt poſſibile equaliter in oibus inueniri. vnde beati-

tudo vniuſcuiuſq; ꝯſiſtit inq̄tātū. hāc operationē attingit ſcḋm modū ſue perfectionis. ⁊ iō diuerſimode inuenitur in deo et in angelo ⁊ i homine ſecundū eorū naturalia conſideratis. Ipſe enim deus ſeipſum p eēntiam ſuam videt: ⁊ non per aliquā ſui ſimilitudinem: intellectus autem angeli naturali cognitione ipſum uidet per ſimilitudinem eius acquiſitam in ipſo. vn̄ in libro de cauſis dicitur, ꝙ intelligentia ſcit quod ē ſupra ſe inquantum eſt creata ab eo. vnde ſimilitudinem diuini eſſe pticipat ſm modum ſuum: ſed intellectus humanus non peruenit ad hanc viſionē naturali cognitione niſi per ſimilitudinem ex creaturis receptam inquantum per ea que facta ſunt inuiſibilia cognoſcit vt dicitur ro. i. Et ḋſt h triplex viſio ut ſenſibiliter loquamur: ſicut oculus uidet lucē exiſtentem in pupilla non per aliquam ſpeciem eius: ⁊ hec eſt ſimilis viſioni exemplariter qua deus videt ſe. Sed viſio qua angelus videt deū eſt ſimilis viſioni qua aliquis videt hominem per ſimilitudinē immediate ab ipſo receptam. ſed viſio intellect⁹ humani qua deum videt ſimilis eſt illi viſioni qua aliquis hominem videt intuendo ſpeculum in quo hominis imago reſultat: ⁊ propter hoc dr̄ i ſpeculo videre. i. cor. xiii. ⁊ in hac beatitudine viſionis diuine que natura^r angel' debetur angeli creati ſunt. ⁊ hec eſt perfectio eorum ſm tempus illud. Sed eſt alia pfectio in qua per nām ſuam non poſſunt deuenire, cuius tamen capaces ſunt vt. ſ. ipſum deū in eſſentia ſua videant non per aliquam ſimilitudinem receptam vt eorum beatitudo diuine beatitudini ſit ꝯformis: ⁊ i hac beatitudine creati nō ſunt ſed ad eā aliis cadentibus peruenerūt. ¶ Ad primum ḋḋ: ꝙ aug⁹ nominat beatitudinem illam viſionem dei naturalem per quam tamē nō erāt beati ſimpliciter. cū maioris perfectiōis capaces eſſent: ſed ſm quid. ſ. ſecundum tempus illud. ſicut ⁊ phs in pmo ethicoꝝ dicit aliquos in hac vita beatos non ſimpliciter: ſed vt homines. ¶ Ad ſcḋm ḋḋ. ꝙ videſt verbum per ſimilitudinem verbi in eis impreſſam non tamē i hoc eſt vltima eorum beatitudo vt dictū eſt. ¶ Ad tertium ḋḋ. ꝙ non proprie dicitur illa cognitio ſpecularis: ſicut homo nō dicitur videre in ſpeculo illud cuius ſimilitudo in oculo ſuo relinquitur. niſi ipſe oculus ſpeculū diceref i quo ſpecies rei reſultat. nec tn̄ eſt viſio beata vt dictum eſt. ¶ Ad quartum ḋḋ. ꝙ virtutis cognoſcitiue eſt vna conuerſio in ſpeciē rei ⁊ in rem ipſam. vnde ex hoc ꝙ aliquis per ſpeciem rei quam apud ſe habet: rem illam cognoſcit non dicitur conferre: ſed ex eo ꝙ ex ſimilitudine vnius rei aliam rem accipit: ⁊ ita pꝫ ꝙ non oꝫ itellectū angeli ponere collatiuum ⁊ inquiſitiuum.

a D ſecūdū ſic proceditur. videt ꝙ angeli ſuā miſeriā vel beatitudinē preſciuerīt. ſicut. n. angeli ita ⁊ hominis miſeria ē per peccatū: ſꝫ homini ſuū peccatū qn̄q; prenūtiat. ſicut dn̄s petro futurū peccatū predixit vt le^r Mathei. xxvi. ergo vr̄ ꝙ etiā angel' ſuū caſum pnūciare debuerit. ¶ Preterea Bernardus de gradib⁹ humilitatis dicit ꝙ diabolus pūidit ſe ſup malos pncipatū biturū. pp hoc i latere aquilonis ſoliū ſuū ponere volebat ut dr̄ Yſaie. xiiii. ſed non ē factus pnceps maloꝝ niſi p peccatū. ergo vr̄ ꝙ peccatū ſuū pſciuerit. ¶ Preterea ante peccatū nullius dolor vel pena preceſſit in angelis: ſed eē incertum de ſua ſalute eſt ſanctis magnā cā doloris vt dicit Gregorius ſup illud iob iij. viro cuius abſcondita eſt via ⁊c. ergo videtur ꝙ boni angeli certi fuerunt de ſua ſalute. ⁊ ita etiā mali de ſuo caſu. ¶ Preterea quāto aliquid eſt magis remotum a cognoſcente tanto minus ſubiacet cognitioni eius: ſed magis diſtant ab angelis ea quorum ipſi non ſunt cauſe: ſicut res naturales quarū cognitionem habebant: q̄ꝫ motus li. arbitrii quibus ſunt ꝯuerſi vel auerſi quorum ipſi ſunt cauſe. ergo ſuā cōuerſionem et auerſionem preſciuerunt. Sed ꝯ. quicunq; eſt certus de malo futuro non poteſt ſimul ſperare bonum contrarium. ſi ergo angeli qui ceciderunt preſciuiſſent ſuum caſum oportebat eos deſperare de beatitudine adipiſcenda. ergo fuiſſent deſperati anteq̄ꝫ peccaſſent qḋ eſt inconueniens. ¶ Preterea omne quod quis apprehendit oportet ꝙ ſit vel conueniens ſue voluntati vel diſcordans: ſed malum culpe non poteſt eſſe concordans voluntati peccantis ſiue peccato. nec poteſt aliquid cognitum diſcordare a voluntate ſine dolore ⁊ pena. ergo ſi caſū ſuum preſciuerunt oportet ꝙ pena vel culpa in eis precederet primam culpam: quod eſt impoſſibile. ¶ Rx° ḋḋ ꝙ aliquid poteſt pcognoſci dupliciter vel cognitione certa ſicut ea que habent cauſas determinatas infallibiles vt ſolem oriri cras. vel cognitione coniecturali ſicut ea que habent cauſas determinatas vt i maiori parte. ſicut medicus precognoſcit ſanitatem futuram ⁊ nauta tempeſtatem. cū ergo caſus ⁊ confirmatio angelorum dependeant ex libero arbitrio quod non eſt eā determinata ad vnū non potuit eorum precognitio haberi ſecundum certitudinem niſi a deo qui preſentialiter omnia intuetur. ſed tamen ſm coniecturam poterant preſumere omnes ſe habituros beatitudinem: quia ad hoc eorum natura erat magis inclinata velut ad hoc inſtituta: ſed ſuum caſum preſcire non poterant ex ſe ipſis. nec per coniecturam nec per certitudinem: ſed tantum potentiam cadendi. nec etiam fuit congruū a deo eis reuelari. ne pena culpam precederet. nec iterum bonis ſuam confirmationē. ne diſtinctio culpam precederet vt in littera dicitur. Si tamen utriſq; reuelatū fuiſſet recepiſſent id non ſecundum certitudinem pro vt in deo erat: ſed ſecundum modū ſuum quaſi ad cautelā dictū. ¶ Ad primū ḡ dicendum ꝙ Petrus etiam domini prenunciationem accepit non per certitudinem ſed ad comminationē dictam. Preterea non eſt ſimile de homine ⁊ de angelo: q: homo cadit repabiliter. vnde deſperare nō cogitur ex preſcia caſus: ſed angelus ſic: eius enim caſus ē irrepatabilis. ¶ Ad ſecūdum dicendū, ꝙ quādo ad aliquod conſequens poteſt per multa diuerſa antecedentia veniri contingit conſequens ſcire ſine hoc ꝙ an̄s determinate ſciatur: ſicut Joſeph preuidit ſuum dominium ſuper fratres: non tamen venditionem ⁊ alia ex quibus dominium conſecutus ē, ita ⁊ demon potuit preuidere ſuum principatum ſuper malos ſine hoc ꝙ caſum preſciret: q: poterat malorum princeps eſſe etiam bonus exiſtēs. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ i^a coniecturalis cognitio per quā de ſua bonitate preſumebant omnem dubitationem ⁊ anxietatem ab eis auferebat tamen hoc non erat i eis aliquid ad caſum trahens ſicut in nobis. ¶ Ad quartum. dicendū. ꝙ effectus naturales qui nō habent cauſas determinatas ad vnum preſcire nō poterant in cauſis ſuis. ſed tantum illa que ex cauſis naturalib⁹ determinatis ad vnū procedunt: ⁊ ita in ſe

ipſiſ cognoſcebant ea que in natura eorum determinata erant. non autem illa que ex lib. arbi. dependebant vt dictum eſt.

Ad tertium ſic proceditur. videtur ꝙ angeli
a non ſint creati in gratia: ſicut enim dicit Auguſtinus per celum quod primo creatū commemoratur datur intelligi informis natura ſpiritualis: ſicut in ſe poteſt exiſtere non conuerſa ad creatorem: ſed hec conuerſio per gratiam fit. ergo videtur ꝙ angelica natura creata eſt informis ſine gratia.
¶ Preterea ſicut ſupra in littera habitum eſt per ea que angeli in principio creationis acceperunt poterant ſtare: ſed non poterant proficere: ſed per gratiā poteſt aliquis mereri gratie augmentum: ⁊ ita proficere. ergo non fuerunt in gratia creati. ¶ Preterea Auguſtinus dicit ⁊ ſupra habitum eſt: ꝙ diabolus cōtinuo vt factus eſt non cecidit ab eo quod accepit: ſʒ quod acciperet ſi deo ſubdi voluiſſet: cecidit autem a gratia. ergo gratiam nondum acceperat.
¶ Preterea. ſecundum Auguſtinum per lucem primo creatam ſignificatur gratia angelorum. ſed q̃ꝫ cito facta eſt lux diuiſa eſt a tenebris per quas intelliguntur angeli peccantes: cum ergo nullus angelus fuerat tenebra per peccatum in principio ſue creationis: videtur ꝙ nec etiam fuerunt lux per gratiam.
¶ Preterea. cum in principio creationis non fuerit diſtinctio in angelis quantum ad gratiam ⁊ culpam ſi aliqui in gratia fuerint creati: omnes in gratia creati fuiſſent. ſed illi qui ceciderunt nunq̃ꝫ in gratia fuerunt. quia cum non fuiſſet in eis aliquid retrahens impetum gratie ſecuti fuiſſent dirigentis in deum. ergo videtur ꝙ nullus in gratia creatus ſit.
¶ Sed contra. Auguſtinus dicit ꝙ deus ſimul erat condens naturam ⁊ largiens gratiam. ergo in principio creationis gratiam habuerunt. ¶ Preterea. ſupra illud Oſee tertio. dilexerunt vinacia vuarum dicit glo. ꝙ demones in magna pinguedine ſancti ſpiritus creati ſunt: qua per peccatum ſunt priuati. ſed pinguedo. ſ. ſpūs eſt gratia. ergo in gratia creati ſūt.
¶ Preterea. ad diuinam liberalitatem pertinet vt gratiam infundat omnibus qui ſunt capaces gratie niſi in eis aliquid reſiſtens inueniatur multo amplius q̃ꝫ cuilibet materie diſpoſite formam naturalem tribuat. ſed angeli in principio ſue creationis motum liar. habuerunt nec aliquid in eis impediens fuit. ergo videtur ꝙ ſtatim in eis gratiam infudit. ¶ Preterea. gratiam per naturalia nullus mereri potuit: ꝑ que tamen ad eam ſe preparare poteſt. ſed preparatio ad gratiam poteſt eſſe etiam per vnum motum liberi arbitrii. ſicut pʒ i ꝯtritiōe. ergo videt̄ ꝙ cum motum lib. arbi. habuerint in principio creatiōis ſue ꝙ pro nihilo differtur gratie collatio. ⁊ ita videt̄ ꝙ ſtatim gratiam habuerunt. ¶ Reſpondeo dd: ꝙ circa hoc eſt duplex opinio. quidam enim dicunt ꝙ angeli non in gratia ſed in naturalibus tantum creati ſunt. ⁊ hec opinio eſt communior. Alii vero dicunt angelos in gratia creatos eſſe. harum autem opinionum que verior ſit non poteſt efficaci ratione deprehendi eo ꝙ creaturarum principium ex ſimplici creatoris voluntate dependet: quam ratione inueſtigare impoſſibile eſt. tamen ſm conuenientiam ad alia eius opera poteſt vna pars alia probabilius ſuſtineri. Illa enim opinio que ponit angelos in naturalibus tantūʒ creatos conſonat illi opinioni que ponit omnia ſimul in materia: non autem per ſpecies diſtinctas creata. q: ſicut ſe habet materia informis ad formas corporales: ita natura angelica ad gratiam. Illa autem opinio que ponit angelos in gratia creatos magis conſonat illi opinioni que ponit omnia in exordio creationis per ſpecies diſtincta: que opinio mihi magis placet abſq; alterius partis preiudicio: q: huic poſitioni precipue q̃tum ad gratiam angelorum plures ſanctorum auctoritates conſonare videntur.
¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ ſm Auguſtinum ī illa diſtinctione operum que in principio Gene. memoratur: non deſignatur ſucceſſio temporis: ſed ordo nature tantum. ſm ꝙ in via generationis eſt imperfectum ante perfectum ⁊ in eodem potentia ante actum: q̃uis actus ſimpliciter precedat potentiam.
¶ Ad ſecundum dōm: ꝙ dicuntur angeli non potuiſſe proficere: non q: mereri non poterant. ſed quia ꝑ ſuam virtutem in gloriam transferri non poterāt: niſi ampliori lumine infuſo. ¶ Ad tertium dōm: ꝙ opʒ dicere angelos qui peccauerunt ab aliquo quod habuerunt cecidiſſe: ſiue in gratia creati fuerint ſiue nō ſaltem ab inocentia vel rectitudine naturali. ⁊ ideo hoc quod dicitur: ꝙ cecidit ab eo qđ nondum receperat referendum eſt ad caſum a gloria. quod patet ex hoc quod premittitur: beate vite dulcedinem nō guſtauit ⁊c. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ ſicut in diaphano eſt aliquid de natura lucis lʒ imperfecte completur autem quando efficitur lucidūʒ in actu: ita ēt in principio creationis angelorum erat in eis aliquid de natura lucis vel gratie: vel ſaltem naturalis itellectus tantum. vnde oportet vt per hoc quod dicit̄ fiat lux intelligatur de luce perfecta que eſt gloria que non prius bonis infuit q̃ꝫ a malis diuiſi eſſent ſi tamen intelligatur celum factūʒ prius tempore ante lucem. ſi autem intelligatur non prius factum tempore ſed natura: vt Auguſtinus exponit in primo ſuper Geneſim: tunc poteſt intelligi de luce: ⁊ per tenebras non intelligitur peccatum angelorum ſed informitas corporalis creature que formāda reſtabat: vt ipſe in eodem exponit. ¶ Ad quintum dicendūʒ: ꝙ ex inclinatione gratie in bonum non poteſt concludi ꝙ habens gratiam a bono diuerti non poſſit etiāʒ ſi nihil habeat retrahens: niſi ſit perfecta gratia que fini coniungat: qualis eſt in beatis: quia habens gratiam non agit ex neceſſitate: ſicut nec neceſſitate nature que in bonum etiam ordinata eſt: ſed ex libertate volūtatis. Qui autem aliam opinionem ſuſtinēt reſpondent ad auctoritates exponentes gratiam nō pro gratia gratūʒ faciente: ſed pro alia gratia gratis data: ſicut eſt perſpicacitas ingenii vel aliquid huiuſmodi in hominibus. dicunt autem ad alias rationes ꝙ deus grām diſtulit vt oſtenderetur ꝙ diſtat inter poſſibilitatem nature ⁊ gratie: vt ſic creatura magis beneficium gratie acceptūʒ haberet. ¶ Quia ſiī euentus ingrati fuerunt ⁊c. eſt enim de ratione felicitatis vt felix ea que ad ipſum pertinent non ignoret q̃uis non requiratur ad eam omnium ſcientiam habere. Uniuerſaliter autem ⁊ ſumme perfectum eſt ⁊c. huic conſonat quod philoſophus dicit in quinto methaphyſice: illud eſſe ſimpliciter perfectūʒ qđ hʒ in ſe omnes perfectiones que in generibus rerum ī ueniuntur: ⁊ hanc perfectionem ibidem Commentator dicit eſſe in deo.

Diſtin. Quinta.

De cõfirmatione ⁊ conuerſione ſtãtium ⁊ auerſione ⁊ lapſu cadentium.

Oſt hec cõſideratio adducit inquirere quales effecti ſũt dũ diuiderentur auerſiõe ⁊ conuerſione. Poſt creationẽ nãq; mox quidã cõuerſi ſũt ad creatorem: quidã; auerſi. Cõuerti ad deũ fuit ei charitate adherere auerti odio habere vel inuidere. Inuidie nanq; mater ẽ ſuperbia: q2 voluerũt ſe parificare deo: i cõuerſis ⁊ quaſi i ſpeculo relucere cepit dei ſapiẽtia qua illuminati ſũt: auerſi vero excecati ſunt. Et illi quidẽ ꝯuerſi ſũt ⁊ illuminati a deo gratia apposita. Iſti vero ſũt excecati nõ i miſſiõe malicie: ſed ex deſertiõe gratie: a qua deſerti ſũt. nõ ita ꝙ prius dedita ſubtraheretur. ſed quia nũꝗ eſt apposita vt cõuerterent̃. hec eſt ergo conuerſio ⁊ auerſio qua diuiſi ſũt qui natura boni erãt: vt ſint alii ſupra illud bonũ qđ habebãt per iuſticiã bõi: alii illo corrupto per culpam mali: cõuerſio iuſtos fecit ⁊ auerſio iniuſtos: vtraq; fuit volũtatis: ⁊ voluntas vtrinq; libertatis.

De libero ar. breuiter tangit qđ dicẽs ſit.

Habebãt. n. oẽs li. ar. qđ ẽ libera potestas ⁊ habilitas volũtatis rõnalis
b
Poterãt. n. volũtate eligere qđ libz ⁊ rõne iudicare. i. diſcernere: i qbus ꝯſtat lib. ar. Nec creati ſũt volẽtes auerti ⁊ ꝯuerti: ſed habiles ad volendum hoc vel illud. ⁊ poſt creationẽ ſpõtanea voluntate: alii eligerũt malũ alii bonũ. ⁊ ita diſcernit deꝰ lucẽ a tenebris: ſicut dicit ſcriptura. i. angelos bonos a malis: ⁊ lucẽ appellauit diẽ ⁊ tenebras noctem: q2 bonos angelos gratia ſuã illuminauit: malos vero excecauit.

Poſt creationẽ aliqđ datũ ẽ ſtantibus p quod conuerterẽtur nec merito aliquo. ſ. gratia cooperata.

Iã aũt querit̃ vtrũ poſt creationẽ conuerſionis aliquid collatũ ſit per qđ
a
cõuerterent̃. i. diligerẽt deũ: dicimꝰ q2 eſt eis collata gratia cooperãs: ſine qua nõ põt proficere rationalis creatura ad meritũ vite. Cadere eni poteſt per ſe: ſed ꝓficere non poteſt ſine gratia adiuuante.

Qua gratia indigebat angelus: ⁊ qua non.

On indigebat angelus gratia p quã iuſtificaret̃: q2 malus nõ erat: ſ3 qua ad diligẽdũ deũ ꝑfecte ⁊ obediendũ adiuuaret̃. Operãs qdẽ gr̃a dicit̃ qua iuſtificat̃ impiꝰ. i. de impio fit pius: ꝺ malo bonꝰ. Cooperãs vero qua iuuat̃ ad bene volẽdũ efficaciter: ⁊ deũ ꝑ oibus diligẽdũ: ⁊ ad operandũ bonũ: ⁊ ad ꝑſeuerãdũ i bono ⁊ hmõi. de quibꝰ poſtea plenius agemus. Data ẽ ergo angelis q ꝑſtiterũt cooperãs gr̃a p quã cõuerſi ſũt vt deũ ꝑfecte diligerẽt. Cõuerſi ergo ſũt a bono qđ habebãt nõ ꝑdito ad maiꝰ bonũ qđ nõ habebãt. Et eſt facta iſta cõuerſio per gr̃am cooperãtẽ libero arbitrio: que gr̃a aliis qui ceciderũt apposita nõ fuit.

An ſit ĩputãdũ illis q auerſi ſunt.

Deoq; a qbuſdã obiici ſolet: nõ eſſe imputandũ illis q auerſi ſũt ⁊ nõ cõuerſi. q2 ſiñ gr̃a ꝯuerti nõ poterãt. S3 illa nõ ẽ eis data. nec culpa illoꝝ fuit q nõ eſt data q2 i eis nulla culpa adhuc ꝑceſſerat. Ad qđ dici põt: q̃ñ qbꝰ apposita ẽ ipſa gr̃a: non fuit ex meritis eoꝝ. Alioqñ iã nõ eẽt gratia ſi ex merito qđ eẽt ante gr̃am daret̃.

Qua cl'pa gr̃a nõ ẽ data eis q ceciderũt.

Uod vero aliis nõ ẽ data culpa coꝝ fuit: q2 cũ ſtare poſſent noluerũt quouſq; gr̃a apponeret̃: ſicut alii ꝑſtitert donec illis cadẽtibꝰ p ſupbiã eis gr̃a apposita. Apte ergo cadẽtiũ culpa i hoc deprehẽdi põt. quia l3 ſine gr̃a neqrent ꝓficere quã nondũ acceperãt: p id tñ qđ eis collatũ erat i creatiõe poterãt nõ cadere. i. ſtare: q2 nihil erat qđ ad caſũ eos cõpelleret: ſ3 ſua ſpõtanea voluntate declinauerũt: qđ ſi nõ feciſſent: quod datum eſt aliis: vtiq; daretur ⁊ iſtis.

Qđ angeli i ipſa cõfirmatiõe beati fuerũt ſed vtrum eam meruerit per gr̃aʒ tũc ſibi datã: ãbiguũ ẽ: ꝺ hoc. n. diuerſi diuerſa ſentiũt.

Ic queri ſolet vtrũ i ipſa ꝯfirmatiõe btĩ fuerint angeli: ⁊ an ipſam beatitudineʒ aliquo mõ meruerit. Qđ i ipſa cõfirmatiõe btĩ fuerit: plꝛes teſtant̃ auctoritates. ⁊ idõ p cõſtãti habẽdũ eſt: vtꝝ vero p gr̃aʒ tũc ſibi datã ipſaʒ btĩtudinẽ meruerit ambiguũ eſt. Quibuſdã eni placet ꝙ eã meruerit p gr̃am quã in cõfirmatiõe perceperũt: ſimulq; in eis meritũ ⁊ premiũ fuiſſe dicũt: nec meritũ ꝑceſſiſſe premiuʒ tꝑe: ſed cã. Aliis aũt videt̃ ꝙ btĩtudinẽ quã receperũt i ꝯfirmatione p gr̃am tũc appositã nõ meruerit: dicẽtes tũc nõ fuiſſe eis collatã gr̃am ad merendũ: ſed ad beate viuendũ: nec tunc eis datuʒ eſſe bonuʒ quo mereret̃. ſ3 quo feliciter frueret̃. Qđ ãt i premiuʒ tũc acceperunt p obſeqa nobis exhibita ex dei obedientia ⁊ reuerentia mereri dicuntur: ⁊ ita premium preceſſerit merita. ⁊ hoc mihi magis placere fateor.

P Oſt hoc conſideratio adducit ⁊c. Oſtē
ſo quales angeli creati ſunt. hic oſtēdit
eorum dr̄iaꝫ adinuicem per auerſionē
⁊ ꝯuerſionem: ⁊ diuiditur in partes du
as. In prima determinat de auerſione
⁊ conuerſione angelorum. In ſecunda determinat
q̄ð que cōſequuntur euerſos ⁊ conuerſos ſm̄ opatio
nem eorum adinuicem. vi. di. ibi. Preterea ſcire
oꝫ. Prima in. d. in prima determinat auerſionem ⁊
conuerſionem quorundam. In ſecunda oſtendit per
quid ſunt auerſi ⁊ conuerſi ibi habebant omnes ⁊c.
⁊ circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ per liberū
arbitrium ſunt auerſi ⁊ conuerſi. Secundo inquirit
vtrū li. ar. ſufficiat ad conuerſioneꝫ ſicut ad auerſio
nem ibi. ſi autē queritur ⁊c. Et circa hoc duo fac̄. pri
mo oſtendit ꝙ conuerſis oppoſita eſt gratia ꝑ quam
conuerterentur. Secūdo inquirit vtrū per gratiam
illam ſuam beatitudineꝫ meruerint. ibi. hic queri ſo
let ⁊c. Circa primū duo facit. primo determinat ve-
ritatem. Scðo excludit obiectū ibi. Ideoqꝫ a qbuſ-
dam ⁊c. ¶ Hic ē duplex qō. prima de auerſione ma
lorum angelorum. Scða de conuerſione bonorum.
Circa primum queruntur tria: primo vtrum ange-
lus peccare potuerit. ſcðo quid appeten⁰ peccaue-
rit. tertio ad quod genus peccati eius peccatum re
ducatur. ¶ Ad primum ſic proceditur. videtur ꝙ i
angel' non potuit eſſe peccatum. ſicut enim dr̄ in. ix.
metha. In hijs que ſemper ſunt actu non poteſt eſſe
malum. vnde Auic. dicit ꝙ ſupra ſperam lune. non
eſt maluꝫ: ſed adhuc minus eſt de poſſibilitate in an
gelo q̄ꝫ in corpore celeſti. ergo in angelis nullo mo-
do poteſt eſſe peccatum. ¶ Preterea ꝙ aliquid ſit
malum poſtq̄ꝫ fuit bonum. hoc non poteſt eē ſine mo
tu. ſed motus non eſt ſine materia vt dicitur in ſcðo
metha. cum ergo in angel' non ſit materia. vt. ſ. dic
tum eſt. videt̄ ꝙ non potuerit in eis peccatum eē.
¶ Preterea ſicut dr̄. in. vij. phy. oīs mutatio vir-
tutis: ⁊ vicij reducitur in alterationē que eſt ſm̄ paſ
ſiones partꝫ ſenſitiue: ſed huiuſmodi paſſiones non
ſunt in angel' carentibus organis ſenſus. ergo in an
gel' non poteſt eſſe mutatio de virtute in vicium vt
peccent poſtq̄ꝫ boni fuerant. ¶ Preterea voluntas
non eſt niſi boni vel appentis boni. ergo cū non pōt
apparere bonum niſi quod eſt bonum non poteſt vo
luntas ferri niſi in bonum verum: ſed in angelis nō
poteſt eſſe bonum apparens niſi quod eſt verum
bonuꝫ. ergo non poſſunt deſiderare niſi id quod eſt
verum bonum. ⁊ ita non poſſunt peccare. probatio
medie. Intellectus nūquaꝫ errat in hijs quorum ꝓ
prie eſt intellectus ſicut in cognitione principiorꝫ.
ſed non angeli non habent niſi intellectiuam cogni-
tionem. ergo non poſſunt in ſua cognitiōe errare. vn
de. ph̄s dicit in li. de anima ꝙ intellectus ſemper eſt
rectus. fantaſia autem eſt recta ⁊ non recta. hoc idē
dicit Aug⁹ ſuper geneſim libro. xij. ¶ Sed contra.
eſt quod dicitur Job. iiij. ecce qui ſeruiunt ei non
ſunt ſtabiles ⁊ in angel' ſuis re. ꝑ. ergo ⁊ cetera.
¶ Preterea vt ſupra dictum eſt. angel' in ſui crea-
tione datum eſt li. ar. ſed li. ar. quod eſt ex nihilo po
teſt etiam in malum deflecti. ergo videtur ꝙ angeli
peccare potuerūt. ¶ R⁰ dðꝙ apud omnes catholi
cos certuꝫ eſt angelos peccaſſe ⁊ demones effectos
eſſe. quomodo autem peccauerunt difficile eſt vi-
dere: q: non poteſt eſſe peccatum in voluntate niſi
ſit aliquo modo deceptio in rōne. vnde omnis ma-
lus eſt quodāmodo ignorans: vt in. iij. ethicorū dic̄
ph̄s. quod qualiter ſit videndū eſt ad propoſite qō
nis intellectum. Ipſe enim diſtinguit in. vij. ethico
rū opandorꝫ duplicē cognitionē. ſ. vl'eꝫ ⁊ ꝑticularem
⁊ q: opatiōes ſunt circa ſingularia iō aliquē recte i
vl'i opinātē circa ſingularia peccare ꝯtingit. ſingula
ria. n. ꝯtingit cognoſcere du͛. ſ. i hitu ⁊ i actu. ꝯtingit
ḡ aliquē peccātē rectam exiſtimationē ēt' de ſingula
ri opabili i habitu habere ñ tñ i actu. q: in nob̄ hūs
paſſiōe ligatur ne i actū exeat circa ꝯſiderationē ꝑti-
cularis opandi. ſicut ebrietate ita ⁊ ira ⁊ concupia a
deo vt ſi verba ꝓnūtiet ſenſuꝫ mēte ñ teneat iqntū
iudiciū rōnis vehemētia paſſiōis abſorbet̄: vñ dr̄ in
vi. ethicorꝫ ꝙ electio corrūpit exiſtimationē pruden
tie: ſꝫ q̄uis hō mō in angel' iudiciū itellect⁹ ligari nō
poſſit. eo ꝙ tales paſſiōes i eis nō ſūt pōt tñ ligari in
qntū ꝯſiderādo vnū retrahit̄ a ꝯſideratiōe alteri⁹
eo ꝙ ei⁹ itellectus ſimul plurīū. nō ē niſi ſicut i verbo
oīa cōtēplant̄. ꝯtingit aūt aliqd eē eligenð ſm̄ vnaꝫ
ꝯdōeꝫ rei ꝯſideratā qð tñ eligēdū nō ē oibus ꝯditio-
nibus ꝯcurrentibus ꝯſideratis: ⁊ ita potuit i angelis
error electiōis eē ⁊ peccatū. ¶ Ad ꝑmū ḡ dð q' i nā
angelorꝫ nō ē alia poͣ reſpectu alicuiuſ forme quā ac
qrere ⁊ amittere poſſit. ſicut ē i gn̄alibus ⁊ corruptibi
bilib⁹. ⁊ iō nō pōt i eis eē malū nature ſicut nec i gn̄a
libus nec i corruptibilib⁹ cuiuſmōi ſt̄ corpa celeſtia.
Sꝫ tñ li. ar. eorꝫ ē poſſibile reſpectu mot⁹ ordinati: ⁊
ita pōt eē quātū ad hō deordinatio ad maluꝫ. ¶ Ad
ſcðm dð. q' ſicut paſſio ⁊ receptio dicūtur equoce in
opibus itellectualibus ⁊ naturalib⁹ ita ⁊ motus. vñ
nō exigit̄ ꝙ ad talē motū ſit mā. ſꝫ ſufficit potētia qual'
dicta ē i angelis eē. ¶ Ad tertiū dð. ꝙ. dictū ph̄i eſt
intelligenð de virtutibus ⁊ vicijs q̄ ſt̄ circa paſſiōes
⁊ de ſcia q̄ ē a ſenſibus acqſita ⁊ hō i angelis nō inue
nit̄. ¶ Ad quartū dð. ꝙ quāuis intellectus nō poſſit
errare ita vt iudicet aliqd huiuſmodi qð nō ē: quan
tū ad illud qð de re ꝑcipit: nihilominus itellect⁹ cre
atus q: nō ē oīum ſimul pōt deficere. ex hō ꝙ iudicat
de re qð ſit ꝯueniēs ſm̄ aliq̄ꝫ ꝯditionē rei ꝯſideratā
qð nō eſt conueniens ſm̄ alia que non conſiderat: ſi
cut medicus iudicans aliqd eē expediēs vni egroto
ſecūdū vnā īfirmitatē eius ꝯſideratā. qð tñ nō eſt ſi-
bi ſimpliciter expediēs ꝑꝑ aliā egritudinē. quaꝫ vel
non cognoſcit vel non conſiderat.

A D ſcðm ſic proceditur. videt̄ ꝙ angelus dei
equalitatem non appecierit. q: ſicut dicit au
guſtinus de adā loquēs. non eſt credendū ꝙ
vir ſpirituali mente preditus eſſe voluerit. ſicut de
us: Sed angelus multo ſapientior fuit homine. ergo
videtur ꝙ dei equalitatem non appetiit. ¶ Prete
rea illud quod non cadit in apprenſionem non cadit
in voluntatem quia voluntas non eſt niſi de ali-
quo bono apprenſo: ſed equalitas creature ad deuꝫ
non cadit in apprenſionem. quia ipſe deus omnem
intellectum creatum ſua magnitudine excedit. ergo
videtur ꝙ dei equalitatem non appetiit. ¶ Pre-
terea quāuis voluntas ſit poſſibilium. ⁊ impoſſibili
um. tamen electio non eſt niſi poſſibilium vt dicitur
in. iij. ethicorum: ſed electio angeli fuit de eo quod
deſiderauit. quia quicūqꝫ non peccat per electioneꝫ
peccat per infirmitatem vel ignorantiam vt poteſt
haberi a philoſopho in quinto ethicorum quale non
fuit peccatum angeli. Ergo ſuum deſideratum fuit
poſſibile: ſed eum eſſe equaleꝫ deo eſt impoſſibile.
ergo non fuit ſuum deſideratum.

¶ Preterea nullus peccat in deſiderio ſui finis. q: hoc naturale eſt: ſed finis angeli ⁊ cuiuſlibet creatu re eſt aſſimilari deo, ergo videtur ꝙ non peccauit hoc appetendo. ¶ Preterea quicũq; vult aſſimila ri alicui conuertitur ad illud, nullus enim vult eſſe ſimilis ei quem odio habet: ſed angelus peccando nõ ẽ ↄuerſus ſʒ auerſus a deo. g̃ nõ appetiit ſimilitudinẽ dei vel equalitatẽ. ¶ Sed contra. ſ. illud pſ. que non rapui tunc ex ſoluebaʒ. dicit glo. ꝙ eua ſicut dia bolus rapere voluit diuinitatem, ergo videtur ꝙ diabolus dei equalitateʒ appetijt. ¶ Preterea yſ. xiiij. ex perſona nabuchodonoſor i figura diaboli dr̃ in celum aſcendam, non autem poteſt intelligi d̃ ce lo empireo. q: in illo creatus fuit. ergo oʒ ꝙ intelliga tur de celo ſancte trinitatis: ⁊ ita videtur ꝙ equali tatẽ diuine celſitudinis appetijt. ¶ Reſ° dd̃ ꝙ circa hoc triplex eſt opinio. quidam namq; ſimpliciter, et abſolute concedunt ꝙ peccatum angeli fuit, ex hoc ꝙ deo ſimpliciter equalis eſſe voluit. nec obſtat ꝙ hoc eſt ĩpoſſibile: q: ſm̃ Auguſtinũ ceca ambitio ſem per preſumit plusq̃ poſſit: ſed hoc non videtur con ueniẽs: q: q̃uis homo poſſit plus deſiderare q̃ poſ ſit hr̃e non tamen plus poteſt velle q̃ poſſit eſtimare q: intellectum, voluntas ſequitur non excedit. Et p̃ terea in angelo non eſt ponere paſſionem que ex ap petitu honoris iudicium intellectus liget ſicut eſt no bis. Et preterea nullus vult aliquid vnq̃ quo poſi to eius natura non maneret. ſi autem angelus deo equalis eſſet non eſſet huius nature, ſed diue: ⁊ ita ſuum non eſſe appeteret. Et ideo aliter alij dicunt. ꝙ dei equalitatem directe non appetijt: ſed indirec te: q: appetiit aliquid quo habito ſequeretur ꝙ deo eſſet equal'. ſ. nulli ſubeſſe. hoc etiam non videt̃ cõ ueniens: q: totum bonũ angeli eſt in hoc ꝙ deo ſub eſt. ſicut tota claritas aeris ẽ in hoc ꝙ ſubijcitur ra diis ſolis. ⁊ ideo hoc ab angelo non potuit appeti. Et ideo aliter eſt dd̃ ꝙ non appetijt equalitateʒ ſim pliciter quãtum ad ſubſtantiam deſiderati vt. ſ. vel let tantam bonitatem hr̃e quãtaʒ deus habet: ſed tũ appetijt equalitatem ſm̃ quid quantum ad modum hñdi: bonitas autẽ ſiue beatitudo eſt in deo quam habet per ſuam naturam, ⁊ a qua omnis creature beatitudo: ⁊ bonitas transfunditur. videns ergo an gelus dignitatem nature ſue qua creaturis ceteris preeminebat voluit a ſe beatitudinem ⁊ bonitatẽ in omnia inferiora deriuari: voluit ẽt per ſua natura lia in perfectionem beatitudinis peruenire. et ideo dicitur ꝙ ſine merito habere voluit hoc quod meri tis habiturus eſſet ſi perſtitiſſet. nec etiam quantum ad modum habendi ſimpliciter deo equiparari vo luit, non enim voluit a ſe beatitudinem hr̃e nec eſſe primum in alios transfundens: ſed a deo ⁊ ſub deo ſm̃ ꝙ ipſe in omni natura operatur. ¶ Ad primum ergo dd̃ ꝙ angelus noluit equalitatem ſimpliciter ſi cut. nec homo: ſed modo predicto. quidam tamen dicunt ꝙ adam magis fuit preditus ſpũali mẽte q̃ angelus non tamen quãtũ ad gradum nature: ſʒ quã tum ad diuinam reuelationem quam habuiſſe credi tur cum dominus in eum ſoporem imiſit. ¶ Ad ſecũ dum; ⁊ tertium dicendum ꝙ rationes ille procedunt de equalitate ſimpliciter quam non dicimus ange lum appetiiſſe. ¶ Ad quartuʒ dd̃ ꝙ aſſimilatio diui na eſt finis vniuſcuiuſq; creature ſecundũ modũ ſibi a creatore prefixum, vnde ſine deordinatione non poteſt eſſe ꝙ appetitus tendat in diuinam aſſimila tionem vltra terminum nature ſue a deo ſtatutum.

¶ Ad quintum dd̃. ꝙ in quolibet peccãte auerſio a deo eſt preter intentionem: q: malum non poteſt eſſe intentum: ſed ſemper bonum in quo eſt ad deuʒ aſſi milatio: ⁊ ita preter intentionem ipſorũ angelorꝫ fuit ꝙ a deo ſe auerterent cui aſſimilari volebant.

Ad tertium ſic proceditur. videtur ꝙ pecca
a tum angeli primuʒ nõ fuit de genere ſupbie ſʒ
aliud. q: ſicut. i. thi. vi. dr̃ radix oĩuʒ malorꝫ
eſt cupiditas vel aua^a: ſed peccatum angeli fuit q̃ſi omnium peccatorum radix. ergo ſuum peccatum fu it cupiditatis vel auaritie. ¶ Preterea ĩ littera dr̃ ꝙ auerti a deo eſt odio habere vel inuidere: ſʒ ange li peccando a deo auerſi ſunt. ergo eorum peccatuʒ fuit inuidie vel odij. ¶ Preterea fugere laborem ĩ bonis ſpiritualibus pertinet ad accidiam: ſed Ber nardus dicit ꝙ in hoc fuit angeli peccatuʒ ꝙ ſine la bore gloriam hr̃e voluit. ergo videtur ꝙ ſuum pecca tum fuit accidie. ¶ Preterea quicũq; non facit il lud ad quod tenetur peccat per omiſſionem: ſed an gelus debuit conferre de dei ordinatiõe ne vltra ip ſam appeteret aliqd quod non fecit. ergo ꝑ omiſſio nem peccauit. ¶ Preterea inter virtutes primum locum tenet fides: quaſi fundamentum: ſed infideli tas fidei opponitur. ergo cum angeli peccatum pri mum fuerit videtur ꝙ fuerit infidelitas. ¶ Sed ↄ. ſicut dicitur eccleſiaſtici. xi. Initiũ omnis peccati ſu perbia: ſed a malicia diaboli oẽ peccatuʒ originẽ tra hit, ergo videtur ꝙ ſuum peccatũ fuit ſuper^a. ¶ Reſ° dd̃ ꝙ ſuperbia tribus mod̃ acci^r. vno modo, put ſu mit̃ habitualit̃. ſ. qd̃ iclinabilitas vl' ex nature flexibi litate tantum vel ex fomitis corrup^e ad ſuperbien dum: ⁊ ſic dicitur ſuperbia initium omnis peccati. Alio modo dicitur ſuperbia ſecũdũ ꝙ aliquis actua liter ſe effert extra precepti limites vt precipienti nõ ſubiciatur: ⁊ ſic non eſt ſpãle peccatũ: ſed quedã ge neralis conditioʒ omne peccatu conſequens ex par te auerſionis. Tertio modo dicitur ſuperbia inordi natus appetitus proprie excellentie: ⁊ precipue ĩ di gnitate vel honore: ⁊ ſic eſt ſpãle peccatum. vnũ de ſeptem capitalibus vicijs: ⁊ ſic primum peccatuʒ an geli ſuperbia fuit. quod pʒ tum ex deſiderato: q: emi nentiam dignitatꝭ appetijt: tum etiam ex motiuo: q: ex conſideratione proprie pulcritudinis in peccatũ ruit. ¶ Ad primũ ergo dd̃. ꝙ cupiditas etiam tripli citer dr̃. vno modo ſm̃ ꝙ eſt radix oĩs peccati: ⁊ ſic eſt quedam inclinabilitas in deſiderium inordinatũ cuiuſcũq; deſiderabil'. vel ex corrup^e fomitꝭ vel ex ↄ ditiõe nature. q̃ flexibil' ẽ propter hoc ꝙ eſt ex nihilo Alio mõ dicitur ſm̃ ꝙ eſt conditio oẽ peccatum con ſequens ex parte conuerſionis prout dicit deſideriũ actualiter inordinatuʒ cuiuſcũq; deſiderabil' vl' ho noris vel ſciẽtie ⁊c. Tertio mõ dr̃. ſm̃ ꝙ eſt ſpãle vi cium vnum de ſeptem capitalibus. ſ. inordinatũ de ſiderium hñdi ea que ſufficientiam in vita promit tunt vt pecunia: ⁊ alia quorum precium nũmiſma te menſuratur: ⁊ per ſe conſtat ꝙ taliũ deſiderio dia bolus non peccauit. ¶ Ad ſecũdũ dd̃. ꝙ odium ⁊ in uidia reſpectu dei preſupponunt in angelo volun tatis prauitatem: vt dicit Aug^9 ſuper geneſiʒ ad lit teram. xi. quod ſic pʒ. q: nullius rei poteſt eſſe odiuʒ niſi quod eſt diſſonum ⁊ contrariuʒ voluntati. illud autem quod eſt optimum nihil defectus hñs admix tum non eſt contrarium niſi volũtati nõ recte. Simi liter inuidia ẽ dolor aliene ꝓſperitatꝭ inquantum. eſt

īmpeditiua alicuius boni ꝓprii: diuina aūt felicitas non eſt impeditiua alicuius proprii boni niſi qḋ inordinate deſideraẗ, q: ab eo oē bonū deſcēdit: ⁊ ita odiū ⁊ inuidia ꝓſupponūt aliqḋ peccatū ꝑ qḋ volūtas ḋordinareẗ. ⁊ ſic nō fuit peccatū eius odij vel inuidie ¶ Ad tertiū dḋ. ꝙ angeli i hꝯ ꝙ deo miniſtrāt ⁊ mittuntur laborē vel tediū nō hn̄t. ⁊ iō peccatū accidentie eis nō cōpetit: ſed pro tanto dicūtur voluiſſe ſine labbore gloriā cōſequi: q: ꝓpria virtute aſſequi voluerūt ſm ꝙ laborioſum dr̄ illud qḋ facultatē operantis excedit. ¶ Ad quartū dḋ. ꝙ omiſſio qn̄qꝫ ē ſpāle peccatū qn̄. ſ. dimittiẗ aliqd qḋ fieri dꝫ qḋ ſpālit̄ preceptū ē: qn̄qꝫ vō ē ꝯdcō oē peccatū ꝯſequens ſm ꝙ ē dimiſſio alicuius circūſtantie in opere obſeruando ⁊ hoc mō nō ē inconueniēs ꝙ in primo peccato angeli fuerit omiſſio. pōt tn̄ dici ꝙ nō tenebaẗ tūc actualiẗ ꝯferre: q: alio mō peccatū vitare poterat. ¶ Ad quītū dḋ ꝙ ea q̄ ſunt ꝑma i gn̄atōe nō oꝫ ꝙ ſint ꝑma i deſtructione. vnde non ſequitur ſi fides eſt prima virtutum ꝙ infidelitas ſit primum viciorum.

c Irca ſcḋm principale queriẗ de ꝯuerſione bonoꝝ angeloꝝ. ⁊ queruntẗ duo. ꝑmo vtrū fuerit eis aliqua gratia appoſita ad ꝯuerſionē. ſcḋo vtrū ꝑ illā gratiam ſuā beatitudinē meruerunt. ¶ Ad primū ſic ꝓcediẗ. videtur ꝙ non indiguerint appōe alicuius gratie vt ꝯuerterenẗ ad deum. Ad libertatē. n. li. ar. ꝑtinet: vt ad vtrūqꝫ flecti poſſit et ꝑcipue i bonū: ſed in angelꝭ ſtatu creatiōis fuit li. ar. nullo peccato debilitatū. ergo non indigebant gratia ad hoc vt in bonū cōuerterenẗ. ¶ Preterea vt ſupꝰ ex verb aug' hitum eſt. deus nō diſtinxit inter angelos ante eoꝝ ꝯuerſionē ⁊ auerſionē: ſꝫ illis q ſūt auerſi nō fuit appoſita gratia vt i lr̄a dr̄. ḡ nec illꝭ q fuerūt ꝯuerſi. ¶ Preterea ex hoc ꝙ angeli ꝯuerſi ſūt a deo gratia repleti ſunt. ita ꝙ ꝯuerſio ad gratiā eſt preparatio. Si ḡ ꝯuerſio nō pōt eē niſi ꝑ gratiā aliquam ꝑcedentē: nec iteꝝ illa gratia ſine preparatiōe aliqua. alꝭ oibus dareẗ. vr̄ ꝙ ꝑ hūc modū ſit procedere i infinitum: qḋ ēt intellectus ⁊ natura reſpuit. ergo eſt ſtatꝰ in ꝑmo q. ſ. ad ꝯuerſionē non oportuit dari gratiā q̄ ad conuerſionē prepararet. ¶ Preterea idem habitꝰ eſt qui coopatur hn̄ti bonū opus eius reddēs. ⁊ qui operaẗ i eo bonum ipſum faciēs: ſed angelus nō indiguit gratia operante vt i lr̄a dr̄. ḡ nec cooperāte gr̄a ad opus ꝯuerſionis. ¶ Sꝫ ꝯ. ꝓficere ad meritū vite nullus ſine gr̄a pōt ſꝫ ꝑ ꝯuerſionē angeli ad vitā profecerūt. ḡ ad eā gratia i digueẗ. ¶ Preterea ꝯuerti ad deū eſt amore ei adherere. vt i lr̄a dr̄. ū aūt interꝰ hoc de amore nāli. q: ſic ēt eū ꝑus dilexerant vt ſupra hitum ē. ḡ vr̄ ꝙ intelligaẗ de amore caritatis. q ſine gratia nō ē. ergo ꝯuerſio ſine gratia nō potuit eē. ¶ Rꝫ dḋ. ꝙ circa hoc ē duplex opinio. qdā n. dicūt ꝙ ad ꝯuerſionē meritoriā exigiẗ duplex gr̄a. vna gratū faciēs q̄ informat ꝯuerſionis actū ⁊ meritoriū reddit. Alia gratis data a qua eliciẗ ſba actus ⁊ que li. ar. inclinat ad volendum: ſed iſtam gratiā ponere nō videẗ neceſſarium niſi ipſa libertas arbitrii gratia dicaẗ q̄ proculdubio nobis a deo ē: vel alias occaſiones que qn̄qꝫ dantur hominibus a deo ad ꝯuerſionē: vt inſtructio legis ⁊ caſtigatio ad hūilitatem ⁊ alia huiuſmodi ſine qbꝰ tn̄ poſſibile ē gr̄am ꝯſequi: q: ſi hō facit quod in ſe eſt deus dat ei gr̄am. Ad hoc autem faciendū nō exigitur aliquid aliud. Illud. n. ad quod nō pōt per ſe. li. ar. nō eſt in homine vt faciat illud. illud enim in nobis eſſe dicitur cuius nos domini ſumus. vnde pō iſta iplicat ꝯdictionem dum poſuit ꝙ ad faciendum illud qḋ in nob eſt liberum arbitriū non ſufficit. ¶ Et ideo aliter ē dḋ ꝙ ad eliciendū actum conuerſionis ſufficit. li. ar. qḋ ſe ad hn̄dam gratiam per hunc actum ꝑparat ⁊ diſponit. ſed efficatia ꝯuerſionis ad meritum. non pōt eē niſi per gratiam. vnde vnus ⁊ idem motus eſt conuerſionis. li. ar. in quo gratia infūdꝰ. qui eſt diſpō ad gratiā ſm ꝙ exit a li. ar. ⁊ meritorius ſm ꝙ gratia informatur. Et ſimile eſt etiam in motu ꝯtritionis quo primo iuſtificatur impius. qualiter autem hoc ſit poſſibile pōt videri ex hiis q̄ in natura ꝯtingunt. In eodē. n. inſtanti quo primo eſt diſpō neceſſitatis in mā forma ſubſtātialꝭ inducitur. cū. n. generatio ſit terminus alteratiōis oꝫ in eodē inſtāti alterationē terminari ad diſpōnē q̄ eſt neceſſitas ⁊ generationē ad formam ſubſtantialē. Sed q: alteratio eſt motus continuus ideo principium alterationis ⁊ mediū quo materia diſponitur ad formam ſbalem tempore ꝑcedūt introductionem forme ſbalis: motus aūt rōnis q diſponit ad gratiam eſt ſimplex ⁊ non continuus. ideo vel primus tantum eſt ſufficiens diſpoſitio ad gr̄am vel vltimus inter plures qui agit in virtute omnium precedentium. ⁊ ideo cum illo gratia infunditur. ¶ Ad primum dḋ. ꝙ quāuis li. ar. de ſe poſſit in ſubſtantiā actus non tn̄ in formā eius per quā meritoriꝰ eſt. ¶ Ad ſcḋm dḋ. ꝙ motus auerſionis ⁊ ꝯuerſiōis ſm ꝙ ſt ex li. ar. ꝑcedunt infuſionē gratie in qbuſdā ⁊ caſum quorūdam non tempore ſed natura ſm viā materie ⁊ generationis prout diſpō precedit formā ⁊ per hoc pꝫ ſolutio ad tertium. ¶ Ad quartū dḋ ꝙ aliquid diciẗ fieri vel operatū eſſe dupl'r. vl' ſicut ex cōtrario. prout dicimus ꝙ ex nigro fit albū: ⁊ hoc mō dicitur gratia operans qua de malo fit bonus. ⁊ ſic non fuit in angelis vt in littera dicitur. Alio mō dicitur aliqḋ fieri ex negōe vel ꝑuatiōe ſicut ex n̄ lucente lucens: ⁊ ex non figurato figuratum: ⁊ ſic dicitur gratia operans qua de non bono gratuita bonitate fit tali bonitate bonus ⁊ ſic gratia operans fuit in angelis.

a D ſcḋm ſic proceditur videtur ꝙ angeli ſuā beatitudinē nō meruerint. Meritū. n. precedit ꝑmium ſicut via terminum ſed in angelꝭ non potuit eſſe meritum: q: ante beatitudinem gratiam non habebant que eſt radix merendi ad minus ſi in gratia creati non ſunt. ergo videtur ꝙ ſuam beatitudinem non meruerūt. Si dicatur ꝙ mereneẗ eā per miniſteria quibus nobis iubente deo obſequūẗ. ¶ Contra ſm Dio. ſuperiores non mittuntur ad explēdum vſum exterioris miniſterij. ſi ergo inferiores per miniſterium merentur videtur ꝙ iniuſte cū ſupioribus agatur quibus merendi facultas nō cōcediẗ ¶ Pre. ordo vnus i infinitum non excedit alterū. ſi ergo inferiores continuo merentur ꝑ exterius miniſterium videtur ꝙ qn̄qꝫ perueniant ad gradū ſuperioris ordinis. ⁊ ita eſſet ordinū cōfuſio. ¶ Pre. efficatia merendi in operatione eſt vel propter difficultatem operis vel propter perfectionem: ſed n̄ ꝑ difficultatem q: angeli ſua miniſteria explent ſine labore omni ⁊ difficultate. ergo ſi propter perfectionē cum operatio qua deum contemplantur ſit nobilior ⁊ perfectior videtur etiam ꝙ per illam mereantur. ⁊ cum h ſit cōis omnibus beatis ⁊ non interrupta. videtur ꝙ facti ſint in continuo merito. ⁊ ita ꝙ eoꝝ glā in infinitum creſcat. ¶ Sed ꝯ. in quibuſcūqꝫ in

nenitur perfectio vnius rõnis in eis ſunt eadẽ ꝑnci
pia conſequẽdi perfectionẽ illam: ſed in angel' ⁊ ho-
minibus ē beatitudo vnius rõnis. cũ ergo homines
ad beatitudinem ſine merito non perueniant videt
ꝙ nec angeli. ¶ Preterea ſm Ber. in hoc fuit pec-
catum angeli ꝙ gl'am ſine merito habere voluit: nõ
autem hoc fuiſſet ei peccatũ ſi ad hoc ordinatus eēt
vt beatitudinez haberet quã nõ mereret. ergo vide
tur ꝙ non habuerunt beatitudinem ſine merito.
¶ Rñ. dõ ꝙ ſuſtinendo angelos in grã fuiſſe creatos
planum eſt ad hoc reſpondere q: ſic certiſſime meri
tum primum preceſſiſſet. Si aũt in gratia creati nõ
ſunt. ſed gratia fuit eis ſimul data cum gl'a: tunc ſunt
tres opiniones. quidam enim dicunt ꝙ ſũmam beati
tudinem nullo modo meruerãt nec fuit eis data grã
ad merendum ſed ad bene viuendum. hoc autẽ nõ
videtur conueniens q: beatitudo hʒ rationẽ ꝑmij: ꝑ
mium aũt ſine merito eſſe nõ põt ſicut nec peccata ſi
ne culpa. Alij dñt ꝙ per opera que ſunt pꝰ ꝯfirmatõ
nem quibus nobis miniſtrant merentur beatitudinẽ
quã prius acceperunt. ſicut aliquis miles meretur
munus ſibi a rege collatum poſterius militando: ſed
hoc ēt ſimpliciter loquẽdo nõ vr ꝯueniens q: beati
tudo hʒ rõnez termini: meritum aũt cum ſit tendens
in aliud hʒ rõnẽ vie. vñ non videt ſe poſſe cõpati
vt aliqs beatus in ſtatu merẽdi exiſtat. Sed ſm qd
poteſt ſuſtineri vt. ſ. mereri intelligantur non ꝑmiũ
eſſentiale qd eſt eoꝝ beatitudo. ſed ꝑmiũ accidẽtale
qd ē gaudiũ d' illis q ꝑ eoꝝ officia ſaluãt. ¶ Et iõ vr
cum alijs dõ ꝙ meritum in eis non preceſſit ꝑmium
tẽpore: ſʒ natura. quod facile intelligi põt ex hiis q
ſupra dicta ſunt. Sicut enĩʒ actus li. ar. eſt diſpõ ad
gratiam. ita actus informatus gratia eſt meritũ glo
rie. vnde idem ⁊ vnus conuerſionis motus eſt pre-
paratio ad gratiam ſm ꝙ eſt ex libero arbitro ⁊ meri
torius gl'e. ſecundum ꝙ eſt gratia informatus. ⁊ ite-
rum fruitionis actus ſm ꝙ completur per hitũ gl'e.
¶ Ad primũ ergo dõ ꝙ ñ eſt neceſſariũ meritũ ꝑce
dere ꝑmiũ tempe ſed natura tñ. quilibet. n. actꝰ me
ritorius hʒ aliqd ꝑmiũ ſibi adiũctũ ſicut ⁊ qlibʒ actꝰ
inordinatus hʒ penam vt dicit augꝰ in libro ꝯfeſſio-
num. ¶ Ad ſcđm dõ. ꝙ ⁊ ſi ſupiores nõ mittant nihi
lominus tñ per eos regulant inferiores in ſuis mini
ſterijs: ⁊ ideo meritum reſpectu accidẽtal' ꝑmij cõe
eſt. ⁊ per hoc pʒ reſponſio ad tertium. ¶ Et pre. or
dines diſtinguũtur ſecundũ gradum. in ꝑmio eſſen
tiali quod per miniſteria non augetur. ¶ Ad quar-
tũ dõ. ꝙ actus miniſterij angeloꝝ hñt efficatiã me
rendi rõne effectus. ſ. ſalutis hominum qbus mini-
ſtrant de quo redundat in eis gaudium qd ē accidẽ
tale ꝑmium. ¶ Auerti odio hre. ⁊c. videtur hoc ēt
eſſe impoſſibile. quia ſicut nihil amatur niſi bonum
vel in ratione boni ita nihil odio hr niſi ratione ma
li: ſʒ i deo nulla eſt ratio mali. ergo odio haberi non
poteſt. ¶ Sed ꝯ. ē. qd dicitur i pſalmis. ſuperbia eo
rũ q te oderũt aſcẽdit ſemꝑ. ¶ Ad quod dõ ꝙ ipſũʒ
deum ſm ꝙ eſt nullus odio habere poteſt: ſed rõne
alicuius effectus eius qui contrariatur voluntati in
quantum eſt punitiuus vel prohibens vel aliquid
huiuſmodi. Nõ ita ꝙ ꝑus dedita ſubtrahãt: ex quo
videtur. ꝙ in gratia creati nõ ſunt: ſed hec ſunt ver
ba magiſtri qui huius opinionis videtur fuiſſe.

## Di. Sexta.

Quod de maioribus ⁊ de minoribus q
dam ceciderunt: inter quos vnus fuit celſi-
or. ſ. lucifer.

P Reterea ſciri oportet: quoniaʒ ſicut de maioribus ⁊
minoribus quidam perſtiterunt:
ita de vtroqʒ gradu quidaʒ corrue
runt. Inter quos vnus fuit oibus alijs cadẽ
tibus excellẽtior. nec iter ſtantes aliqs fuit
eo dignior: ſicut teſtimonijs auctoritatũ mõ
ſtratur. Ait enim Iob. Ipſe principiũ viaꝝ
dei. Et in Ezechiele legitur. Tu ſignaculũ
ſimilitudinis plenus ſcientia ⁊ perfectiõe de
corus i delicijs paradiſi dei fuiſti. Quod ex
ponens Gregorius ait. Quanto magis in
eo ſubtilior eſt natura eo magis i illo imago
dei ſimilis inſinuatur impreſſa. Item i Eze
chiele legitur. Omnis lapis precioſus ope-
rimentum eius. i. omnis angelus quaſi ope-
rimentum erat: quia vt dicit Greg. In alio
ruʒ comparatione ceteris clarior fuit. Unde ⁊
vocatus ē Lucifer: ſicut teſtat Yſaias. Quo-
mõ inquit cecidiſti lucifer: qui mane orieba
ris ⁊c. qui non vnus ordo ſed vnus ſpiritus
accipiendus eſt. qui teſte Iſidoro poſtq̃ cre-
atus eſt eminentiam nature ⁊ profunditatẽʒ
ſcientie ſue ꝑpendens: in ſuum creatorem ſu
perbiuit in tantuʒ ꝙ etiam deo ſe equare vo
luit. vt in Yſaia dicitur. In celum aſcendam
ſupra aſtra celi: ⁊ exaltabo ſolium meũ ⁊ ero
ſimilis altiſſimo. Similis qdẽ deo eē voluit
nõ ꝑ imitationẽ ſʒ ꝑ equalitatẽ potentie.

Unde ⁊ quo deiectus fuit merito ſue ſu-
perbie.

E T tante ſuperbie merito de celo. i. d'
empirreo celo in quo cum alijs fue-
rat deiectus eſt in iſtum caliginoſuʒ
aerem cum oibus ſue prauitatis cõſortibus.
Nã vt Iohes ait i Apocal' Draco de celo
cadens ſecũ tertiã partẽ ſtellaꝝ traxit. qa luci
fer alijs maior nõ ſolus cecidit: ſed cũ eo alij
multi: qui ei in malicia ꝯſenſerũt: eoſqʒ cadẽ
tes huiꝰ caliginoſi aeris habitaculũ recepit.
Et hoc ad noſtrã ꝓbationẽ factum eſt vt ſint
nobis cã exercitatiõis. Vñ apl's. Colluctia-
tio ē nobis aduerſus ꝑncipes ⁊ ptãtes mũdi
huius: ⁊ aduerſus rectores tenebraꝝ harum
ꝯtra ſpũalia neqtie i celeſtibus. Quia dmo
nes q ſũt ſpũales ⁊ nequã i hoc turbulẽto ae
re nob ꝓpinquo qd celũ appellat habitant.
Unde ⁊ diabolus aeris princeps dicitur.

Qd ñ ē ꝯceſſũʒ eis hitare i celo vl' i terra.

N On enim eſt eis conceſſum habitare
in celo: quia clarus locus eſt ⁊ ame-
nus. Nec in terra nobiſcum: ne ho-

mines nimis infeſtarent: ſed iuxta apoſtoli Petri doctrinā in ep̄l'a canonica traditā: in aere iſto caliginoſo q̄ eis q̄ſi carcer vſq₃ ad tēpus iudicij deputatus ē. Tūc aūt detrudū tur in baratrū inferni: ſm illud. Ite maledic ti i ignē eternū: q̄ preparatus eſt diabolo ⁊ an gelis eius.

Quod demones alij alijs preſunt ⁊ hūt etiam alias prelationes.

Et ſicut iter bonos angelos alij alijs
e preſunt: ita ⁊ inter malos alij alijs p̄lati ſunt: ⁊ alij alijs ſubiecti. Quādiu enim durat mundus: angeli angel' ⁊ hoīes hominib⁹: ⁊ demones demonib⁹ preſunt: ſed in futuro oīs euacuabitur p̄latio vt docet ap̄l's. Habent quoq₃ ſm modū ſcie maioris vel minoris p̄latiōes alias maiores vl' mino res. Quidā.n. vni puincie: alij vni homi: alij vni vitio p̄ſunt. Vñ dr̄ ſpūs ſupbie: ſpūs lu xurie ⁊ huiuſmodi: q: de illo vitio maxime pōt hoīes tēptare a quo noīatur. Inde ē etiā q̄ noīe demonis diuitie vocāt̄. ſ. mamona. ē eni nomē demonis: mamona: quo nōe vo cant̄ diuitie ſm ſyrā linguā. Hoc aūt nō iō ē q̄ diabolus i p̄tāte hēat dare vel auferre di uitias cui velit. ſ₃ q: eis vtitur ad hominum tēptationem ⁊ deceptionem.

An oēs demones ſint in hoc aere caligi noſo an aliqui ſint in inferno.

Solet aūt q̄ri vtrū oēs in iſto aere ca liginoſo ſint: an iā aliq̄ ſint in iferno. Qd̄ i ifernū quottidie deſcēdāt aliq̄ demonū veriſimile ē: q: aīas illuc cruciandas deducſit. Et q̄ illic aliq̄ ſemp ſint alternatis forte vicibus nō p̄cul' ē a vero: q̄ illic aīas de tinēt atq₃ cruciāt. Qd̄ aūt maloꝝ aīe illuc de ſcēdūt atq₃ ibi puniāt̄: ex eo p̄ſtat q̄ xp̄s ad inferos deſcēdit vt iuſtos q̄ ibi tenebantur educeret. Si enim iuſti illuc deſcendebant: multomagis iniuſti. ⁊ ſicut tradit auctoritas cū iuſtos eduxit: iniquos ibi reliquit. Mo mordit enim infernū: nonū abſorbuit.

Quidam putant luciferū i inferno religa tū ex quo tēptauit xp̄m: ⁊ victus ē quē p̄mū hominē tēptaſſe ⁊ viciſſe dicunt.

De lucifero aūt qdā opināt̄ q̄ ibi re ligatus ſit: ⁊ ad nos tēptādos ñ hēat nūc acceſſum. q: i apocalipſi legitur. Cū cōſūmati fuerint mille anni ſoluet̄ ſatha nas de carcere ſuo: ⁊ exiet ⁊ ſeducet gētes. q̄d erit nouiſſimo tp̄e antixp̄i: q̄n erit tāta tribu latio: vt ēt ſi fieri pōt moueant̄ electi. Quem ibi religatum dicunt ab eo tp̄e quo tēptauit xp̄m in deſerto vel in paſſione: ⁊ victus ē ab eo. Ipſum putāt primū hominē tēptaſſe ⁊ vi ciſſe. ⁊ ſecūdo deū: ſ₃ ab eo victū eſſe. ⁊ ideo in inferno religatum. Alij aūt putant ex quo cecidit p̄ peccati ſui magnitudine: illic fuiſſe dimerſum.

Qd̄ lucifer mō nō h₃ p̄tātem quam habe bit tempore antixp̄i.

Sed ſiue in infernum dimerſus ſit: ſi ue non credibile eſt non eum habe re facultatem accedendi ad nos: quā habebit in tempore antixp̄i: in quo fraudu lenter ac violenter operabitur. Et ideo for te dicitur tunc ſoluendus quia tunc dabitur ei a deo poteſtas temptandi homines quaſ modo non habet.

Quod demones ſemel victi a ſanctis nō accedunt amplius ad alios.

Illis quoq₃ qui a ſanctis. iuſte ⁊ pu dice viuentibus vincuntur: p̄tās ali os temptandi videt̄ adimi. Vñ Ori genes. Puto inquit ſane q̄ ſancti repugnā tes aduerſus iſtos incentores ⁊ vincētes mi nuant exercitum demonū: vel q̄ q̄ plurimos eorum interimant: ne vltra fas ſit illi ſpiritui qui ab aliquo ſancto caſte ⁊ pudice viuente victus ſit: impugnare iterum alium hominē. hoc autem quidam putant intelligendū: vñ de illo vitio in quo ſupatus eſt. vt ſi de ſuper bia aliquem virum ſcm̄ temptat ⁊ vincit: vl terius non liceat ei illum vel alium de ſuper bia temptare.

Reterca ſciri oꝫ ⁊c. ¶ Oſtenſa diuiſiōe maloꝝ angeloꝝ a bonis per auerſionē
p ⁊ conuerſionē. hic incipit determinare ea que conſequuntur auerſos ⁊ conuer ſos ſm q̄ in eis cōueniunt vel differūt. ⁊ diuiditur in partes tres. In prima determinat ea que cōſequūtur eos quātum ad nature cognitionē. In ſecūda ea que pertinent ad poteſtatē. vij. di. ibi. ſupradictum eſt. q̄ angeli perſtiterunt ⁊c. In tertia ea que pertinent ad corporum aſſumptionē. viij. di. ibi. ſolet in q̄ōne verſari ⁊c. Prima in duas. In pri ma determinat veritatem. In ſecūda mouet q̄ōnē et determinat eā. ibi ſolet autem queri ⁊c. Circa pri mum duo facit. primo ponit eorum p̄ditionē quātū ad nature gradum ante peccatum. In ſecūda p̄dōē eorum poſt peccatum. ibi. ⁊ tante ſup̄ ⁊c. ⁊ primo q̄ tum ad locū. ſecūdo quantum ad p̄lōnis gradū qui gradum naturaliū ſequitur. ibi. ſicut inter bonos ⁊c. ¶ Solet autem queri ⁊c. hic mouet q̄ōnem quātū ad ea que dicta ſunt de loco. ⁊ primo determinat eā i cōi. ſcd̄o i ſpāli. ibi. De lucifero aūt ⁊c. vbi p̄mo deter minat eā quātū ad primū angelum. ſecūdo quātū ad alios. ibi. alijs quoq₃ qui a ſanctis ⁊c. Hic. v. querū tur. primo de quo ordine fuit ſupremus angel⁹ iter peccantes qui lucifer dicitur. ſcd̄o qualiter peccatū aliorum. ad eius peccatum ſe habeat. tertio de loco eis p⁹ peccatū debito. quarto ſi ē iter eos p̄lōnis gra dus. quinto de pugna eorum ad nos,

a O primū ſic ꝓcedit. vr̄ ꝙ lucifer nō fuit ſupꝛmus oīuꝫ: qꝛ ad eū ſm̄ Ezechielē .xxviij. dr̄. Tu cherub ꝓtegēs ⁊ extētus .ſed oꝛdo cherubin ſm̄ Dio. ⁊ Grego. non eſt ſupꝛemus oꝛdo. ḡ videtur ꝙ nō fuit de ſupꝛemo oꝛdine. ¶ Preterea Damaſ. dicit de ipſo ꝙ pꝛeerat terreſtri oꝛdini: ſed inſerioꝛibus miniſterijs ſm̄ Dioniſiū ꝑfūguntur inferiores oꝛdines. ḡ vr̄ ꝙ fuerit de inferioꝛibus oꝛdinibus. ¶ Preterea natura cuiuſlibet angeli oꝛdinata eſt ad beatitudinem. ſed non eſt pꝛobabile ꝙ diuina oꝛdinatio ī natura nobiliſſima totius vniuerſi fruſtrata ſit ergo vr̄ ꝙ ille angelus qui ceteris ſuperioꝛ fuit a beatitudine non cecidit. ¶ Preterea peccatum nō; poteſt eſſe in natura aliqua niſi hn̄te poſſibilitatē que conſequitur eam ſm̄ ꝙ ex nihilo eſt: ſed ſuperioꝛ angelus quāto deo, qui eſt actus purus vicinioꝛ fuit tanto minus de poſſibili habuit. ergo videtur ꝙ peccatum in eo minime locum hr̄e potuit. ¶ Sed ꝯ.ē quod dicitur ezechielis .xxx. oē lignum paradiſi dei non eſt aſſimilatum illi neqꝫ pulchritudini eius: ſed per lignum paradiſi ſignificantur angeli. ergo videtur ꝙ angelo peccanti ad quē verba pꝛedicta referūtur nullus angeloꝝ̄ equari pōt. ¶ Preterea Gregorius dicit in littera ꝙ in alioꝛum operatione ceteris clarioꝛ fuit: ſed oꝛdo claritatꝫ eſt ſecūdū gradū nature. ergo peccās angelus ceteris altioꝛ fuit. ¶ R̄o dd̄ ꝙ hāc q̄onem Aug⁹ in oncī. xi. ſuper geneſim ad litteram. ⁊ indeterminatam relinquit eo ꝙ de hꝫs q̄ pertinent ad angelos pauca voluit aſſerendo tradere. ſed poſtmodum. Gregoꝛius expꝛeſſe determinat ꝙ fuit altioꝛ ceteris non ſolum peccantibus ſed etiam ſtantibus cui conſentit cōis ſententia que quidem ꝓbabilis eſt tū; pꝛopter multas auctoꝛitates que hoc figuratiue expꝛimere videntur; tum etiam ex hoc ꝙ non eſt ꝓbabile creatoꝛis equalitatē aliquo mō illū ſpiritū appetiſſe q̄ ēt alteri creature ſubiectus erat. vn̄ oꝫ ꝙ ille qui hoc appetijt ceteris fuerit altioꝛ.

¶ Ad pꝛimū ergo dd̄ ꝙ dona inferioꝛum oꝛdinū q̄bus nominantur ſunt etiam in ſuperioꝛibus oꝛdinib⁹ eminent. vn̄ ſupioꝛ oꝛdo noīe inferioꝛis noīari pōt. ⁊ iō dico ꝙ angelus ille nō dr̄ cherub. qꝛ de oꝛdine cherubin fuerit: ſed magis de oꝛdine ſeraphin. dr̄ āt cherub ad expꝛimendum qualitatem culpe. qꝛ enim per elationis vicium cecidit ideo a ſcientia noīatur quam nomen cherub deſignat. de qua dicit apoſtolus. i. coꝛ. viij. ſcientia inflat ⁊c. ¶ Ad ſecundū dd̄ ꝙ ſm̄ quoſdam dama. loquitur recitando opinionē quoꝛūdam: ⁊ non veritatem aſſerendo. vel dd̄ ꝙ q̄uis inferioꝛum oꝛdinum ſit pꝛeferri terreſtribus ſm̄ hoc ꝙ operatiōes imediate exequuntur. tamen etiā illi qui ſunt ſuperioꝛes terreſtribus pꝛeſunt ī hoc ꝙ inferioꝛes illuminant: ⁊ eoꝛum actus dirigūt. ¶ Ad tertium dd̄ ꝙ diuina oꝛdinatio de nulla creatura fruſtrari poteſt. qꝛ etiam ſi deficiat ab vno oꝛdine relabitur in alium oꝛdinem vt in pꝛimo libꝛo dictum eſt. ¶ Ad quartum dd̄ ꝙ angeli non agunt ſm̄ neceſſitatem nature. ⁊ ideo ille in quo eſt minoꝛ diſpoſitio ad peccatum poteſt plus peccare: ⁊ ideo peccatū etiā pꝛimi angeli ceteris grauius fuit inquantū in eo minus fuit flexibilitas ad peccandum.

a O ſecūdum ſic pꝛocedimr. videtur ꝙ peccatum pꝛimi angeli non fuerit occaſio pecandi alijs. illud enim quod eſt defoꝛmatum non poteſt occaſionaliter mouere ad ſuam imitationē: ſꝫ ſtatim vt angelus peccauit defoꝛmatus eſt. ergo nō mouit alios ad ſuam imitationem. ¶ Preterea nō videtur ꝙ alijs occōem peccandi daret niſi trahendo eos ad conſenſum ſui deſiderij quod fuit vt ceteris creaturis ſicut deus pꝛeferretur. ſed ī hoc alij non videntur conſenſiſſe: qꝛ vt ſancti dicunt per ſuperbiam peccauerunt. dignius enī; eſt ſuperioꝛi ſubeſſe. i. deo q̄ꝫ inferioꝛibus. i. angelis. ⁊ illud quod eſt dignius ſm̄ eſtimatiōnem ad minus eſt magis a ſuperbiente deſideratum. ergo videtur ꝙ ſupioꝛ alijs non perſuaſerit caſum. ¶ Preterea inter alias cās vna aſſignatur repationis hominis: qꝛ per aliū cecidit vt ſic congrue per alium ſurgeret: ſed inferioꝛū angeloꝛum caſus non eſt reparabilis. ergo videtur ꝙ non ad ſuggeſtionem ſuperioꝛis angeli ceciderūt. Preterea ſicut mali per auerſionē ceciderunt. ita ⁊ boni per conuerſionem confirmati ſunt: ſed nō ponitur in bonis angelis vnus cauſa conuerſionis alterius. ergo videtur ꝙ nec ponendū ſit ī malis vnū eſſe cām ruine alterius. Sed cōtra apoca. xij. dr̄ ꝙ draco de celo cadens ſecum traxit tertiam partē ſtellarū: ſed trahere pertinet ad cauſam aliquo modo mouentē: ergo videtur ꝙ pꝛimus angelus alios ad peccandum cōmouerit. Preterea iob. xl. dicitur de diaᵒlo in figura leuiathan. ꝙ ſuper omnes filios ſuperbie eſt rex. ſed ſm̄ phm̄. in .v. metha. rex dicitur pꝛimus inquantum mouet per ſuam voluntatē ⁊ imperium ſibi ſubiectos. ergo videtur ꝙ pꝛimus angelus alios ad peccandum traxerit. R̄o dd̄ ꝙ circa hoc ē multiplex opinio. quidā. n. dicunt ꝙ inter peccatum pꝛimi angeli ⁊ alioꝛum non attendit̄ aliquis oꝛdo niſi ſm̄ quantitatem culpe: qꝛ peccatum pꝛimi angeli ceteris grauius fuit. Sed illud non videtur conueniens ꝓꝑ hoc ꝙ ex modo loquēdi ī ſcripture deſignatur aliqua cāſitas pꝛimi angeli ad peccatum alioꝝ. Et iō alij dicunt ꝙ pꝛeceſſit tā grauitate q̄ꝫ cāſitate ⁊ etiam temporis duratiōe. Sed hoc vr̄ inconueniens: qꝛ ſm̄ damaſ. quod ē in hoībus moꝛs hoc eſt in angelꝭ caſus. vn̄ ſicut moꝛientes in peccatꝫ ſtatim dānationi ſubiciuntur. ita etiam angelus peccans ſtatim ſuam damnationem accepit ⁊ a bonoꝝ conſoꝛtio eiectus eſt vnde aliquis alios ñ potuiſſet ad peccandum trahere. ¶ Et ideo dd̄ ꝙ peccatum pꝛimi angeli alioꝛum. peccata pꝛeceſſit non tantum q̄ntitate culpe: ſed etiam cāſitate non tamen duratione ꝙ quomodo contingat ſic poteſt videri. Ipſe pꝛimus angelus vt dictum eſt pꝛius voluit hoc cōſequi vt ſicut natura alios pꝛecellebat ita eis quodāmodo cauſa fuiſſet vltimā perfectionē conſequendi. ⁊ qꝛ ipſe motus deſiderij indiuiſibilis fuit: ⁊ non cōtinuus ideo pꝛincipium eius non ꝑceſſit terminum ipſius. ⁊ iō motus alterius cauſatus ab ipſo qui incepit in termino eius: ſimul oīo fuit cum ipſo ſm̄ ꝙ hꝫ quod deſiderauit attentauit vt ad actum pꝛoduceret alijs ſuum deſiderium expouendo: ⁊ ſimul cū hꝫ fuit alioꝛum viſio ⁊ peruerſus deſiderij conſenſus. Et ſimile cōtingit in omnibus operationibus in ſtātaneis quarum vna eſt cauſa alterius ꝙ ſunt ſimul tempoꝛe ſicut illuminatio aeris ⁊ viſio coloꝛis: ⁊ diſcretio rei viſe etiam quantum ad ſenſibilia per accidens. ¶ Ad pꝛimum ergo dicendum ꝙ defoꝛmitas conſecuta eſt in pꝛimo angelo ex actu ſuo ſimul cum actu alioꝛum. viſio autem inferioꝛum angeloꝝ non ferebatur in angelum pꝛimum ſm̄ ꝙ ex actu in ipſo relinquebatur defoꝛmitas: ſed ſecundum ꝙ ex ipſo actus pꝛocedebat; que enim coniuncta ſunt tem

ꝑoꝛ per actum anime ſeparantur: et pꝛecipue quando vnum naturaliter pꝛecedit alterum. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ inferioꝛes angeli etiã per ſuperbiam peccauerunt ⁊ tamen ſuperioꝛi ſubeſſe voluerunt qḋ ille obtabat ſibi. vnde aliquid appetebant ſibi ipſis ex quo ſuperbiebant vt. ſ. ipſimet ſecundum poſſibilitatẽ naturalium ſuoꝛũ gloꝛiam acquirerẽt, tamen ſub deo ⁊ non ſub ſuperioꝛibus angelis ⁊ ꝙ eam in alios angelos inferioꝛes trãſfunderent ⁊ aliquid appetebant ipſi ſuperioꝛi in quo ſibi conſenciebant vt. ſ. dictam dignitatem aſſequeretur: qꝛ eadẽ ratio erat de vno ⁊ de omnibus. Et eſt ſimile de illis qui pari ratione ſe habent ad aliquid acquirendũ, ⁊ ideo omnes in vnum conſpirantes quilibet ſibi et alijs deſiderat. ¶ Ad tertiũ dḋ. ꝙ iſta non eſt pꝛopꝛia cauſa quare peccatum angeli fuit irremiſſibile: ſed eſt aliqua congruitas vt peccatũ hominis magis remedietur. ¶ Et pꝛeterea non eſt ſimile: qꝛ hõ peccauit per alium temptantẽ: ſed inferioꝛes angeli per aliũ occõeꝫ pꝛeſtantem. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ conuerſio efficatiam habuit per gratiã que non eſt ex aliqua creatura. ſꝫ auerſionẽ ſufficienſ virtus li. ar. cauſare poteſt. ¶ Pꝛeterea non eſt a veritate remotum quin auerſio vnius angeli eſſet occaſio ⁊ exemplum conuerſionis alioꝛum immo videtur ex hoc quod dr̃ apoc. xij. michael ⁊ angeli eius ⁊c.

a Ad tertium ſic pꝛoceditur. vr̃ ꝙ inconuenienter aſſignatur locus ipſis angel' mal' poſt caſum. Illi enim qui ex loco nullam impꝛeſſionem recipit equaliter conuenit omnis locus. ſed demones cum ſint incoꝛpoꝛee ſubſtantie non recipiũt aliquas impꝛeſſiones locales ⁊ coꝛpoꝛales: qꝛ nec illuminantur luce coꝛpoꝛali nec infrigidantur. ergo videtur ꝙ nihil ſit dicta ꝙ eis vnus locus magis ꝙ̃ alius debeatur. ¶ Pꝛeterea peccantibus non debetur niſi locus carceralis: ⁊ penalis: ſed ſm̃ phm̃ in ſecũdo ce. ⁊ mun. pictagoꝛas locum ignis dixit eſſe carcerem. ergo videtur ꝙ ibi deberent eſſe poſt peccatum: ⁊ non in aere. ¶ Pꝛeterea locus debet eſſe ꝓpoꝛtionatus locato: ſed demones per peccatũ ſunt obtenebrati. ergo vr̃ ꝙ debeatur eis loc⁹ circa terrã q̃ ẽ coꝛp⁹ opacũ. ¶ Pꝛe. cũ demonib⁹ debeatur perpetua pena non debet eis concedi a deo locus quem deſiderant: quia deſiderium completum mitigat penam: ſed demones libenter volunt hic eſſe nobiſcum. vnde leguntur frequenter petiuiſſe ne in infernum mitterentur. ergo videtur ꝙ ſemper debeant in inferno eſſe. ¶ Pꝛeterea peccatũ demonis eſt grauius ꝙ̃ peccatum hominis: ſed anime dãnatoꝛum ſtatim ad inferna deſcendunt nec hic nobiſcum remanere permittuntur. ergo videtur ꝙ nec demones. ¶ Pꝛeterea vt dicitur Ja. ſcḋo in quadam glo. demones q̊cũq; vadunt ſecum ignem inferni poꝛtant: ſed ignis ille cum ſit coꝛpoꝛalis agit neceſſitate nature. ergo videtur ꝙ ad nos nunꝙ̃ accedant: qꝛ omnia que circa nos ſunt comburerentur. ¶ Pꝛeterea quoꝛũ ẽ vnũ pondus in coꝛpoꝛibus eſt vnus locus ſicut omnium grauiũ centrũ in quod tendunt ſuo motu: ſed ſm̃ Auguſtinum idem eſt amoꝛ in ſpiritibus qḋ pondus in coꝛpoꝛibus. cum ergo omnes demones per affectum vnius vicij peccauerint. videtur ꝙ vnus locus tantum eis debeatur. ſed contra eſt quod in littera dicitur. ¶ R° dḋ ꝙ angelo ſm̃ ſuam eſſentiam locus non debetur vt in pꝛimo libꝛo dictũ ẽ di. 37. Sed ſolum quantum ad operationem vel per modum congruentie, ſicut in opere contemplatiõis vel per modum neceſſitatis ſicut in hiis que circa nos operantur. operatio autem angeli ſm̃ naturam ſuaꝫ cum ſit intellectualis ſubſtantia eſt contemplari. vnde omnes in loco contemplationi congruenti. ſ. i celo empireo creati ſunt. operatio autem gloꝛie nõ differt ab operatione nature eoꝛum niſi ſicut perfectum ab imperfecto. Et ideo idem locus debetur angelis conditis ⁊ gloꝛioſis: ſed quãtum ad ſtatum culpe vel miſerie poteſt eoꝛum operatio. tripliciter attendi. aut ſm̃ lucẽ nature que in eis remanſit q̃uis obtenebꝛata per peccatum: vel quantum ad culpe tenebꝛas ⁊ ſic debetur eis locus tenebꝛoſus ⁊ penalis vel quantum ad oꝛdinẽ diuine ſapientie quo ex eoꝛum malicijs bonum elicitur cauſa. ſ. noſtri exercitii: ⁊ quantum ad hec tria competit eis aer pꝛecipue quãtum ad mediam ſui partem: qꝛ inquantum eſt diaphonus per naturam lucis conſonat eoꝛũ nature perfecte: quantum autẽ ad turbulentiam competit eis ut penalis contra culpam: inquantum vero pꝛopinquus nobis competit ad exercitium. Sꝫ inferni locus competit eis contra culpam inquantum eſt hoꝛꝛidus ⁊ tenebꝛoſus: naſtra autem habitio competit eis pꝛopter noſtrum exercitiũ. ¶ Ad pꝛimum ergo dicendum ꝙ non dr̃ eſſe in loco: quaſi ex loco coꝛpoꝛali aliquid recipientes. ſed quaſi circa locũ operantes aliquid pꝛopꝛietatibus loci conſonũ. ¶ Ad ſecundũ dicendũ ꝙ inter alia coꝛpoꝛa generabilia ⁊ coꝛꝛuptibilia ignis eſt ſubtiliſſimus ⁊ pl⁹ habens de luce. vnde angelis obtenebꝛatis non cõpetit. vnde magis deus ⁊ boni angeli ſm̃ metaphoꝛas ab igne ſumptas deſcribuntur: vt dicitur in fine celeſtis yerarchie. pictagoꝛas autẽ loquitur de igne quem in medio vniuerſi ponebat vt inde dicitur. ⁊ hunc nos dicimus eſſe ignem inferni qui eſt hoꝛꝛidus ⁊ tenebꝛoſus ⁊ locus penalis demonum. ¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ pars aeris iuxta terrã eſt lucidioꝛ ⁊ calidioꝛ ea que eſt in media regione aeris. qꝛ ex reflexione radioꝛum ſolis multiplicatur ſplendoꝛ ⁊ caloꝛ in aere qui eſt iuxta terrã. vnde vapoꝛes reſoluti ex aqua ⁊ terra eleuantur. ⁊ vbi inuenitur minoꝛ ⁊ caloꝛ pꝛopter diſtinctiam a loco reflexionis vapoꝛ ille dimittitur nature ſue. vnde infrigidatur ⁊ ꝯdenſatur. ſicut aqua calefacta ſepata a calefactẽte: ⁊ pꝛopter hoc locus ille eſt frigidus ⁊ tenebꝛoſus et ex inde deſcendunt pluuie ⁊ grãdines et venti ⁊ huiuſmodi. Et ideo ratio ſupponebat falſum. ¶ Ad q̃rtũ dicendũ ꝙ ex hoc ꝙ circa nos ſunt nullo modo eoꝛum pena minuitur niſi ꝙ ſibi penale eſtimant nõ poſſe nobis nocere ſicut quando in inferno ſunt.

¶ Ad quintum dicendum ꝙ erroꝛ grecoꝛum eſt ponentium nullam animam ante diem iudicii neq; in infernum neq; in celum ire. ⁊ eſt deriuatus a fabulis pictagoꝛicis ⁊ poetarum qui ponebant animas occiſoꝛum circuire ſepulcrum vſq; ad vindictam mortis. ⁊ iterum non redire ad comparẽ ſtellam ante cõpletum periodum vite que ante terminum in naturali moꝛte finita eſt. ¶ Sed ꝙ ſtatim anime damnatoꝛum ad inferna deſcendant pꝛobatur in littera ex iuſtis qui illuc deſcendebant. ⁊ Job. ducunt in bonis ⁊c. ⁊ luce. xv. moꝛtuus eſt diues ⁊c. ¶ Et ſimiliter ꝙ ſancti ſtatim in celos aſcendant pꝛobatur. ex hoc quod hr̃. ij. coꝛinth. v. Scio enim ꝙ ſi terreſtris ⁊c.

⁊ tamen vtriq; circa nos aliquando apparent ad vtilitatem noſtram. ſicut angeli beati huc ad nos accedunt. nec eſt ſimile de animabus damnatorum ⁊ demonibus. quia demones ſm gradum nature ſue cōſtituti erant ſupra nos vt ex eis aliqua vtilitas nobis proueniret. nec hoc omnino per eorum peccatum deperire debuit: vnde dati ſunt nobis in exercitium quod animabus non competit. ℂ Ad ſextuʒ dicendum ꝙ quidam dicunt penam ſenſibilem ipſorum demonum dilatam eſſe vſq; ad diem iudicii: ſʒ hoc videtur eſſe ⁊ contra ſanctorum auctoritates ⁊ contra rationem diuine iuſtitie que ſtatim animas damnatorum pene infernalis ignis adiudicat quarum tamen peccatum non eſt maius peccato demonum. ℂ Et ideo alii dicunt ꝙ in igne infernali ſemper ardent quem etiam ſemper ſecum deferunt non tamen ignis ille alia corpora comburit: q: agit vt inſtrumentum diuine iuſticie in illa tantum que ad talem penam adiecta ſunt. Sed cū ſint incorporei nō videtur probabile ꝙ ignem corporaleʒ ſecuʒ deportent. vnde dicenduʒ ꝙ ſemper igne infernali ardēt non tamen eis ſemper preſente ſm locuʒ: q: nō agit corporali modo calefaciendo ⁊ deſiccando: ſed modo ſpirituali. vnde non requiritur determinata diſtantia ſicut in actione corporali. ℂ Ad ſeptimuʒ dicendum. ꝙ dicta tria loca debentur cuilibet demoni ſm diuerſas ſui conditiones vt dictum eſt,

a D quartum ſic proceditur. videtur ꝙ in demonibus non ſit ordo. dicitur eniʒ Job. x. ꝙ in terra miſerie ⁊ tenebrarum nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitat: illius autem terre demones ſunt incole. ergo in eis non eſt aliquis ordo. ℂ Preterea in quibuſcunq; eſt ordo prelatiōis eſt aliqua concordia pacis. ſed demones videntur eſſe diſcordes quia vt dicitur prouer. xi. inter ſuperbos ſēper ſunt iurgia. ergo ⁊c. ℂ Preterea ordo plationis cuiuſlibet eſt ſm aliquā regulam voluntatiſ. ſed voluntas demonum nullo iure dirigi poteſt. ergo non poteſt in eis eſſe ordo prelationis. ℂ Preterea ſuperiores demones grauius peccauerūt ſm ꝙ naturalia meliora acceperant per que ſtare poſſent: ſed illi qui magis peccauerunt grauius debent puniri. ergo non videtur probabile ꝙ prelationem ſuper alios acceperint. Preterea inter homines damnatos non ponitur aliquis ordo prelationis: ſʒ hominum damnatorum ⁊ demonum eſt vna damnatio. ergo videtur ꝙ nec in demonibus. Sed contra. eſt quod dicitur Job. xv. de ſquamis leuiathan per quas membra diaboli ſignificantur. ꝙ vna vni adheret ⁊c. ergo videtur. ꝙ ſit inter eos aliqua concordia ⁊ ordo prelationis. Reſpondeo dicēdo ꝙ ordinem prelationis in demonibus eſſe congruit eorum nature: diuine ſapientie: ⁊ proprie nequitie. Ex natura enim. quidam aliis ſuperiores fuerunt. ⁊ q: peccatum naturam non tollit, conſequitur vt etiam poſt peccatuʒ quidam aliis ſuperiores remaneant, Ad ſapientiam etiam diuinam ptinet vt que ab eo ſunt ordinata ſint ab eo a quo omnis poteſtas eſt vt dicitur ro. xiii. ⁊ ideo poteſtas demonum ad exercēdū homines ⁊ puniendum damnatos a deo eſt. ⁊ ideo ordinata per gradus prelationis debet eſſe. Similiter: ex nequitia ſua hūano generi aduerſantur: amicos autem eſſe eos qui vnius inimici ſunt conſequitur. ⁊ ideo vt magis hominibus noceant quaſi adinuicem confederantur vt concorditer ⁊ ordinate impugnent: ℂ Ad primum ergo dō ꝙ ibi oīo remouebitur ordo in finem beatitudinis a quo irrecuperabiliter ceciderunt: erit tamen in eis ordo poteſtatis que magis a deo ꝗ; ab ipſis eſt. ℂ Ad ſcōm dicendū ꝙ quantum in ipſis eſſet demones nunq; concordiam haberent. ſed ad aliquid vnum efficiendum concordant: non enim eſt probabile ꝙ beniuolentiā aliquaʒ adinuicem habeant: ſed ſolum concordiam ad actū aliquē. ℂ Ad tertium dicendum. ꝙ ſicut in quolibet malo oʒ aliquid boni remanere cum non totum per malum corrumpatur: ita etiam in actibus iuſtitie poteſt aliqs ordo iuris remanere ſicut patet in latronibus qui alios iniuſte ſpoliantes inter ſe aliquam formam iuſtiᵉ habent dum ſibi inuicem fideʒ ſeruant. ⁊ ita in demonibus eſſe poteſt. ℂ Ad quartum dicendum ꝙ per poteſtatem habitam in nullo etiam penā mitigatur quin potius quanto ſunt ſuperiores officio tanto etiam grauiori ſubiecti tormento. vnde dicitur ſapientie. vi. potentes potent. tor. ⁊c. nec poteſtas eis datur in premiuʒ: ſed in diuine ſapientie obſequium. ℂ Ad quintum dicendum ꝙ homines nō ſunt ſibi inuicem preeminentes ſm ordinem nature. ⁊ etiam non ordinantur damnati in exercitium aliorum vel in punitionem: ⁊ ita non eſt ſimilis ratio de demonibus ⁊ hominibus.

a D quintum ſic proceditur. videtur ꝙ demones qui a ſanctis vincuntur non retrudātur in infernum. Infligere enim penam ei qui in pugna ſuccumbit eſt incitare ad acrius impugnādum: ſed hoc non pertinet ad dei miſericordiā ergo ⁊c. ℂ Preterea xp̄s efficacius vicit ſuū temptatorem ꝗ; alii ſancti: ſed lucifer qui xp̄m tētauit nō eſt omnino a tēptationis officio ſecluſus. q: tpe antixp̄i grauiſſime hoīes tēptabit. ġ multo minus alii. ℂ Pre. quāto pauciores ſunt tēptatores tanto leuior eſt tēptatio. cū ergo cōtiᵉ a ſanctis aliqui demones vincantur: ſi a temptōe qui vincuntur ceſſarent in fine mundi leuiſſima eſſet temptatio quod fſm eſt. ergo ⁊ primū. ℂ Pre. demones ſunt ordinati a deo ad noſtruʒ exercitiū. ſi ergo oīo a tēptōis exercitio ceſſarēt oino ad nihil ordinati eſſent. qđ nō ꝯpetit diue ſapie q: nihil inordinatū relinq;. ġ ⁊c. ℂ Sʒ ꝯ. pugnātibꝰ dʒ iuſtitia equal' ꝯditio a iuſto iudice. ſed demones nos vincētes noſtrū exercitiū minuūt. ergo videt ꝙ ſimiliter ſit ecōuerſo. ℂ Preterea hoc pōt pbari ex iuſtitia humana que pugilē victum ad pugnā vltionis nō admittit. ℂ Rᵒ dō. ꝙ oēs ꝯcedūt demonem victum aliquo modo a temptōe ceſſare. ſʒ circa hoc ſ. qualiter ceſſet ſunt. 3. opiniones qdā. n. dicunt ꝙ h̄ modo repellit ꝙ nec ipſiuʒ nec aliū tēptare poſſit, nec de eodē nec ꝺ alio peccato: qdā vero dicūt ꝙ poteſt temptare de alio peccato non autē de eodē nec ipm vincentē nec alios: ⁊ hee due ponūti littera. Alii vō dicūt ꝙ ex quo aliqs perfecte de vno vitio demonē tēptāteʒ vicit nec poteſt de eodē vicio ab eo tēptari ſed de alio poteſt: alios autem temptare poteſt ⁊ de eodeʒ vicio ⁊ de alio. hec aūt pō hʒ cām magis manifeſtā: q: iſte ꝺr pfecte diaboluʒ vincere de aliquo vicio i q̊ oīo vincūtur paſſiōes ad viciū illud inclinātes ſicut ē i illis i quibus acgritur habitus virtutꝭ cōſuetudinal: ⁊ tūc ń remanet magna ꝓnitas ad peccatū illud. ⁊ iō a diabolo nō tēptatur de hoc peccato q: vires eius cognoſcit. aliaꝝ aūt opinionū rō poteſt

ceſſe. quia cum cauſalitas bona opera cõmunia faciat ⁊ in eccleſia ex victoria vnius omnes aliquod cõmo-modũ reportant dum eoꝝ hoſtes vincuntur. Quid tamen horum verius ſit ignotum eſt: q2 nec ratione nec auctoritate multum confirmari poteſt. ¶ Ad p̄mum ergo dicendum: ꝙ demonũ voluntas ſemper manet in eadẽ obſtinatiõe ad nocendum hominib⁹ ⁊ ideo magis poteſt ꝙ remoueantur a pugna: q2 per hoc poteſtas impugnandi compeſcitur quorum iniqua voluntas non minuitur: nec augetur. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ illi qui etiam ponũt demones ab omni temptatione ceſſare intelligunt ad tempus determinatum poſt quod iterum ad pugnam redeũt ⁊ per hoc patet reſponſio ad tertium. ¶ Ad quartũ dicendum: ꝙ malum eorum ſemper eſt ordinatũ per penam quam ⁊ ipſi ſemper ſuſtinent: ⁊ in inferno dãnatis infligunt. Draco de celo cadens. ⁊c. per draconem intelligitur ipſe lucifer: per caudã ſuaſio qua alijs ſuum deſideriũ expreſſit: per ſtellas angeli naturali luce fulgentes quarũ tertia pars cecidiſſe dr̄ non quantum ad numerum: ſed quantũ ad qualitatem: quia qui remanſerunt ſunt deo adherentes aſſiſtendo: ⁊ miniſtrando ⁊ alij per auerſionẽ ceciderũt. Aduerſus principes ⁊ ptãtes ⁊c. Sciẽdũ ꝙ q̄uis ꝓbabile ſit aliquos cecidiſſe de ſingulis ordinibus nõ tamen demones nominant̄ ab illis ordinibus quorũ noĩa ſumunt̄ ex donis gratie gratum facientis: ſicut ſeraphin. noĩantur ab incendio charitatis ⁊ troni ab inhabitatione diuina: ſed ab alijs quoꝝ noĩa ſumuntur ex gratijs gratis datis que ad ſcientiam ⁊ potẽtiã pertinent. At q̄diu durat mũdus ⁊c. Cõtra ſemper remanebunt in diuerſo gradu nature ⁊ pene. ergo ſemper remanebit ordo. Et dd̄ ꝙ dicitur ceſſare prelatio bonorum ⁊ malorum ſpũum quãtũ ad actus quos circa nos exercẽt vel cuſtodiẽdo vel tẽptãdo.

## Diſtinctio. Septima.

Quod boni angeli ſunt adeo confirmati per gratiam vt peccare non poſſunt: ⁊ mali ita obdurati in malo vt bene viuere nequeant.

s Upra dictum eſt ꝙ angeli qui perſtiterunt ꝑ gratiam dei confirmati ſunt: et qui ceciderũt a gratia dei deſerti ſunt. ⁊ boni quidem in tantũ cõfirmati ſunt per gratiã ꝙ peccare nequeunt. Mali vero per malitiam adeo ſunt obſtinati: ꝙ bonam voluntatem habere ſiue bene velle non valent: ⁊ ſi bonũ ſit quod aliquãdo volunt. Volunt enim aliquando aliquid fieri quod deus vult fieri. ⁊ vtiq3 illud bonũ eſt ⁊ iuſtũ fieri: nec tamen bona voluntate illud volũt nec bene illud volũt.

Quod vtriq3 liberum arbitrium habent nec tamẽ ad vtrũq3 flecti poſſunt.

s Ed cũ nec boni peccare poſſint: nec mali bene velle vel bene operari: videtur ꝙ iam non habeant liberũ arbitrium: quia in vtrãq3 partem flecti nõ poſſunt: cum liberum arbitrium ad vtrũq3 ſe habeat. Unde Hiero. in tractatu de prodigo filio dicit. Solus deus eſt in quem peccatum cadere non poteſt. cetera cum ſint liberi arbitrij in vtrãq3 partem flecti poſſunt. Hic dicere videt̄ ꝙ omnis creatura in libero arbitrio conſtituta: poteſt flecti ad bonum ⁊ ad malũ. Quod ſi ẽ: ergo ⁊ boni angeli ⁊ mali ad vtrũq3 flecti poſſunt. ergo ⁊ boni poſſunt fieri mali: ⁊ mali boni. Ad quod dicimus: q2 boni tanta gratia confirmati ſunt: vt nequeant fieri mali: ⁊ mali adeo in malicia obdurati ſunt: vt non valeant fieri boni: ⁊ tamen vtriq3 hñt liberum arbitrium: quia ⁊ boni non aliqua cogente neceſſitate: ſed propria ac ſpontanea voluntate per gratiam quidem adiuti bonũ eligunt ⁊ malum reſpuunt. Et mali quidem ſimiliter ſpontanea voluntate a gratia deſtituti: bonum vitant ⁊ malum ſequuntur. Et habent mali liberum arbitrium: ſed depreſſum atq3 corruptum ꝙ ſurgere ad bonũ nõ valent.

Quod boni poſt confirmationem liberius habent arbitrium q̃ ante.

b Oni vero arbitrium multo liberius habent poſt confirmationẽ q̃ ante. Ut enim Aug. tradit in enchi. Non ideo carent libero arbitrio: quia male velle ñ poſſunt: multo quippe liberius eſt arbitriũ quod non poteſt ſeruire peccato. Neq3 culpanda eſt voluntas: aut voluntas non eſt: aut libera dicenda nõ ẽ qua beati eſſe ſic volunt vt eſſe miſeri non ſolum nolint: ſed nec prorſus velle poſſint. Nõ poſſunt itaq3 boni angeli velle malũ: vel velle eſſe miſeri. neq3 hoc habent ex nature: ſed ex gratie beneficio. Ante gratie namq3 confirmationem potuerunt peccare angeli: ⁊ quidam etiam peccauerunt ⁊ demones facti ſunt. Uñ Aug. in libro contra Maximum: Creaturarum natura celeſtium mori potuit: quia peccare potuit. Nam ⁊ angeli peccauerunt ⁊ demones facti ſunt: quorum diabolus eſt princeps: ⁊ qui nõ peccauerunt peccare potuerunt. Et cuicũq3 creature rationali preſtatur vt peccare nõ poſſit nõ ẽ hoc nature proprie: ſed dei gratie. Ideoq3 ſolus deus eſt qui non gratia cuiuſq3: ſed natura ſua nec potuit nec poteſt nec poterit peccare. Ecce hic inſinuatur ꝙ angeli ante cõfirmationem peccare potuerunt: ſed poſt con

firmationem non poſſunt. Et quod potue-rũt fuit eis ex li.ar.qḋ ẽ eis naturale. Quod vero mõ nõ poſſunt peccare: nõ ẽ eis ex natura.i.ex libero arbitrio.ſꝫ ex gratia ex qua gratia etiam eſt vt ipſum liberum arbitrium iam nõ poſſit ſeruire peccato.

Quod p⁹ cõfirmationẽ angeli nõ poſſint ex natura peccare ſicut ante: nõ q͛ debilitatũ ſit eorũ arbitriũ: ſed ↄfirmatũ.

n Du ergo poſt ↄfirmationẽ ãgeli de natura: ſicut ante peccare potuerunt: nõ q͛ liberꝝ ar. eoꝝ debilitatũ ſit per gratiã: ſꝫ ita potius ↄfirmatũ: vt iã ꝑ illud ñ poſſit bonus angelus peccare: qḋ vtiqꝫ nõ ẽ ex ipſo libero ar: ſed ex gratia dei. Qḋ ergo Hiero. ait. Cetera . cũ ſint liberi arbitrii poſſunt flecti in vtrãqꝫ partē: accipi oportet ſm ſtatum inquo creata ſunt. Talis enim ⁊ homo ⁊ angelus creatus eſt quod ad vtrũqꝫ flecti poterat. ſed poſtea boni angeli ꝑ gratiam ita cõfirmati ſunt: vt peccare nõ poſſint: ⁊ mali ita vitio obdurati vt bene viuere nequeãt. Similiter ẽt illud Iſidori itelligẽdũ ẽ angeli mutabiles natura: imutabiles ſunt grã: qꝛ ex natura i ꝑmordio ſue ↄditiõis mutari potuerũt: ſiue ad bonũ ſiue ad malũ: ſꝫ poſt gratiã ita bono adhieti ſũt vt inde mutari nequeãt. Ad hoc enĩ repugnat grã nõ natura.

Qḋ mali angeli viuacẽ ſenſuꝫ nõ perdiderũt: ⁊ quibus modis ſciãt.

e T licet mali angeli ita ꝑ maliciã ſint obſtinati: viuaci tamẽ ſenſu nõ penitus ſunt priuati. Nã vt tradit Iſidorus triplici acumine ſciẽtie vigẽt demones. ſ. ſubtilitate nature: experientia tẽpoꝝ: reuelatõe ſuperioꝝ ſpirituũ. De hoc ẽt Aug. ait. Spiritus mali quedam vera de temporalibus rebus noſcere ꝑmittũt: partim ſubtilitate ſenſus: partem experiẽtia tẽpoꝝ callidiores propter tam magnã lõgitudinẽ vite: partim ſanctis angelis: quod ipſi ab oĩpotẽti deo diſcũt iuſſu eius ſibi reuelãtibus. Aliquãdo autẽ idem nefandi ſpiritus: ⁊ que ipſi acturi ſunt velut diuinãdo predicũt.

Quod magice artes virtute ⁊ ſciẽtia diaboli valẽt: que virtus ⁊ ſciẽtia ẽ ei data a deo: vel ad fallẽdum malos vel ad monẽduꝫ vl' exercẽduꝫ bonos.

q Uorum ſcientia atqꝫ virtute etiã magice artes exercentur quibuſdam tamen tam ſciẽtia q̃ poteſtas a deo data eſt: vel ad fallendum fallaces: vel ad monendum fideles: vel ad exercendam probandamqꝫ iuſtorum pacientiam. Unde Augu. in libro tertio de trinitate. Uideo inquit infirme cogitationi quid poſſit occurrere. Cur. ſ. iſta miracula: etiam magicis artibus fiant. Nam ⁊ magi Pharaonis ſerpentes fecerunt: ⁊ alia. Sed illud eſt amplius admirandum quo modo magorum potentia que ſerpentes facere potuit: vbi ad muſcas minutiſſimas. ſ. ciniſes ventum eſt: omnino defecit: qua tertia plaga egyptus cedebatur. Ibi certe defecerunt magi dicentes. Digitus dei eſt hic vbi intelligi datur: nec ipſos quidem angelos tranſgreſſores: ⁊ aereas poteſtates in vnam iſtam caliginem tanq̃ in ſui generis carcerem: ab illius ſublimis ethcree puritatis habitatione detruſos: per quos magice artes poſſunt quicquid poſſunt aliquid valere niſi de ſupra data poteſtate. Datur autem vel ad fallenduꝫ fallaces: ſicut in egyptios et ipſos etiam magos data eſt: vt in eorum ſpirituum operatione iudicarentur admirandi a quibus fiebant damnandi: vel ad monendũ fideles: ne tale aliquid facere pro magno deſiderent: propter quod etiam nobis in ſcriptura ſunt prodita: vel ad exercendam probandamqꝫ ⁊ manifeſtandam iuſtorum patientiã.

Quod tranſgreſſoribus angelis non ſeruit ad meritum materia rerum viſibilium

n Ec putandum eſt iſtis tranſgreſſoribus angelis ad meritum ſeruire hãc viſibilium rerum materiam: ſed deo potius a quo hec poteſtas datur quantuꝫ incõmitabilis indicat.

Quod non ſunt creatores licet per eos magi ranas ⁊ alia fecerunt: ſed ſolum deus.

n Ec ſane creatores illi mali angeli dicendi ſunt: quia per illos magi ranas ⁊ ſerpentes fecerunt: non enim ipſi eas creauerunt. Omnium quippe reruꝫ que corporaliter viſibiliterqꝫ naſcuntur: occulta quedam ſemina in corporeis huius mundi elementis latent: que deus originaliter eis indidit. Ipſe enim creator eſt omnium reruꝫ qui creator eſt inuiſibilium ſeminum: quia quecunqꝫ naſcendo ad oculos noſtros exeunt: ex occultis ſeminibus accipiunt progrediendi hic primordia ⁊ incrementa debite magnitudinis: diſtinctioneſqꝫ formaruꝫ ab originalibus vt ita dicam regulis ſumunt.

Sicut parentes non dicuntur creatores filiorum nec agricole frugum: ita nec boni angeli: nec mali: ⁊ ſi per eorum miniſteriuꝫ fiant creature.

s Icut ergo nec parẽtes dicimus creatores hominum: nec agricolas creatores frugum: q̃uis eorum extrinſecus adhibitus motibus: iſta creanda dei virtus interius operetur: ita non ſolum malos: ſed nec bonos angelos fas eſt putare creatores: ſed pro ſubtilitate ſui ſenſus ⁊ corporis ſemina iſtarum rerum nobis occultiora nouerunt: ⁊ ea per congruas temptationes elementorum latenter ſpargunt: atqꝫ ita gignendarum rerum ⁊ accelerandorum incrementorum prebent occaſiones: ſed nec boni hec niſi quantum deus iubet nec mali hec iniuſte faciunt niſi quantum ipſe iuſte permittit.

Nam iniqui malicia voluntatem ſuam habet iniuſtam poteſtatem autem non niſi iuſte accipit: ſiue ad ſuam penam: ſiue ad aliorum: vel penam malorum vel laudeꝫ bonoꝝ.

Sicut iuſtificationem mentis: ita creationem rerum ſolus deus operatur: licet creatura exterius ſeruiat.

s Icut ergo mentem noſtram iuſtificando formare non poteſt niſi deus predicare autem extrinſecus euangeliuꝫ etiam homines poſſunt. nõ ſolum boni per veritatem: ſed etiam mali per occaſionem. Ita creationem rerum viſibilium deus interius operatur. Exteriores autem operationes atqꝫ contemperationes ſiue occaſiones ab angelis tam bonis q̃ꝫ malis vel etiam hominibus adhibentur. Sed hec ab hominibus tanto difficilius adhibentur quanto eis deſunt ſenſuuꝫ ſubtilitates: ⁊ corpoꝝ mobilitates in mẽbris terrenis ⁊ pigris. Vñ qualibuſcũqꝫ angelis vicinas cãs ab elemẽtis cõtrahere: quãto facilius: ẽ tãto mirabiliores ĩ huiuſmodi opibus eoꝝ exiſtũt celeritates: ſꝫ nõ eſt creator niſi q̃ principaliter iſta format. nec q̃ſq̃ hoc põt niſi vnus creator deus. Aliud eſt enim ex intimo ac ſũmo cãrũ cardine condere ac miniſtrare creaturã: q̃d facit ſolꝰ creator deus. Aliud autẽ pro diſtributis ab illo viribus ⁊ facultatibus aliquam operationem forinſecus admouere: vt nũc vel tunc: ſic vel ſic exeat quod creatur. Iſta quippe originaliter ac primordialiter in quadam textura elementoꝝ cuncta iam creata ſunt. Sed acceptis opportunitatibus prodeunt.

Q̃d angeli mali multa poſſũt ꝑ nature vigorẽ q̃ nõ poſſunt ꝓꝑ dei vel bonoꝝ angelorũ ꝓhibitionẽ. i. q꞉ nõ ꝑmittũtur.

f Illud quoqꝫ ſciẽdum ẽ q̃ angeli mali quedã poſſunt ꝑ nature ſubtilitateꝫ: que tamen non poſſunt propter dei vel bonorum angelorum prohibitionẽꝫ. i. q꞉ nõ ꝑmittũtur illa facere a deo vel ab angelꝭ bonis. Poſſent vtiqꝫ ciniſes feciſſe qui ranas ſerpenteſqꝫ fecerunt. Quedam vero non poſſunt facere: etiam ſi permittantur ab angelis ſuperioribus: q꞉ non permittit deus. Unde Aug. in libro tertio de trinitate. Ex ineffabili potentatu dei fit vt quod poſſent mali angeli ſi permitterentur: ideo nõ poſſunt: q꞉ nõ permittũtur. neqꝫ eñi occurrit alia rõ cur non potuerũt facere ciniſes qui ranas ſerpẽteſqꝫ fecerunt: niſi q꞉ maior aderat dominatio prohibentis dei per ſpũm ſanctũ. Q̃d etiã magi ꝯfeſſi ſunt dicẽtes. Digitus dei eſt hic. Quid aũt poſſint per naturã: nec poſſint ꝓꝑ prohibitionẽ ⁊ quid per ipſius nature ſue cõditionem facere non ſinantur: homini explorare difficile eſt: inmo impoſſibile. Nouimus hominem poſſe ambulare: ⁊ neqꝫ hoc poſſe ſi non permittatur. volare autẽ nõ poſſe etiam ſi permittatur. Sic ⁊ illi angeli quedaꝫ pñt facere ſi permittantur ab angelis potentioribus ex imperio dei. quedam vero non poſſunt etiam ſi ab eis permittantur: q꞉ ille ñ permittit: a quo illis eſt talis nature modus qui etiã ꝑ angelos ſuos illa plerũqꝫ non permittit que conceſſit vt poſſint.

f Upra dictum ẽ q̃ angeli ⁊c. Determinatis his que pertinent ad nature cõditionẽ q̃ꝫtum ad bonos ⁊ malos angelos communiter. Hic conſequenter tractat ea que pertinẽt ad eoꝝ poteſtatẽ ⁊ virtutẽ. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat eorum poteſtatem reſpectu operationum quas in ſeipſis habent. In ſecunda reſpectu illarum operationum quas in alia exercent. ibi. Quoꝝ ſcientia atqꝫ virtute ⁊c. Circa primum duo facit. Primo oſtendit eorum virtutem: reſpectu operationum voluntatis vel li. ar. In ſecunda reſpectu operationis intellectus. ibi. Et lꝫ mali angeli ita per maliciam ⁊c. ¶ Circa primum duo facit. Primo determinat veritatem. Secundo inducit quandaꝫ queſtionem quã primo mouet. ibi. Sed eſt nihil boni ⁊c. Secundo determinat eam ibi. Ad quod dicimus ⁊c. Circa q̃d primo confirmat illud verum quod in obiectionem ſuponebatur. ſ. q̃ boni angeli ⁊ mali habent liberum arbitrium. Secundo reſpondet ad obiectionem. ibi. q̃ ergo Hieronymus ait ⁊c. Quorum ſcientia ⁊c. Hic oſtendit eorum virtutem in operationibus quas in ſubiectam materiam exercent. Et circa hoc tria facit. Primo. n. oſtendit huius virtutis principium collatiuum ⁊ finem. Secundo oſtendit operãdi modum. ibi. Nec putandũ eſt de iſtis tranſgreſſoribꝰ ⁊c. Tertio oſtendit ĩpedimentũ iterandi ſua virtute. ibi. Illud quoqꝫ ſciendum ⁊c. Circa ſcd̃ꝫ tria facit. Primo excludit duplicẽ modum falſũ. Scd̃o oñdit modũ verũ. ibi. Omnium quippe eorum ⁊c. Tertio ꝓponit exẽplũ ꝑ̃ ĩ corꝑalibꝰ actõibꝰ. ibi. Sic̃ g̃ nec pãtes ⁊c.

Secundo in ſpiritualibus ſicut. ergo mentē noſtrā. Hic eſt triplex queſtio. Prima de ſtatu libe. arbitrii in bonis ⁊ in malis angelis. Secunda de cognitione malorum. Tertia de virtute eorum. ¶ Circa primū queruntur duo. Primo de confirmatione bonorum angelorum. Secundo de obſtinatione malorum.

a D primum ſic proceditur. videtur ꝙ angeli boni poſſint peccare. quia ſecundum philoſophum poteſtates rationales ſunt ad oppoſita. ſed lib. arbi. quod in angelis bonis manet: eſt rationalis poteſtas: quia eſt facultas rationis ⁊ voluntatis ſecundum Auguſtinum. ergo videtur ꝙ ſi poſſunt bene velle ꝙ etiam poſſint peccare.
¶ Preterea. ſicut corruptibile nunq̃ mutatur vt fiat eternum: vt dicit philoſophus in primo celi ⁊ mūdi: ita videtur ꝙ mobile nunquaꝫ fiat immobile. ſed lib. arbitrium angeli fuit in ſtatu creationis mobile in peccatum. ergo nunq̃ factum eſt immobile.
¶ Preterea. quanto aliqua virtus magis eſt determinata ad vnum minus eſt libera: ſicut patet in virtutibus naturalibus que per neceſſitatem agunt: ſed arbitrium angeli eſt liberius poſt confirmationem q̃ ante: vt in littera dicitur. ergo videtur ꝙ non ſit determinatum tantum ad bonum: ſed poſſit etiam i peccatuꝫ. ¶ Preterea. nulla ratio laudabilitatis ſubtrahenda eſt a bonis angelis. ſed hec eſt ratio laudis in hominibus ꝙ non peccent cum peccare poſſint. Eccleſi. xxxi. Qui potuit tranſgredi ⁊ non eſt trangreſſus: in laudem boni viri dicitur. ergo videtur ꝙ hoc etiam in angelis ſit. ¶ Sed contra. immobilitas eſt de ratione felicitatis: vt dicit philoſophus in primo ethicorum. Non enim eſtimandum eſt felicem eſſe cameleunthā. ſed ſi peccauerit mouerentur a ſtatu rectitudinis. ergo beati angeli peccare non poſſunt.
¶ Preterea. motus non eſt in termino: ſed in via ad terminum. angeli autem non ſunt viatores. ergo moueri in peccatum non poſſunt.
¶ Reſpondeo dicendo: ꝙ ſicut deus per naturam ſuam habet ꝙ peccare non poſſit: ita ⁊ hoc angelus habet per gratiam confirmationis: quod ſic patet. Principium mutationis ⁊ cauſa eſt rei poſſibilitas nec deſcens eſſe poteſt niſi per potentiaꝫ incompletam. Illud ergo cui nihil admiſcetur de potentia ſecundum naturam ſuam: nec mutari nec deficere poteſt. illud autem cui admiſcetur potentia: que tamen tota per actum completur: poteſt quidem quantum in ſe eſt deficere ⁊ mutari ſecundum ꝙ eſſe ⁊ completionem ſuam: non niſi ab alio habet. ſed ratione perfecte receptionis que nihil potentie imperfectum relinquit: habet immobilitatem ⁊ indeficientiam. huiuſmodi autem exemplum ſumi poteſt in naturalibꝰ ⁊ intellectualibus. Inuenitur autem in naturalibus quorundam potentia naturalis omnino completa et per ſuum eſſe ⁊ per ſuam formam. ⁊ ideo eſſe indeficiens habent: ſicut patet in angelis ⁊ i corporibus celeſtibus: quorum potentia non eſt ſuſceptiua alicuiꝰ alterius eſſe vel forme. vnde elongata ſunt a priuatione: ⁊ per conſequens a corruptione. Sed materia aque non tota completur per formam aque hoc modo vt reducatur in omnem perfectionem poſſibilem per eam. vnde ſimul cum forma aque manet priuatio forme aeris: ⁊ ideo hec corruptibilia ſunt. Et ſimiliter patet in intellectualibus: quia principiuꝫ immediatum naturaliter cognitum determinat poteſtateꝫ totam rationis. Ante enim q̃ ad ipſum deueniatur per inquiſitionem reſoluentem: ita adheretur vni parti: vt relinquatur quedam pronitas ad partem aliam per modum dubitationis: ſed quando reſoluēdo peruenitur ad primum principium per ſe notum firmatur ad vnum cum impoſſibilitate alterius. Similiter eſt de voluntate angeli beati ad quem ita ſe habet lumen gratie vel glorie ⁊ virtus ſicut forma vel actus in naturalibus ⁊ finis vltimus: ſicut principium primum in ſpeculatiuis. vnde cum per lumē glorie perfecte vltimo fini coniungantur per fruitionem plenam eius bonitate affecti toti in contrarium deflecti non poſſunt. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ rationalis poteſtas dicitur eſſe oppoſitorum que ſub electione cadunt: quorum proprium eſt lib. arbi. electio autem non eſt de fine: ſed de his que ſunt ad finem: ⁊ h̄ non eliguntur: niſi ſecundum regulam finis que eſt in extimatione. ⁊ ideo de fine non poteſt voluntas contrarie ſe habere. voluntas enim nō poteſt eſſe de miſeria neqꝫ de malo inquantum huiuſmodi. ſed ſemper eſt de bono ⁊ d̄ beatitudine ad quā tamen conſequendam poſſunt homines diuerſas vias eligere: ſcꝫ ſecundum ꝙ in illis melius eſtimant ſe poſſe felicitatē conſequi. vnde poteſt eē error in electione eorum que ſunt ad finem ipſum. ⁊ ideo apud illos quorum eſt indeficienter recta extimatio finis: ſicut apud angelos qui ipſo fine perficiuntur impoſſibile eſt eſſe voluntates alicuius eorum qui a fine deordinantur cuiuſmodi eſt voluntas peccati. Sed tamen poſſunt velle hoc vel illud: quorum neutrum a fine deordinat: ⁊ ſic ſaluatur proprietas rationalis poteſtatis inquantum poſſunt hoc facere vel non facere: q̃uis non poſſint in hec oppoſita bonum ⁊ malum. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ non eſt poſſibile vt in eodem ſubiecto ſuccedant ſibi corruptibilitas ⁊ incorruptibilitas vel mobilitas ⁊ immobilitas: ita ꝙ vtrunqꝫ reducatur in eius principia naturalia. Et ſic etiam dicimus ꝙ li. arbitrium angeli quod per naturam mobile erat: non eſt factum per naturaꝫ immobile ſed per gloriam. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ poteſtas angeli nunquaꝫ determinatur ad vnum niſi in actibus coniungentibus fini quin poſſit hoc facere vel non facere: aut hoc vel illud facere. non tamen poteſt peccare: quia ſecundum Anſelmum in ꝓſologion poſſe peccare non eſt lib. arbi. nec pars libertatis: quia lib. arbi. eſt libertas eligendi hoc vel illud eorum que in finem ducunt. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ laudabilitas non depēdet eſſentialiter a poteſtate peccandi: ſed a voluntate adherente bono: alias virtuoſus in quo eſt minor mobilitas ad peccandū eſſet minus laudabilis in actu ſuo q̃ carens virtute ⁊ bonum operans. ſed poteſtas peccandi eſt ſignum laudabilitatis reſpectu laudantium inquantum oſtendit non coacte voluntatem bono adherentem.

a D ſecundum ſic proceditur. videtur ꝙ demones poſſint bonum facere ⁊ non ſint obſtinati in malo. Natura enim intellectualis ordinata eſt ad beatitudineꝫ cuius facta eſt capax. ſed in demonibus manet natura poſt peccatum. ergo nō ſunt adeo obſtinati quin poſſint bonū velle ⁊ beatitudinē cōſequi. ¶ Pre. Dioni. dicit quarto ca. de di. no. ꝙ demones bona appetunt eſſe viuere ⁊ intelligere. ſꝫ bona appetēdo hꝫ q̄s bonā voluntatē. ḡ vr̄ ꝙ

demones bonam voluntateꝫ haberi poſſint. ¶ Preterea. ſinderesis in demonibus nõ eſt extincta alias vermẽ conſcientie non haberent. ſed actus ſinderesis eſt remurmurare malo. hoc autem bonum eſt non ergo omnis eorum actus malus eſt. ¶ Preterea Jacobi primo dicitur: quod demones credunt ⁊ contremiſcunt: ſed vtrunque horum bonum eſt. ergo eorum aliquis bonus eſt actus. ¶ Preterea. omni actu peccati aliqs in malicia creſcit ⁊ in merito maioris pene. Si ergo demones omni actu ſuo peccant. videtur quod pena eorum in infinitum creſcat cum obſtinatio reatũ pene non tollit. aliter enim. ex ſua malicia commodum reportarent. ergo pena eorum in infinitum creſcit: quod eſt inconueniens.

¶ Sed contra. Aug. in libro ꝺ fide ad petrum dicit. Demones nec mala voluntate carere poſſunt: nec pena. ſed ex mala voluntate nũquam procedit niſi actus malus. ergo videtur quod omnis eorum actus malus ſit. ¶ Preterea. ſicut angeli per conuerſionem effecti ſunt boni: ita demones per auerſionem facti ſunt mali. Sed angeli beati malum facere non poſſunt: vt prius dictum eſt. ergo nec demones bonum. ¶ Reſpondeo dicendo. quod in demone eſt natura bona a deo creata. ſed volũtas mala: cuius malicie ipſi ſunt cauſa. ⁊ ideo omnis actus nature eorum bonus eſt. ſed actus voluntatis eorum eſt malus. actum autem malum cõtingit eſſe dupliciter: aut quantum ad ſubſtantiaꝫ actus: ſicut malus actus voluntatis eſt fornicari vel mentiri: aut quantum ad modum agentis: ſicut cum quis appetitu laudis dat elemeſynas. poſſunt ergo demones aliquem bonum actum ex genere facere: nullo tamen modo bona voluntate: cuius obſtinationis ratio diuerſimode aſſignatur. Quidam enim dicunt. ꝙ liberum arbitrium angeli medium eſt inter diuinum ⁊ humanum: in hoc ꝙ diuinuꝫ immobile eſt ante electionem ⁊ poſt. humanum vero mobile ante ⁊ poſt. angelicum vero mobile ante: ſed immobile poſt. ſed hec ratio ſupponit illud: cuius cauſa queritur: ſcilicet immobilitatem poſt angelorum electionem.

¶ Et preterea ſecundum hoc non poſſet aſſignari ratio confirmationis ⁊ obſtinationis hominum defunctorum. Alia ratio aſſignatur: quia cum angelus ſit indiuiſibilis ad quodcunque ſe conuertit totaliter conuertitur. ſed hec videtur inſufficiens. qꝛ quamuis ſit indiuiſibilis in eſſentia: eſt tamen diuiſibilis virtute ſecundum ꝙ virtus eius ad multa ſe extendit. ⁊ hoc eſt ſecundum obiecta ⁊ ſecundum ꝙ magis ⁊ minus alicui applicatur. ⁊ hoc eſt ſecundum intenſionem ⁊ remiſſionem actus. Unde non oportet ꝙ ſua operatio procedat ab eo ſecundum totam ſuam virtutem: cum ſit dominus ſui actus.

Alia ratio ſumitur per hoc ꝙ homo per alteruꝫ cecidit. vnde decuit quod haberet reparatorem per quem reſurgeret. angelus vero per ſeipſum. ⁊ ideo impoſſibile eſt eius ruinam reparari: quia per ſe nõ potuit reſurgere: nec decuit alium reparatorem habere. Sed hoc etiam non videtur ſufficiens: quia ꝑ ſe vel per alium cadere ſunt circunſtantie peccati: que in infinitum aggrauare non poſſunt: vt peccato recuperabilitas auferatur. ¶ Et preterea etiam ſi homo nunquam reparatus eſſet: non tamen propter hoc obſtinatus eſſet: vt patet in infidelibus qui reparationis beneficium non conſequuntur: quorum non omnes actus peccata ſunt: vt infra dicetur diſtinctione .xxxi. Et ita etiam ſi caſus demonis ſit irreparabilis. non ex hoc ſequitur obſtinatio voluntatis in malo qualis in ipſo eſt. Alia ratio eſt: quia angelus peccauit contra deiformem intellectum: homo autem contra dictamen rationis: vt patet ex dionisio in quarto capitulo de diuinis nominibus. ⁊ ideo peccatum angeli fuit multo grauius ⁊ irrecuperabilius: quia ratio eſt intellectus quaſi obumbratus ſecundum ꝙ dicit Yſaac in libro de diffinitionibus: ꝙ ratio oritur in vmbra intelligentie. ſed hoc etiam nõ videtur ſufficiens: quia intellectus angelicus ⁊ ratio humana non improportionabiliter diſtant: ſicut reparabile ⁊ irrecuperabile: cum vtrunque finitum ſit. Alia ratio aſſignatur: quia natura hominis tota corrupta eſt per peccatum eius in quo erat. non autem tota natura angelica. vnde magis indigebat reparatione humana natura ꝙ̃ angelica. Sed hoc non videtur ſufficiens. quia ſecundum hoc ſi primo homine non peccante aliqui de filiis eius peccaſſent: eorum peccatum irreparabile foret. ¶ Et preterea in quolibet angelo eſt natura ſecundum ſpeciem ab alio differens. ⁊ ideo eo peccante tota natura ſue ſpeciei viciata eſt. Et ideo oportet aliter dicere: vt inueniatur eadem ratio obſtinationis in hominibus damnatis ⁊ in angelis peccantibus: quia ſecundum Damaſcenum: qꝺ eſt in angelis caſus hoc eſt in hominibus mors. dicendum eſt ergo: ꝙ ſicut impoſſibile eſt a voluntate indeclinabiliter adherente recto fini procedere opus peccati: ita econtrario impoſſibile eſt a voluntate adherente inconuertibiliter peruerſo fini aliquod rectum opus prouenire. peccatuꝫ autem voluntatis contingit dupliciter circa finem: vel ex paſſione deducente rationem ab actuali conſideratione recti finis. ⁊ talis peccator penitens eſt paſſione ceſſante: vel ex malicia que ſecundum philoſophum in ſeptimo ethicorum eſt corruptiua finis Dicitur enim ex malicia peccare: qui ex electiõe praui finis peccat: eo ꝙ qualis eſt ſecundum habituꝫ talis finis videtur ei: vt qui habet habitum luxurie delectationem veneream ſibi ponit finẽ: ⁊ cũ error circa finem in operabilibus ſit ſicut error circa prima principia in ſpeculatiuis: circa que errantem non contingit ex aliis magis notis dirigi: oportet quod ſit peccans ſicut impenitens: vt dicit philoſophus ibideꝫ. ergo de peccato nullus poteſt penitere: niſi vel ex paſſione ceſſante vel habitu remoto quo malum finem eligebat. Remoueri autem habitum non eſt poſſibile niſi in eo qui eſt in ſtatu vie ⁊ mutabilitatis. vnde quandocunqꝫ aliquis deuenit ad terminum vie non poteſt deflecti ab eo fine cui adheſit: ſiue ſit bonus ſiue malus. finis autem vie hominis ẽ mors ſua. finis autem angeli eſt terminus electionis ſiue ꝙ̃ bono adheſit vel malo. Unde ſicut homines pꝰ mortem in bono confirmantur vel in malo: ita et angeli poſt conuerſionem ⁊ auerſionem. Datur autem homini longior via ꝙ̃ angelo: quia erat magis a deo diſtans. ⁊ oportebat ꝙ in eius cognitioneꝫ inquirendo perueniret. angelus autem ſtatiꝫ deiformi intellectu ſine inquiſitione in diuina peruenire potuit. ¶ Ad primum ergo dicendum quod in demonibus remaner naturalis potentia ad bonum: vt remota ⁊ indiſpoſita ⁊ per contrarium habituꝫ deprauata: quia poſſent benefacere ſi vellent: ſed velle non poſſunt.

quia habitus malicie ab eius voluntate remoueri non poteſt: quia iam in ſtatu vie non eſt. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ cum in angelis natura ſit bona: oportet quod naturalis appetitus eorum bonus ſit: qui tamen per circunſtantias deprauatur: quas apponit deliberatiua voluntas in quantum volunt eſſe ⁊ viuere ſub tali deformitate peccati, ſicut luxurioſus deſiderat viuere in ſua turpi delectatione. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ ſecundum quoſdam ſinderoſis in demonibus non remurmurat culpe: ſꝫ pene ⁊ in hoc magis peccant ordinationi diuine iuſtitie renitentes. ſed hoc non videtur verum: quia impoſſibile eſt ꝙ aliquid ñ renitatur ſuo ꝯtrario. In ſinderesi autem ſunt vniuerſalia principia iuris naturalis. vnde oportet ꝙ remurmuret omni ei quod contra ius naturale ſit. Sed tamen iſtud murmur ē actus nature. In demonibus enim voluntas peruerſa repugnat ſecundum quam claudunt⁹ ſuas virtutes inſpectiuas ab omni conſideratione: vt dicit Dioniſius in quarto capitulo de diuinis nominib⁹. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ quamuis iſti actus i ſe boni ſint non tamen bene fiunt: quia coacte ⁊ non ex electione bonum quodcunqꝫ operantur. ¶ Ad quintum dicendum: ꝙ quidam dicunt quod eorum culpa ⁊ pena creſcere poteſt vſque ad diem iudicii. ſꝫ hoc non videtur verum: quia cum non ſint in ſtatu vie: ſicut non in bonum ita nec in peius mutari poſſunt. Unde dicendum ꝙ eorum culpa vel ſuperbia dicitur creſcere: non quantum ad intenſionem malicie: ſed quantum ad multiplicitatem actus. pena etiam eſſentialis non creſcit. ſed accidētalis que eſt ex multitudine damnatorum. ſicut eſt etiam de premio bonorum angelorum.

Deinde queritur de cognitione demonum. Et circa hoc queruntur duo. Primo vtrū
d demones vigeant acumine ſcientie. Secundo de diuinatione que per eos ſit.

Ad primum ſic proceditur. videtur ꝙ demones non ſunt acuti ſcientia: ſicut in littera
a dicitur: ſicut enim dicit Dioniſius in quarto capitulo de diuinis nominibus. Malum demonis ē furor: irrationalis amens concupiſcentia ⁊ fantaſia proterua. Hec autem omnia hebetudinem cognitionis important. ergo videtur quod ſcientie acumine non polleant. ¶ Preterea ſecundum philoſophos: natura ſubſtantiarum intellectiuarum perficitur intellectu ⁊ voluntate. ſed ſicut voluntas perficitur per appetitum boni: ita intellectus per cognitionem veri: cum ergo voluntas eorum non poſſit in bonum: videtur ꝙ nec intellectus in verum. ¶ Preterea. reuelatio ſupernorum ſpirituum ſit per illuminationem: ſed demones cum ſint in perpetuis tenebris illuminari non poſſunt reuelatione bonorum angelorū: ¶ Preterea. cognitio per experientiam longi temporis eſt accipientis ſcientiam a rebus: quia ex multis memoriis ſit vnum experimentum: vt in principio methaphyſice dicitur memoria vero a ſenſu oritur. angeli autem cognitio non ē ex rebus accepta. ergo per experientiam longi temporis cognitionis acumen non habent. ¶ Sed contra eſt quod in littera auctoritatibus ſanctorum probatur: quod etiā eorum nomen oſtendit. quia demones dicuntur: quaſi ſapientes. Item Dioniſius dicit quarto capitu. de diuinis nominibus. Data autem angelica dona nequaq̄ mutata eē dicimus: ſed manere integra ⁊ ſplēdidiſſima. ſꝫ inter alia attributa naturalia angelorū vnū ſunt perſpicacitas intelligentie. ergo hoc adhuc i eis manet. ¶ Reſpondeo dicendo: ꝙ cum peccatū nō tollit naturam: ſed tantum diminuat habilitatem ad bonum ſecundum ꝙ facit magis a gratia diſtare: oportet in demonibus lumen intellectuale perſpicuū remanere: quia natura eorum intellectualis eſt. cognitio autem eorum de rebus eſt duplex. quedam .n. ſunt quorum cognitio per cauſas naturales: vel ſigna haberi non poteſt ⁊ talia non niſi reuelatione ſupernorum ſpirituum cognoſcunt. Quedam vero ſūt quorū cognitio per naturam haberi poteſt. ⁊ hoc dupliciter. vl' ꝑ cauſas determinatas ad effectus naturales. ⁊ talia cognoſcunt per ſubtilitatem nature ſue inquantum in eis reſplendent ſimilitudines totius ordinis vniuerſi: vel per aliqua ſigna ex quibus vt in pluribus poteſt alicuius cognitio haberi: ſicut medici pronoſticantur de ſanitate vel de morte talia cognoſcunt per experientiam temporum ſecundum ꝙ talibus ſignis pluries tales effectus concurrerunt.

¶ Ad primum ergo dicendum: quod furor ⁊ concupiſcentia ⁊ fantaſia non ſunt in demonibus proprie: ſed methaphorice cum pertineant ad ſenſitiuā partem que non eſt in angelis. omnis enim defectus anime qui in nobis accidit: vel eſt fantaſia quantum ad cognitionem: cuius proprium eſt falſitas ſecundum philoſophum in quarto methaphyſice: vel ex paſſionibus iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis quantum ad affectionem. ⁊ ideo voluntas demonum inordinate deteſtans ⁊ appetens aliquid dicitur furor ⁊ concupiſcentia. Et intellectus ſuus deordinatus dicitur fantaſia. hec autem deordinatio intellectus eſt ex praua voluntate. ⁊ ideo dicitur fantaſia proterua. quia proteruus eſt qui pertinaciter verum impugnat. Irrationalitas autem ⁊ amentia furori ⁊ concupiſcentie important obliquitatem voluntatis a recto iudicio intellectus vel rationis ⁊ ignorantiam non ſpeculationis ſed electionis: ſecundum quam omnis malus eſt ignorans. ¶ Ad ſecundum dicendum quod voluntas eſt domina ſui actus magis q̄ꝫ intellectus: eo ꝙ ipſe in veritate compellitur. ⁊ ideo ſecundum actum voluntatis homo dicitur malus vel bonus. quia actus voluntatis eſt actus bonus: quaſi in eius poteſtate exiſtens. non autem ſecundum actum intellectus cuius ipſe non eſt dominus. ¶ Ad tertium dicendum quod reuelatio ſupernorum ſpirituum facta demonibus non eſt per modum illuminationis: ita ꝙ lumen intellectuale demonis vigoretur per applicationem claritatis luminis angelici. ſed per modū locutionis: ita ꝙ ſibi exponuntur cognitiua quedam ꝑ modum quo prius non exponebantur: ſicut infra patebit: diſtinctione vndecima. ¶ Ad quartum dicendum quod quamuis cognitionem a rebus non accipiat demon. tamen acuitur eius ſcientia per longitudinem temporis per ſpeciem rei quam habet innatā cognoſcit rem ⁊ ea que in re ſunt antequam determinatur contingens: ⁊ precipue ad vtrumlibet nec eſt in eo effectus eius. Unde poteſt in ipſa cognoſci: qui tamen cognita ipſa cognoſcetur quando iam ad effectum determina eſt.

Ad ſecundum ſic proceditur. videtur ꝙ per
a demones diuinatio fieri non poſſit. Prenunciatio enim futurorum diuinitatis eſt ſi

gnum. Unde dicitur Iſaie.xli. Ventura quoque an
nuncietis ⁊ dicemus ꝙ dii eſtis. Sed demones ſūt
omnino diuinitatis expertes. ergo per eos diuinatio
de futuris fieri non poteſt. ¶ Preterea. bonorum ꝓ
phetarum eſt veritatem de futuris predicere: vt di
citur Ieremie trigeſimo octauo: ꝙ iſte eſt prophe-
ta quem miſit dominus: cuius verbum euenit. Si
ergo homines virtute demonum vera de futuris
diuinando prenunciant: videtur ꝙ qui per reue-
lationem demonum probabiliter propheticent ve
ri ꝓ pheṫe ⁊ dei ſunt. ¶ Preterea. non eſt cogni
tio rei niſi per ſpeciem eius. ſed ſpecies euentus
futuri non poteſt per demonem in anima eſſe niſi de
mon ſpecies cauſaret. ergo videtur ꝙ per ipſum di
uinatio fieri non poſſit. ¶ Preterea. mentem ho-
minis nullus formare poteſt: niſi ſolus deus: vt Au
guſtinus in littera dicit. ſed nō poteſt cognitio alicu-
ius accipi: niſi mens alicuius aliquo lumine forma-
retur. ergo videtur ꝙ per demones precognitio futu
rorum accipi non poſſit. ¶ Sed contra. in demoni-
bus eſt potentior virtus intellectiua ꝙ̄ in hominibꝰ
ſed homo poteſt alteri denunciare quod ſcit futurū
ergo ⁊ demones: ſciunt autem quedam futura: cum
etiam quorundam futurorum cognitio ab hominibꝰ
habeatur: vt ab aſtrologis ⁊ medicis. ergo per demo
nes diuinatio fieri poteſt. ¶ Preterea. quando ani
ma retrahitur a motibus exterioribus circa corpus:
vt in ſomno quorundam futurorum precognitionē
accipit. non enim omnino negandum eſt diuinatōē
fieri in ſomnis: vt dicit philoſophus in libro de ſom. ⁊
vigilia. Sed demones circa regimen corporis non
occupantur. ergo videtur ꝙ futurorum cognitionē
⁊ habere ⁊ aliis conferre poſſunt. ¶ Reſpōdeo. dō.
ꝙ futurorum quedam ſunt determinata in ſuis cau-
ſis. quedam vero non habent cauſas determinataſ
ſicut que ſunt ad vtrumlibet. quilibet autē effectus
ſm ꝙ in cauſa ſua determinatur: in ea poteſt cogno-
ſci. Si enim determinetur in ea: vt ex qua neceſſa-
rio contingat certitudinarie cognoſcetur. ſicut ſūt ea
que circa motum celi accidunt: vt ortus ⁊ occaſus: ⁊
eclypſes ⁊ coniunctiones luminariū que omnia mul
to melius demones ſciunt. per ſpecies cauſarum in-
natas ꝙ̄ aſtrologus per artem. Si autem determinē
tur in cauſis: vt ex quibus frequenter contingat cum
poteſtate tamen deficiendi in minori parte propter
impedimentum ex parte agentis vel ex parte reci-
pientis actionum: eorum precognitio non certitudi-
nalis: ſed coniecturalis haberi poteſt. ⁊ hoc modo
aſtrologus predicit quedam futura que conſequun-
tur ex motibus celi in iſtis inferioribus: que tamen
impediri poſſunt propter defectum inferiorum cau-
ſarum. ⁊ hec precognitio tanto magis ad certitudi-
nem accedit quanto ad vnum effectum plures cau-
ſe concurrentes cognoſcuntur: ⁊ quāto virtus cauſe
melius ſcitur. Unde demones ſubtiliſſimi ſunt in ta-
lium futurorum precognitione. ſed ea que non habēt
cauſas determinatas: vt que ſunt ad vtrumlibet vl'
in minori parte non poſſunt cognoſci in cauſis ſuis.
ſed in ſeipſis tantum: vt preſentia ſunt: vt in primo
dictum eſt: diſtinctione. trigeſima octaua. Et cui deꝰ
reuelare voluerit: ⁊ talium futurorum cognitionem
nec homines nec demones habere poſſunt: niſi re-
uelatione ſuperiorum ſpirituum. Ea vero que ipſi
demones precognoſcunt reuelare poſſunt: non qui-
dem obiciendo ſe anime: ſicut ſpeculum in quo vi-
dentur que in ſpeculo relucent vt quidam dicunt:
quia anima humana ad minus ſecundum ſtatū vie
non videt ea que ſūt a materia ſeparata: niſi quate-
nus ex fantaſmatibus in eorum cognitionem venit.
Nec iterum ſpecies que ſunt in intellectu angelico:
ſunt proportionate intellectui humano: cum multo
ſimpliciores ſint ⁊ vniuerſaliores. Unde ſicut ſpe-
cies que ſunt in intellectu imaginatio non poteſt cō-
prehendere: nec ſenſus ſpecies que ſunt in imagina
tione: ita nec intellectus humanus ſecundum ſtatū
vie: ſpecies que ſunt in intellectu angelico. ſed ange
lus bonus vel malus aliter ea que cognoſcit reue-
lare poteſt: ſcilicet per applicationem luminis ſui ad
fantaſmata: ſicut applicatur lumen intellectus agē-
tis: vt ex eis quedam intentiones in intellectu eli-
ciantur. ⁊ quanto lumen fuerit fortius ⁊ perfectius:
tanto plures ⁊ certiores cognitiones elicientur. Et
ideo ex fantaſmatibus illuſtratis lumine angelico re
ſultat aliorū cognitio in intellectu poſſibili hominis
ad quam eliciendam illuſtratio intellectus agentis
humani non ſufficeret: cum lumen eius ſit debilius
lumine angeli. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ fu-
tura ſecundum ꝙ habent determinationem in cau-
ſis ſuis accedunt ad rationem preſcientium inquan
tum iam quodammodo ſunt determinata in cauſis
ſuis. ⁊ ideo eorum precognitio non proprie dicitur di
uinatio: vt quando medicus predicit ſanitatem futu
ram: ⁊ aſtrologus eclypſim vel pluuiam: ⁊ aliquid
huiuſmodi: niſi forte apud eum quem latet ordo cau
ſe ad cauſatum. vnde in illis que omnibus nota ſūt
nullus dicit diuinationem eſſe: vt ſolem oriri cras.
Sed diuinatio proprie eſt eorum que cauſas deter
minatas non habent. hec enim precognoſcere ſolius
dei eſt: a cuius actus vſurpatione diuini vocantur:
qui futuris prenunciandis intendunt. ¶ Ad ſecun-
dum dicendum ꝙ falſi prophete diſtinguuntur a ve
ris quantum ad tria ad minus. Primo quantum ad
reuelationis auctoritatem: quia boni prophete futu-
ra predicunt diuino lumine mediantibus bonis an-
gelis inſpirati. ſed falſi prophete: vel ſequuntur ſpi
ritum ſuum nihil intendentes: ſed mendacia confin
gentes: vel per reuelationem immundi ſpiritus.
Secundo quantum ad intentionem prenunciatio-
nis. quia falſorum prophetarum finis eſt aliquod lu
crum corporale. Unde dicitur Ezech. decimotertio
Violant me ad populum meum propter pugillum
ordei ⁊ fragmen panis: vel ſaltē ipſius demonis re
uelantis intentio peruerſa eſt qui deceptionem intē
dit. Sꝫ prophetaꝝ bonoꝝ tota intentio in rectū finē
ordinatur. Tertio quantum ad certitudinem prenū
ciatorum: quia bonorum prophetia innititur diem ꝓ-
ſcientie que omnium futurorum euentus intuetur:
ſed prenunciatio malorum prophetarum innititur
preſcientie demonum que coniecturalis eſt. ¶ Ad
tertium dicendum: quod demon poteſt aliquod igno
tum manifeſtare ſine cauſatione noue ſpeciei dupli
citer: aut ex ſpeciebus in imaginatione ſeruatis di-
uerſimode compoſitis ⁊ diuiſis ⁊ fortiori lumine illu
ſtratis alias intentiones eliciendo: aut etiam nouas
ſpecies in imaginatione formando ſcḋ aliquam trā-
ſmutationē organi corporalis. ¶ Ad quartū dicen
dum ꝙ ſolus deus format mentē hominis inſtituꝰ nō
tamen ſolus in mente itellectuali lūine illuſtrat: niſi

ſintelligatur a lumine connaturali quod a ſolo deo ẽ. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ aſtrologi non poſſunt prenunciare euentus: niſi quia reducuntur ad motum celi: ſicut ad cauſam: vel per ſe ſicut tranſmutationes que accidunt in corporibus: vt tempeſtates ⁊ ſterilitates: ⁊ peſtilentias: ⁊ huiuſmodi: que tamen impediri poſſunt fortioribus motibus ſuperuenientibus. vt dicit philoſophꝰ in libro de ſom. ⁊ vig. vel per accidens. ſicut ad tranſmutationeꝫ corporis diſponitur animꝰ ad aliquos actꝰ magis ꝙ̃ ad alios ſicut ex naturali ꝯplexione qdam ſunt proni ad luxuri. vel ad irã ⁊ hmõi. nõ tamen talis diſpoſitio corporis anime neceſſitatem inducit. Unde in his que ex libero arbitrio dependent maxime eorum iudicia falluntur. ¶ Similiter etiam medici ex ſignis exterius apparentibus cauſas interiores cognoſcunt ex quibus ſequitur ſanitas vel mors: vel ſemper: vel i maiori parte. ⁊ hec omnia demones precognoſcere poſſunt. non autem omnia futura ſunt talia. ¶ Ad ſextum dicendum ꝙ diuinationes etiam que in ſomniis ſunt reducuntur in aliqua ſigna vel cauſas naturales. hoc autem contingit dupliciter. vno modo in his quorum cauſa eſt in ipſo ſomniante. ⁊ hoc contingit dupliciter. vel ita ꝙ ipſum ſomnium eſt cauſa euẽtus futuri. ſicut quando quis ꝑpter hoc quod i ſomno videt mouetur ad aliquid faciendum. vel eſt ſignum futuri: cuius cauſa in ipſo eſt: ſicut quando quis ſomniat ſe comedere dulcia: ſignificat ꝙ flegma dulce in eo dominetur: ex quo medicus poteſt aliquem euentum futurum coniicere vel morbi vel ſalutis. Si autem neutro modo ſe habeat: tunc nõ eſt niſi per accidens: ſicut contingit per accidens me cogitante de aduentu alicuius illum venire. Alio modo in his que cauſam habent extra ſomniantem: ⁊ i his euentus frequenter rei ſomniate: ſe habet ad ſomnium: vt per accidens. quandoqꝫ tamen ſomniũ eſt ſignum euentus futuri. hoc autem contingit dupliciter. vno modo ex parte illa qua cognitionem a corpore accipit inquantum imprimitur in ipſiꝫ virtus corporis celeſtis. ex motibus enim corporum celeſtium relinquuntur quedam impreſſiones ⁊ motus: q̃ ſunt ſigna motuum celeſtium in corporibus inferioribus. ⁊ ſm ꝙ iſti motus perueniunt ad imaginationem ſigurantur imagines illorum effectuum ad quos diſponunt motus celeſtes ſecundum ſimilitudineꝫ magis vel minus expreſſam: ſm ꝙ virtus imprimens ẽ fortior vel debilior. ⁊ ſm ꝙ virtus recipiens eſt magis diſpoſita vel minus ⁊ magis quieta ab aliis occupationibus. ⁊ propter hoc huiuſmodi ſentiuntur in dormiendo: q: anima vacat ab exterioribus motibus: ⁊ precipue in nocte. ⁊ circa horam digeſtionis complete: ⁊ per hunc modum quedam animalia precognoſcunt. quedam futura ſecundum ꝙ eſt neceſſarium ad eorum ſubſtentationem: ſicut piſces tempeſtatem futuram motibus ſuis prenunciant dum d̃ loco ad locum mouentur. ⁊ ſimiliter etiam in formicis ⁊ multis aliis animalibus ad ſenſum patet quorum imaginationes ſunt magis quiete ꝙ̃ humane ꝑpter multiplices motus rationis. Alio modo ſecundũ ꝙ anima cognitionem accipit ⁊ influentiaꝫ luminis ſubſtantie ſeparate vel dei vel angeli cui vehementius coniungitur quanto magis ab occupatione corporis ceſſat. ⁊ propter hoc reualtiones in ſomniis fiunt ⁊ i illis precipue quorum anima corporis affectionibus non ſubdatur. ⁊ quanto coruꝫ imaginatio magis obedit intellectui: tanto figurantur in ea expreſſiores ſimilitudines. ⁊ propter hoc etiam virtutes morales multum faciunt ad ſcientiam. ⁊ precipue virtus caſtitatis: vt dicit commentator in ſeptimo phyſicorũ. caſtitas enim precipue inter virtutes morales corpus anime obediens reddit.

Einde queritur de virtute demonum in operando. Et circa hoc queruntur duo. Primo vtrũ poſſint aliquos veros effectus operari i materia corporali. Secundo vtrum eorum auxilio ⁊ cõſilio vti liceat.

D primum ſic proceditur. videtur ꝙ demones verum effectum corporalem iducere nequeant. quia dicitur ſcd̃e theſſalo. ſcd̃o. ꝙ antichriſtus veniet in ſignis mendacibus. ſed tũc maximam poteſtatem demones habebũt. ergo videtur ꝙ nullo modo poſſint aliquem effectum verum inducere. ¶ Preterea. id quod datum eſt in manifeſtationem ⁊ confirmationem fidei non debet concedi fidei aduerſariis. ſed operatio ſignorũ data eſt ad cõfirmationem fidei: vt habetur Mathei vltimo. Illi autem profecti ⁊c. ergo videtur quod non ſubſit poteſtati demonum miracula facere. ¶ Preterea. omnis alteratio reducitur in motum localem. vt in ſeptimo phyſicorum probatur. quorum primus eſt motus celi. ſed demones motum celi variare non poſſunt: quia hoc ſolius dei eſt: vt Dioniſius dicit i epiſtola ad policarpum. ergo videtur ꝙ nullam tranſmutationem in corporibus inferioribus facere poſſint de forma in formam. ¶ Preterea. id quod ſubiacet virtuti corporali non habet virtutem imprimẽdi in corpora. ſed demones ſubduntur virtutibꝰ ſtellarum. vnde etiam malefici conſtellationes determinatas obſeruant ad inuocandum demones. ergo videtur ꝙ non habeant virtutem imprimendi in corpora. ¶ Preterea. demones non operantur niſi per modum artis. ſed ars non poteſt dare formam ſubſtantialem. vnde dicitur in ca. de mineris ſciant auctores alchimie ſpecies tranſformari non poſſe. ergo nec demones formas ſubſtantiales inducere poſſũt. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Exodi. vii. ꝙ magi pharaonis virtute demonum operantes virgas in ſerpentes verterunt. ¶ Preterea. fortius agit in id quod minus eſt forte. ſed virtus demonis eſt fortior virtute corporali. ergo poſſunt corpora tranſmutare propria virtute. ¶ Reſpondeo dd̃. ꝙ circa hoc poteſt eſſe duplex error. vnus fuit gentilium qui credebant demones: quorum virtute magi operabantur deos eſſe. ⁊ ita per modũ creatiõis poſſe nouos effectus producere. ⁊ iſte eſt ſecundus modus quem ponit in littera magiſter. Alius eſt Auicenne qui ponit ꝙ materia corporalis multo fortius obedit conceptioni ſubſtantie ſeparate ꝙ̃ qualitatibus contrariis agentibus in natura: quia agentia naturalia ſunt tãtum diſponentia ad formam que eſt ex influentia ſubſtantie ſeparate. vnde ad conceptionem ſubſtantie ſeparate etiam preter ordinem motus celi ſequitur aliquis effectus in inferioribus. ⁊ ponit exemplum de anima humana: ad cuius conceptionem totũ corpus mouetur: vel in libidine ad imaginationem mulieris amate: vel ad cauendum ex imaginatione ⁊ timore caſus. ⁊ hic eſt ꝑmꝰ modꝰ qui tangitur in littera: ꝙ materia corporalis deſeruiat demonibꝰ ad nutum. huic autem poſitioni contradicitur ⁊ a philoſophis ⁊ a theologis. A philoſophis quidem q: dicũt

ꝙ motus celi eſt inſtrumentū intelligentie mouentis. Unde non niſi eo mediante poteſt prouenire effectus in inferioribus ab intelligentia. A theologis etiam contradicitur: quia forme corporales nō ſunt ex influentia demonum: ſed ex influentia dei: qui eas in potentia materie poſſit educere in actū ſine adminiculo alicuius inferioris agentis ſꝫm ꝙ in actus educuntur ſꝫm curſum nature ex determinatis agentibus naturalibus. vnde huius poſitionis ē falſum fundamentum. Et ideo dicendum ꝙ demones virtute propria nullam formam in materiam influere poſſunt: nec accidentalem: nec ſubſtantialem: nec reducere eam in actum niſi adminiculo proprii agentis naturalis: ſicut nec artifex propria virtute ſed ſicut ignis appoſita calefacit. ita ⁊ demones ad determinata paſſiua poſſunt coniungere actiua: vt ſequatur effectus ex cauſis quidem naturalibus: ſꝫ preter cōſuetum curſum nature ꝓpter multitudinē ⁊ vehemētiā v̄tutis actiue rerum aggregatarꝫ ⁊ ꝓꝑ habilitatem paſſiuorum. ⁊ ideo effect⁹ qui non ſunt in poteſtate alicui⁹ virtutis actiue naturalis ꝓducere nō poſſunt: vt ſuſcitare mortuum vł aliqd huiōi ſꝫm veritatē: ſed in preſtigiis tm̄: vt. i̅. dicetur. ¶ Ad p̄mum ergo dōm: ꝙ tempore antixp̄i aliqua vera miracula fient virtute demonum permiſſione diuina in illis tamen ad que virtus demonis ſe extendit. tamen dicuntur omnia mendacia ex parte finis: q: ad decipiendum ſunt. ¶ Ad ſcd̄m dōm ꝙ ſigna facta ꝑ bonos poſſunt diſtingui ab illis que per malos fiūt tripliciter ad minus. Primo ex efficacia virtutis operantis: q: ſigna facta per bonos virtute diuina fiunt in illis etiā ad que virtus actiue nature ſe nullo modo extēdit. ſicut ſuſcitare mortuos ⁊ huiuſmodi. que demones ſꝫm veritatem facere non poſſunt. Secundo ex vtilitate ſignorum: q: ſigna per bonos facta ſūt de rebus vtilibus: vt in curatione infirmitatum ⁊ huiuſmodi. Signa autem per malos facta ſunt in reb⁹ nociuis vel vanis: ſicut ꝙ volant in aere vel reddūt membra hominum ſtupida ⁊ huiuſmodi. ⁊ hanc differentiam aſſignat beatus petrus i itinerario clemētis. Tertia differentia eſt q̄ꝫtum ad finem: quia ſigna bonorum ordinantur ad edificationem fidei ⁊ bonorum morum. ſed ſigna malorum ſunt in manifeſtum nocumentum fidei ⁊ honeſtatis. Et q̄ꝫtum ad modū oꝑ̄nt. q: boni operantur miracula per inuocationem diuini nominis pie ⁊ reuerenter. ſed mali quibuſdā deliramentis: ſicut ꝙ incidunt ſe cultris: ⁊ huiuſmodi turpia faciunt. ⁊ ita ſigna per bonos facta manifeſte poſſunt diſcerni ab his que virtute demonū fiūt ¶ Ad tertiū dōm ꝙ talem alteratione̅ precedit aliquis motus localis inquantū virtutes actiuas colligunt: ⁊ determinatis paſſiuis apponūt. ſed talis motus localis non reducitur in motum celeſtem: q: non eſt ſꝫm aliquam virtutem mouentem naturalē: ſed inquantū obedit virtuti demonis ad motum localem: quod eſt virtute nature ſue que ſupra corpora poteſt non quidem vt aliquam formam influat. ſed vt localiter moueat. quia motus localis non eſt ſꝫm acquiſitionem alicuius quod in re ſit que mouetur: quia locus eſt extrinſecus locato. ¶ Ad quartum dōm ꝙ corpora celeſtia non habent aliquam impreſſionem in demones: vt eis ſubdātur. Sed ideo aduocati ſub certa conſtellatione veniunt. q: ſciunt virtutem illi⁹ conſtellationis iuuare ad effectum qui requiritur. vł ꝓpter hoc vt hoīes inducantur ad venerandū aliqd̄ numen in ſtellis: ex quo idolatrie ritus ꝓcedit. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ ars virtute ſua non poteſt formam ſubſtantialem conferre: quod tamen poteſt virtute naturalis agentis: ſicut patet in hoc quod per artem inducitur forma ignis in lignis. ſed quedam forme ſubſtantiales ſunt quas nullo modo ars inducere poteſt. quia propria actiua ⁊ paſſiua inuenire nō poſſunt. ſed etiam in his poteſt aliquid ſimile facere ſicut alchimiſte faciunt aliquid ſimile auro quantū ad accidentia exteriora. ſed tamen non faciunt verū aurum. q: forma ſubſtantialis auri non eſt per calorem ignis quo vtuntur alchimiſte. ſed per calorē ſolis in loco determinato: vbi viget virtus mineralis. ⁊ ideo tale aurum non habet operationem ꝯſequentem ſpēm. ⁊ ſiır in aliis q̄ eorꝫ operatione fiunt.

Ad ſcd̄ʒ ſic ꝓceditur. videtur ꝙ vti auxilio demonum in talibus operibus nō ſit malū. Ipſe enim paulus corinthiū fornicatū tradidit ſathane in interitum carnis: vt dicitur p̄ma corint. v. ſed in hoc non dicitur peccaſſe. ergo vti licꝫ obſequio demonum. ¶ Preterea. licet auxilium accipere etiā a peccatoribus: vt elemoſinā vel aliquid huiuſmodi. ſed in demonibus non eſt inuenire niſi naturam q̄ bona eſt ⁊ peccatum. ergo videtur ꝙ auxilio eorum vti liceat. ¶ Preterea deus contulit virtutes verbis ⁊ rebus. ſed virtute quorundam verborū ⁊ rerꝫ demones aduocantur: ⁊ quaſi compelluntur. ergo videtur ꝙ eorum auxilio vti liceat. ¶ Preterea id qd̄ vergit in aliquam vtilitatem ⁊ nulli derogat: non videtur eſſe peccatum. ſed per inuocationes demonū frequenter multa vtilia fiunt: ſicut patet in inuentione rerum amiſſarum. ergo videtur ꝙ in talibus vti licet eorū auxilio. ¶ Sed cōtra deutronomii. xviii. Precepit dominus omnes incantatores ⁊ maleficos interfici. mors autem corporalis non infligitur ſine graui peccato. ergo videtur ꝙ grauiter peccāt q talibus intendunt. ¶ Preterea. auguſtinus dicit ſuper geneſim libro ſecūdo omnes diuinationes eē fugiendas ⁊ cauendas. ergo ⁊c. ¶ Rō. dō. ꝙ ea q̄ ſūt ſupra facultatem humanam ⁊ nature a ſolo deo requirenda ſunt. ⁊ ideo ſicut grauiter peccat qui illud qd̄ deo debet creature impendit per idolatrie cultum. ita ēt grauiter peccant qui ea que a deo expetenda ſūt: auxilio demonum implorant. ⁊ huiuſmodi eſt vaticinatio de futuro. vnde dicitur iſaie. viii. Nunquid non populus a deo ſuo ⁊c. Et ſimiliter etiam in aliis operibus magicis: in quibus complementum operis ex virtute demonum expectatur. In his enim omnib⁹ eſt apoſtaſia a fide per pactum initum cū demōe: vł verbotenus ſi inuocatio interſit: vel facto aliquo: etiā ſi ſacrificia deſint. non enim poteſt homo duobus dominis ſeruire. vt dicitur Matthei. vii. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ paulus ⁊ quidam alii ſancti leguntur aliqua per demones feciſſe non pacto cum eis inito: ſed ſicut virtutem diuinam in eis exercētes. ſicut etiam poteſtatum celeſtium officiū dicitur demones arcere. ¶ Ad ſecundum dōm: ꝙ peccatores quādiu in hac vita viuunt: poſſunt fieri membra chriſti: quantumcunqꝫ videantur in malicia obſtinati. ⁊ ideo ex charitate diligendi ſunt ⁊ ab eis beneficia recipi poſſunt ⁊ impendi: dummodo contra caritatem non ſint. ſed poſtq̄ꝫ a corpore in damnationē decedūt idē ē iudiciū d̄ eis ⁊ de demonib⁹ ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ nō eſt credēdū aliqbus v̄tutib⁹ corꝑalib⁹ demones ſubiacere. ⁊ ideo nō cogūt inuocationibus

⁊ factis quibuſdam maleficiis niſi inquantum p̄ hoc cum eis fedus initur ſm̄ qd̄ dicit̄ iſaie .xviii. percuſſimus fedus cum morte: ⁊ cum inferno fecim⁹ pactum. ¶ Ad quartū dd̄m: ꝙ nulla vtilitas eſſe pōt p̄ qua ad faciendū ſit: qd̄ in dei vergat iniuriā qd̄ contingit: quando illud qd̄ ipſi⁹ eſt non ab ipſo queritur ſed cum ei⁹ aduerſario fedus initur. Boni vero argumentum ⁊c. Sed ꝯtra. li. ar. eſt: ꝙ cogi non poteſt: ſed negationes non recipiuntur ⁊ min⁹ magis. ergo nec li. ar. ¶ Ad qd̄ dd̄m: ꝙ q̄uis negatio ſm̄ illō qd̄ eſt magis vel minus nō recipiat. tamē dr̄ intendi et remitti: q: habet cauſam in ſubiecto: ſicut qui caret ſubſtātia oculi magis dicitur cec⁹ q̄ ille cuius viſus dicitur ab humore impeditus ad pupillā ꝯfluente. et ideo dici poteſt libertas arbitrii maior ⁊ minor ſꝫ modum nature in qua eſt. Occulta q̄dam ſcia: ⁊c. Per hec ſcia intelliguntur virtutes actiue exiſtentes i rebus ex virtute celeſti et ex qualitatib⁹ actiuis ⁊ paſſiuis: q: ſemē in ſcd̄o phy. ꝯputat̄ inter cās actiuas.

## Diſtin. octaua.

Utrū angeli omnes corporei ſint: quod quibuſdam viſum eſt: quibus augu. conſentire videtur dicens omnes angelos ante caſū habuiſſe corpora tenuia ⁊ ſpiritualia. ſed i caſu mutata in deterius malorū corpora vt in eis poſſent pati.

Solet etiam in queſtione verſari apud doctos: vtrum angeli omnes boni. ſ. ⁊ mali corporei ſint. i. corp̄a habeāt ſibi vnita. Qd̄ aliqui putant innitentes verbis Aug. qui dicere videtur ꝙ angeli omnes ante ꝯfirmationem vel lapſum corpora aerea habuerint de puriore ac ſuperiore aeris parte formata ad faciendū habilia nō ad patiendū. ⁊ angelis bonis. qui perſtiterūt talia conſeruata ſunt corpora: vt i eis poſſint facere ⁊ non pati: que tēte ſunt tenuitatis vt a mortalibus videri nō valeant: niſi ſuper veſtita aliqua groſſiori forma qua aſſumpta videntur: depoſitaq; videri deſinunt. Angelis vero malis mutata ſūt i caſu corpora in deteriorem qualitatē ſpiſſioris aeris Sic enim a loco digniori in inferiorē locū idest in caliginoſū aerem deiecti ſunt: ita illa corpora tenuia transformata ſunt in deteriora ⁊ ſpiſſiora: in quibus pati a ſuperiori elemento. i. ab igne. Et hoc auguſt. ſenſiſſe videtur ſuper Geneſim ita dicens. Demōes aerea dicuntur animalia: q: corporū aereorum natura vigent: nec per mortē diſſoluunt̄. q̄a preualet in eis elementū aptius ad faciendū q̄ ad patiendum. Ad patiendum eni humor ⁊ humus: ad faciendum humor ⁊ humus: ad faciendum aer ⁊ ignis aptitudinē prebent. Tranſgreſſores vero angeli cū principe ſuo nunc diabolo: tūc archāgelo: nō mirū ſi poſt peccatū in hanc caliginē detruſi ſūt. Neq; et hoc mirū eſt ſi cōuerſi ſunt ex pena in aeream qualitatē qua poſſent ab igne pati. Caliginoſa tamē aeris tenere tantū permiſſi ſunt: qui eis quaſi carcer ſit vſq; ad tēpus iudicii. Ecce his verbis videtur Aug. id tradere qd̄ quidam opinantur de corporibus angelorum. Hoc autem eum aliqui dixiſſe aſtruunt. non ita ſentiendo ſed opinionem aliorum referēdo: quod ex ipſius verbis diiudicare volunt: quibus ait demones dicitur aerea animalia. non ait: ſunt. Ita enim quidā dicebant. De habitatiōe vero caliginoſi aeris in quē detruſi ſunt non opinando ſed rei veritatem aſſerendo eum tradidiſſe dicunt. quod iſtius locutionis diſtinctio oſtēdit. Dicunt quoq; plurimos catholicos tractatores in hoc conueniſſe atq; id concorditer docuiſſe: ꝙ angeli incorporei ſunt: nec corpora habent ſibi vnita. Aſſumunt autem aliquando corpora deo preparante ad impletionē miniſterii ſibi a deo iniuncti: eademq; poſt expletionē deponūt: In quibus corporibus hominibus apparuerunt atq; locuti ſunt. ⁊ aliquando quidem locuti ſunt ex pſona dei ſine diſtinctione alicuius perſone. aliquādo ex perſona patris vel filii vel ſpiritusſancti.

Qd̄ deus i corporalibus illis antiq̄s formis apparuit.

Nec dubitandum eſt deum in corporalibus formis apparuiſſe hominibus: ſicut Augu. in ſcd̄o libro d̄ trinitate oſtendit: cōferens diuerſa ſcripture teſtimonia: ex quibus deum in corporeis formis hominibus apparuiſſe p̄bat. ⁊ aliquando ex perſona dei ſine diſtinctione: aliquando ſub diſtinctione perſonarum ſermonem factum eſſe eis.

De perplexa queſtione quā ponit Auguſti. querēs an ad exhibendū has corporales apparitiones creatura noua ſit formata: an angeli qui ante fuerant miſſi: ⁊ ſi ipſi miſſi ſunt: vtrum ſeruata q̄litate ſui ſpūalis corporis aliquam ſpēm corporalem de corpulētiori materia aſſumpſerint: an ſuum ꝓprium corpus mutauerint i ſpēꝫ ſue actioni aptā.

Sed vbi deuꝫ hominibus incorporalibus imaginibus apparuiſſe aſſerit. perplexam q̄ōnem ꝓponit: quā nec ſoluit querens vtrum in illis corporalib⁹ apparitionibus creatura aliqua crearetur ad illud opus tantū: in qua deus hominibus appareret: an angeli qui ante erant ita mitterent̄

vi vt manentes in ſuis ſpiritualibus corpori
bibus aſſumerent ex corpulenta inferiorū ele
mentorū materia aliquā ſpeciem corporalē
q̄ ſibi coaptatam quaſi aliquam veſtem mutarēt
in quaſlibet ſpecies corporales: veras quidē
an corpus ſuum propriū verterēt in ſpecies
appꝛias actionibus ſuis per virtutem ſibi a deo
datam. Ait enim Aug. ita in tertio libro de
trini. Querendū eſt in illis antiquis corpo
ralibus formis ⁊ viſis: vtrū ad hoc opus tan
tum creatura formata ſit: in qua deꝰ ſicut tūc
oportuiſſe iudicauit: humanis oſtenderetur
aſpectibus: an angeli qui iam erant ita mitte
bantur: vt ex perſona dei loquerētur aſſumē
tes corpalē ſpēm de creatura corporea in vſuꝫ
miniſterii ſui: aut ipſum corpus ſuum cui nō
ſubduntur. ſed ſubditū regunt mutātes atq̄
vertentes in ſpecies quas vellēt accomoda
tas atq̄ aptas actionibꝰ ſuis ſcd̄m attributā
ſibi a creatore potentiam. Sed fateor excede
re vires intentionis mee: vtrū angeli manen
te ſpirituali corporis ſui qualitate per hāc oc
cultius operantes: aſſumant ex inferioribus
elementis corpulentioribus: qđ ſibi coapta
tum quaſi aliquam veſtem mutentꝰ ⁊ vertant
in quaſlibet ſpecies corpales ⁊ ipſas veras:
ſicut aqua vera in vinum verū conuerſū eſt a
domino: an ipſa propria corpora ſua trāſfor
mant in id qđ volūt accomodatū ad id quod
agunt. Sed qđ horum ſit. quū homo ſine nul
lo experimento cōprehēdere valeo: ſicut ange
li qui hec agūt. Attende lector: q̄ qōnem ꝓ
poſitam nō ſoluit: ſed indiſcuſſam relinquit
vtrum angeli qui mittebant ſeruatis ſuis ꝓ
priis ſpūalibus corporibus ſuperueſtirent̄
aliqua corpulentiori ſpecie in qua poſſent vi
deri: an ipſum corpus mutarent̄ ⁊ transfor
marent in quācūq̄ vellent ſpēm in qua poſ
ſent cerni. In quibus verbis videtur Aug.
atteſtari angelos eſſe corporeos: ac propria
⁊ ſpiritualia habere corpora.

Qđ deus in ſpecie qua deus eſt nunquā
mortalibus apparuit.

c Eterum hec velut nimis ꝓfunda at
q̄ obſcura relinquētes: illud indubi
tanter teneamꝰ. q̄ deus in ſpecie eēn
tie ſue nūq̄ mortalibus apparuit: ſicut famu
lo ſuo Moyſi dicit. Non videbit me homo
⁊ viuet. Et in euāgelio ioānis legitur. Deū
nemo vidit vnq̄. Uiſibile enim quicq̄ non ē
quod nō ſit mutabile. Ideo ſubſtantia ſine
eſſentia dei: quoniā nullo modo mutabilis ē
nullo modo poteſt per ſe ipſam eſſe viſibilis.
Proinde illa omnia que patribus viſa ſūt
cum deus illis preſentaretur per creaturā fa
cta eſſe manifeſtū ē. Et ſi nos latet quo mō ea
miniſtris angelis fecerit deus: per angelos
tamen eſſe facta dicimus. Audio iterum fidu
cialiter dicere: nec deum patrem nec verbuꝫ
eius nec ſpiritum ſanctum eius qui eſt vnus
deus per id quod eſt inuariabile atq̄ idipſū
eſt: vllo modo eſſe mutabileꝫ: ac per hoc mul
to minus viſibilem.

Utrum demones intrent corpora homi
num ſubſtantialiter ⁊ illabuntur cordibus:
an id per effectū dicatur.

Lud etiam cōſiderationi dignum vi
i detur: vtrum demones ſiue corpo
rei ſiue incorporei ſint: hominuꝫ ſub
ſtantialiter intrent corpora: eorumq̄ anima
bus illabantur: an ideo intrare dicantur: q̄
malicie ſue effectū ibi exercēt dei permiſſio
ne: opprimendo atq̄ vexando eas vel in pec
catum ꝓ voluntate ſua trahendo. Qđ in ho
mines ītroeant atq̄ ab eis expulſi exeāt: euā
geliū aperte declarat cōmemorans demonia
in quoſdā ingreſſa: ⁊ per xp̄m deiecta. Sed
vtrū ſcd̄m ſubſtantiam fuerit ingreſſa: an ꝓ
pter mali effectū dicant̄ ingreſſa: nō adeo ꝑ
ſpicuū eſt. De hoc aūt Genadius in diffini
tionibꝰ eccleſiaſticoꝝ dogmatū ait. Demō
nes per inergiā operationē nō credimus ſub
ſtantialiter illabi anime: ſed applicatiōe ⁊ op
preſſione vniri. Illabi autē menti illi ſoli poſ
ſibile eſt qui creauit: qui natura ſubſiſtens in
corporeus capabilis eſt ſue facture. Ecce hic
videtur inſinuari q̄ ſubſtantialiter nō illabā
tur demones: vel introeant corda hominum
vel corpora. Beda quoq̄ ſuper illuꝫ locum
apoſtoloꝝ actuū: vbi petrꝰ ait Ananie. Cur
temtauit vel impleuit ſathanas cor tuū. dicit.
Notandū q̄ mentem hominis iuxta ſubſtā
tiam nihil implere poſſit niſi creatrix trinitas
q̄ tantūmodo ſcd̄m operationē ⁊ voluntatis
inſtinctū: anima de his que ſunt creata imple
tur. Implet ergo ſathanas cor alicuiꝰ: non q
dem ingrediens in eum ⁊ in ſenſū eiꝰ: neq̄ in
troiēs aditū cordis. ſiqdē ītrās hec ſolius dei
eſt. ſꝫ calida ⁊ fraudulēta deceptōe aiaꝫ in affe
ctū malicie trahēs ꝑ cogitatōes ⁊ icētiua vici
orū qbꝰ plenꝰ eſt. Impleuit āt ſathanas cor
ananie: nō intrādo ſed malicie ſue vires infe
rendo. Idē. Spūs immūdus flamma virtutū
d cordibꝰ fideliū expulſus: doctoribꝰ verita
tis venenū ꝑſecutionū infūdit. His auctori
tatibus oſ̄dit̄ q̄ demōes nō ſubaliter itrant
corda hoiuꝫ: ſed ꝓp malicie ſue effectū d qbꝰ
pelli dicūtur cū nocere nō ſinuntur.

f Olet etiã in qõne vſari ⁊c. Hic determiat magiſter de angelis bonis ⁊ malis q̃tũ ad corpoꝝ aſſũptionẽ: ⁊ diuidit͂ i ptes duas. In prima determinat de eis q̃tũ ad aſſũptionẽ corpoꝝ. ſcḋo q̃tũ ad impreſſionẽ in nos. ibi. Illud ẽt ↄſideratiõe ⁊c. Prima diuidit͂ in ptes duas. In pͥma determinat de apparitiõe angeloꝝ in corporalibꝰ formis: vtrũ ſit per corpꝰ aſſũptũ vel naturaliter vnitũ. In ſcḋa determinat de appartione diuina. ibi. Nec dubitãdũ eſt ⁊c. vbi duo facit. pͥo dicit deũ appͥuiſſe i corpalibꝰ formis. ſcḋo oñdit deũ nũq̃ i ſua eẽntia viſibilit͂ appͥuiſſe. ibi. Ceterũ hoc velit vnꝰ ⁊c. ¶ Circa primũ duo facit. Primo oñdit deũ in viſibilibus formis apparuiſſe. Scḋo inquirit dicte apparitionis modũ. ibi. Sed vbi deꝰ hominibꝰ ⁊c. Hic ſex querũt͂. pͥmo vtrũ angeli habeãt corpora naturalit͂ vnita. ſcḋo ſi nõ hẽant vtrum aſſumãt: tertio ſi ſic: q̃liter corpora aſſumãt. q̃rto q̃s operationes per ſe exerceant. quĩto q̃lr in nos imprĩere pñt. ſexto quõ deꝰ i formis corporalibꝰ appareat.

a Ad primũ ſic ꝓcedit͂. videt͂ ꝙ angeli corpora vnita hẽant. Aug. eñi in lib. de ci. dei, inducit verba apulei diffinientis demones ſic. Demones ſunt gñe aĩalia animo paſſiua: mente rõnalia: corpore aerea: tpe eterna: nec hãc diffinitionẽ improbat: ḡ videt͂ ꝙ habeãt corpora aerea naturaliter vnita. ¶ Preterea. Grego. dicit i omelia epiphanie: ꝙ iudeis annũciauit xp̄i incarnationẽ rõnale aĩal. i. angelus. ſed aĩal eſt cõpoſitũ ex anima et corpore. ḡ videt͂ ꝙ angeli habeãt corpora naturalit͂ vnita. ¶ Preterea. illud qḋ in ſe eſt incorporeũ reſpectu nulliꝰ põt corporeũ dici. q2 hec predicatio eſt abſoluta. qḋ enim abſolute albũ eſt reſpectu nulliꝰ eſt nigrum. ſ3 ſm Damaſcenũ ⁊ Greg. angeli i compõe dei corporei ſũt. ḡ in ſe incorporei ſũt. ¶ Preterea. nobiliꝰ eſt qḋ in ſe hʒ vitam ⁊ alteri cõfert q̃3 qḋ alterũ nõ viuificat: q̃3 nõ in ſeipſo viuat. ſ3 vita angeli ẽ nobilior q̃3 aĩe. ergo videtur ꝙ multo fortius habeat corpꝰ vnitũ qḋ viuificet q̃3 anima. ¶ Sed contra eſt: qḋ Dio. dicit q̃rtõ ca. ḋ di. no. ꝙ angeli ſicut incorporales: ita ⁊ immateriales intelligunt͂. ¶ Pre. omnis ſubſtãtia viuificãs corpus nãliter ſibi vnitas habʒ potẽtias aliquas q̃ ſũt actꝰ alicuiꝰ partis corporis. ſi ergo angelus vniat͂ naturalit͂ corpori tanq̃3 viuificans illḋ: oꝫ ꝙ hẽat potẽtias affixas organis: ſicut ſunt potẽtie aĩe ſenſitiue ⁊ nutritiue: q̃ ſi in angelo ponantur nõ differt angelus ab hoĩe. ¶ Rꝫ dḋ. ꝙ angeli neq3 boni neq3 mali habent corpora naturalit͂ vnita. hoc eñi eſſe nõ poteſt: niſi eẽnt forme illoꝝ corporum: vel ſaltẽ motores ꝓportionati illis corporibus: ⁊ cũ ſint pfectioris nature ipſis aĩabus: oporteret ꝙ corpora nobiliora haberẽt: iter corpora: oĩa aũt generabilia ⁊ corruptibilia ẽ nobiliſſimũ corpꝰ humanum: quaſi maxime accedẽs ad ſimilitudinẽ celeſtis corporis ꝓpter equalitatẽ ↄplexionis. vnde oporteret: illa corpora eſſe corpora celeſtia: ⁊ ſic rediret error philoſophoꝝ ponẽtium angelos eſſe formas orbiũ: ⁊ multiplicari ſm eoꝝ nũerũ: qḋ tamẽ longe ꝓbabilius eſſet: q̃3 eos habere corpora aerea naturalit͂ vnita: qḋ videtur Aug. dicere: q̃uis dicatur hoc nõ niſi ex hypoſtaſi eiꝫ dixiſſe: vt vtens põnibus platonicorum ↄtra quos diſputabat. ¶ Ad pͥmũ ergo dḋm: ꝙ Apuleus falſũ dixit. nec Aug. ↄtra hoc diſputabat: q2 paucã de angelis aſſerere voluit. ¶ Ad ſecundũ dḋm: ꝙ ſm Dio. in ſcḋo ca. celeſtis hierar. ꝓprietates animales ⁊ humane dñr de angelis per modum eminentioꝛẽ: q2 qḋ habet natura inferior habet ⁊ ſuperior: nec eodẽ modo ſed eminentiꝰ. vnde dicit͂ angelus aĩal: nõ q2 cõpoſitꝰ ex anima ⁊ corpore: ſed ex eo qḋ habet virtutẽ cognoſcendi ſenſibilia: nõ tamen per modũ ſenſibilẽ ſed itellectualẽ. ¶ Ad tertiũ dḋ ꝙ angeli dicunt͂ corporei in ↄparatione ad deuꝫ: q2 ↄueniunt cũ corporibꝰ in quadam ꝓprietate que ẽ loco diffiniri i quo corpora a deo diſtãt: non ꝙ aliquo modo naturã corporalẽ habeant. ¶ Ad q̃rtum dḋm ꝙ quanto aliquid habet eſſe vel vitam magis abſolute tanto nobilius eſt. ⁊ ideo cũ omnis forma habeat eſſe in coniunctione ad materiã nobilior eſt vita illiꝰ qḋ corpori nõ vnitur q̃3 id qḋ corporis forma eſt: ſed quod influit vitam per modum efficientis tñ: ⁊ non ſicut forma cõiuncta hoc nobiliꝰ eſt. ſed hoc neq3 aĩe neq3 angelo ↄuenit: ſed deo tñ.

a Ad ſcḋm ſic ꝓceditur. videt͂ ꝙ angeli corpora nõ aſſumant. omnis eñi aſſumptio terminat͂ ad aliquã vnionẽ. ſed angeli nõ poſſũt eẽ vniti corpibꝰ. ergo nec corpora aſſumere. ¶ Preterea. ſicut ſe habet ſpũs vnitus ad ſeparationẽ: ita ſpiritꝰ ſeparatꝰ ad vnionẽ. ſed ſpiritꝰ vnitꝰ. ſ. anima non poteſt ſeparari ſm ſuã voluntatẽ. ergo nec ſpiritꝰ ſeparatus cõiungitur corpori per aſſumptionẽ. ¶ Preterea. ſi aſſumãt corpora hoc nõ eſt niſi ꝓpter eoꝝ operationes: q2 ad eſſe ſuũ corporibꝰ nõ egent: nec q̃tũ ad pͥncipiũ nec q̃tum ad finem: ſicut anime rationales egent corporibus q̃tum ad principium: q2 creantur in corpore: ſed non q̃tum ad finem: q2 remanent poſt corpꝰ. ſed omnis virtus quanto magis eſt a corpore ſeparata: tanto eſt fortior in operationibꝰ ſuis: vt patet in anima rõnali. ḡ videt͂ ꝙ nullo modo corpora aſſumant. ¶ Preterea. cũ angeli nõ poſſint eẽ forme corpoꝝ: vt dictũ eſt: nõ poſſunt corporibꝰ cõiũgi: niſi ſicut motor mobili. ſed hoc modo coniungunt͂ omni ei circa quod operant͂. ergo ſi hoc eẽt corpꝰ aſſumere: quãdocũq3 eſſent circa nos corpus aſſumerẽt: quod nõ dicit͂. ¶ Preterea. qḋcunq3 corpꝰ aſſumit angelus: in illo eſt. ſed omne corpus cum ſit diuiſibile plures partes habet. ⁊ qḋ prime ⁊ per ſe eſt in aliquo: eſt in qualibet parte eius: vt ꝓbatur in. vi. phy. q2 ſi eſſet in vna parte tñ: nõ dicit͂ in toto eſſe niſi rõne partis. cũ ergo angelus nõ poſſit eſſe in pluribus locis ſimul: vt in pͥmo dictum eſt: videt͂ ꝙ corpꝰ nõ aſſumat. ¶ Sed ↄtra. illud qḋ per ſe incorporeũ eſt: videri nõ põt. ſed angeli frequenter hoĩbꝰ viſibiliter apparuerũt: vt i ſacra ſcriptura legitur: cũ ergo ſint incorporei vt dictũ eſt: videt͂ ꝙ corpꝰ aſſumant. ¶ Rꝫ. dḋ. ꝙ hic eſt quorũdam error dicentiũ angelos nũq̃3 corpus aſſumere. ⁊ omnia quecunq3 de apparitionibus angeloꝝ ſcriptura loquitur i preſtigiis facta eſſe dicunt: vel ſm viſionẽ imaginariam. ſ3 q2 ſancti cõiter dicũt angelos etiã corporali viſione hominibus appariuiſſe: cui ſcripture textus concordare videtur: ideo abſq3 dubio dḋm eſt angelos quandoq3 corpora aſſumere in quibꝰ ab hominibus videãtur. Nõ qualiter ſit videndum eſt. Cum enim natura ſpiritualis ſuperior ſit natura corporali: oportet ꝙ ſibi obediat: nõ aũt quantũ ad formaꝝ ſuſceptionẽ: q2 prima inchoatio formarum in materiã ſm ꝙ in ea dicũtur eſſe habilitates quedam ad formam: eſt ab opere creationis. ſed eductio earum in actum eſt per virtutem agentium naturalium determinatorum. ſ3 quantum ad motum localem per quem nulla forma ponit͂

i rre mota obedit corp⁹ virtuti ſpūali. ⁊ ſm hoc ꝙ vir tus ſpūalis mouet aliquod corpus coniungit̄ ſibi ſi cut motor mobili. Sed vlterius: quando angelus ſꝫ corp⁹ motum format per motuꝫ in precedentibus di ctum vt appareant in eo alique ꝓprietates viſibiles ĩnuiſibiliũ eius ꝓprietatibus congruentes: tūc di citur illud corpus aſſumere. vn̄ qn̄qꝫ apparent in fi gura hominis vel leonis: ⁊ huiuſmodi: per quoꝝ ꝓ prietates itelliguntur ipſe virtutes ſpūales angelo rū. Ad primū ergo dōm: ꝙ talis aſſumptio termi natur ad aliquā vnionē que eſt motoris ad motū: vt naute ad nauem: nō aūt vt forma ad materiā. Ad ſcōm dōm ꝙ ſpūs ꝯiunctus. ſ. anima vnit̄ corpori ad vnū eſſe: vt forma eius. ⁊ ideo nō poteſt ſeparari ꝑ vo luntatem: ſed per naturā facta indiſpōne circa corp⁹ ſed ſpirit⁹ ſeparatus pōt per voluntatē ꝯiungi corpo ri: non ſicut forma: ſed ſicut motor inſtrumēto. vn̄ vir tute nature ſue pōt aſſumere ⁊ deponere illō qn̄ vult ſicut ⁊ homo ſuum inſtrumentū. Ad tertiū dōꝫ ꝙ virtus angeli nō impeditur per corp⁹ aſſumptuꝫ: q2 nō aſſumit̄ vt materia ꝓportionata forme: nec etiā vi uatur: ſed tamen aſſumit ad ꝯſolationē coꝝ quib⁹ ap paret per inſtrumentū: vt ex viſibilibus in inuiſibili um cognitionē manuducant̄. Ad q̄rtum dicendū ꝙ ad aſſūptionē corporis nō ſufficit mot⁹. ſed opor tet ꝙ ſit formatio: vt dictum eſt. Ad quintū dōm: ꝙ angelus aſſumens corp⁹ eſt totus in qualibet eius parte: nec tamē eſt ĩ plurib⁹ locis: q2 totū hoc qd̄ vno motu mouetur comparat̄ ad ipſum: ſicut vnus locus id inuiſibil' q2 non eſt in loco niſi per operationem: vt ĩ primo dictum eſt.

catione. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ illam obiec-
tionem ſoluit Dioniſius in decimotertio capitulo
celeſtis hierarchie dupliciter. primo vt dicatur ꝙ
ille qui miſſus eſt ad purgandum labia Iſaie fuit de
inferiori ordine: ⁊ dictus eſt de ſeraphin equiuoce:
quia per ignem purgare venerat. ſecundo vt dica-
tur vere eum fuiſſe de ordine ſeraphin. non tamen
ille angelus qui viſionem reuelabat erat de ſuperio
ri ordine: ſed de inferiori. ſed cum virtus hierarchi
ca que eſt in inferioribus angelis ſit. primo a deo et
conſequenter a ſuperioribus angelis in inferiores
deſcendens: angelus viſionem formans reduxit ꝓ-
phetam in cognitionem non ſolum virtutis imme-
diate agentis: ſed etiam virtutis diuine. vnde oſtẽ
dit dominum ſuper ſolium ſedentem. ⁊ per cõſequẽſ
virtutem ſupremorum in angelis. vnde oſtendit ſe
raphin circa thronum ſtantia ⁊ oſtendit virtutẽ pur
gatiuam ab eis per inferiores angelos vſqʒ in ho-
mines deuenire. per hoc ꝙ ſeraphin videbatur ad
eum volans peruenire. ⁊ ponit exemplum de ſacer
dote qui abſoluit ex poteſtate a pontifice deſcenden
te ac ſi diceret. pontifex te abſoluit qui mihi tradi-
dit poteſtatem abſoluendi te. ita ⁊ angelus oſtendit
ſeraphin purgantem: quia ipſe in virtute eius pur-
gabat. ⁊ per hoc etiam patet reſponſio ad tertium ꝙ
omnes dicuntur miniſtrare inquantum inferiores
virtute ſuperiorum miniſterium exequuntur. vel po
teſt dici ꝙ angelus intendit probare preeminentiaʒ
noue legis ad veterem propter eminentiam chriſti
qui nouam legem dedit ad angelos per quos vetus
lex tradita eſt. vnde loquitur quantum ad angelos
vltimi ordinis per quos lex tradita eſt. vt ſic lex no
ua cuius chriſtus eſt auctor: legi veteri preponatur.
¶ Ad quartum dicendum ꝙ omnes celeſtes ſpiri-
tus ſecundum Dioniſium dicuntur angeli non quia
ad aliquid nunciandum mittantur. ſed quia diuinũ
lumen quod caligini ⁊ tenebris propter ſibi ſimplici
tatem ⁊ immenſitatem fulgoris comparatur ſecun-
dum ꝙ eſt in ſuo fonte in ipſis recipitur cum minori
ſimplicitate. Et ideo magis eſt proportionatum in-
telligibilibus ſequentium: ⁊ propter hoc dicunt nũ-
tiare vel manifeſtare lumen diuinuʒ. ⁊ ſic vnuſquiſ
qʒ angelus inferior ſui ſuperioris manifeſtatiuus ẽ.
ſicut nubes nuntiat lumen ſolis. quod in ſuo fonte in
ſpici non poteſt. Si autem dicantur angeli propter
nunciationem exteriorem vt Gregorius dicere
videtur: tunc etiam angelis ſuperioribus conue-
nit inquantum de rebus nunciandis inferiores il-
luminant. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ ſuperiores
angeli propter charitateʒ quam in nos habent infe-
riores mouent ⁊ dirigunt ad operandum noſtram
ſalutem. nec aliquid perfecte charitati detrahitur

ſi miniſterium immediate non exequuntur.

a D tertium ſic proceditur. videtur ꝙ om-
nes angeli ſecunde hierarchie mittātur.
Omnes enim angeli vel aſſiſtunt vel mi-
niſtrant: ſed aſſiſtere eſt propriū prime hie
rarchie cuius eſt circa deum eſſe ſecundum Dioni-
ſium. ergo omnes alii in miniſterium mittuntur.
¶ Preterea ſecundum Gregoriū plures ſunt qui
mittuntur ꝗ̃ qui aſſiſtunt: ſed ſi angeli ſecunde hie-
rarchie non mittantur plures aſſiſterent: q2 ſex ordi
nes: tribus tantum miniſtrantibus. ergo illi de me-
dia hierarchia mittuntur. ¶ Preterea cum nullus
angelus alteri ſit equalis quilibet angelus preter
primum ⁊ vltimum eſt medius inter aliquos duos.
ſi ergo de ratione medie hierarchie eſſet ꝙ in mini-
ſterium mitteretur pari ratione nullus angelus mit
teretur in miniſterium niſi vltimus tantum. quod
diſſonat ⁊ a veteribus ſcripturis ⁊ a dictis ſancto-
rum. ergo videtur ꝙ illi de media hierarchia mit-
tantur. ¶ Preterea omnis poteſtas eſt ordinata ad
executionem operis. ſed nomina ordinum ſecunde
hierarchie imponuntur a gradu poteſtatis. ergo vi
detur ꝙ eorum ſit mitti ad exequendum miniſteriū.
¶ Sed contra. Ordines ſecunde hierarchie vidē
tur eſſe equipotentes in modo accipiendi diuinas
illuminationes. ſed dominationibus que ſunt me-
dia hierarchia non conuenit in miniſterium mitti:
quia miniſtrare eſt contra rationem dominij. ergo
videtur ꝙ nec alij ordines medie hierarchie mit-
tantur. ¶ Preterea lex diuinitatis eſt vt ſuperio-
res reducant vltimos per media: ſed inter mediam
hierarchiam angelorum ⁊ noſtram eſt vltima hie-
rarchia angelica. ergo videtur ꝙ illuminatiōes nō
perueniant ad nos a media hierarchia. et ita ange-
li illius hierarchie non mittuntur. ¶ Reſpondeo
dō. ꝙ quidā dicunt angelos prime hierarchie nul
lo modo mitti: ſed aſſiſtere. angelos vero tertie hie
rarchie mitti ad nos. ſꝫ angelos medie hierarchie
mitti ad illos de tertia. Et hec opinio tangitur in lit
tera. ſed non videtur conueniens. tum quia ſecun-
dum hoc non eſſet differentia inter primam ⁊ medi
am hierarchiam. non enim poteſt intelligi miſſio an
geli ad angelum niſi per hoc: ꝙ vnus alium illumi-
nat. ſicut autem ſecunda illuminat tertiam ita pri-
ma ſecūdam: tum etiam quia dictis ſanctorum non
conſonat ꝙ aſſignant ordinibus ſecunde hierarchie
actus qui in executione exterioris miniſterij com-
plentur. vt miracula facere demones arcere ⁊ hu-
iuſmodi. Et ideo ſequendo rationeſ nominum in ſa
cra ſcriptura nobis traditorum ex quibus ſm doc-
trinam Dioniſij. ordinū proprietates: ⁊ officia col
ligere oportet dicimus ꝙ medie hierarchie duo vl
timi ordines: ſcilicet virtutes ⁊ poteſtates in exteri
us miniſterium mittuntur. dominationibꝰ autē mit
ti in miniſterium non competit. ſed dirigere omneſ
inferiores in ſuis miniſterijs. hoc enim pertinet ad
dignitatem domini. vt ad nutum eiꝰ dirigantur ac-
tiones ſubditorum. ⁊ ipſe actionibus eorum non ad
miſceatur. vnde Gregorius principibus ⁊ poteſta-
tibus preeſſe dicitur. ⁊ a Dioniſio maior omni ſub-
iectione deſcribitur dominationum ordo. ⁊ ita relin
quitur ꝙ ordo virtutum ſit ſupremus omnium ordi
num qui mittuntur quaſi pertingens ad vltimum i
diuinis miniſterijs quod nomini competit. quia vir
tus dicitur. vltimum in re de potentia vt ponitur in
primo celi ⁊ mundi. ¶ Ad primum ergo dicendum
ꝙ nullus ordo medie hierarchie eſt: proprie loquē
do: de diſpoſitione aſſiſtentium: ſed pertinet ad di
ſpoſitionem miniſtrantium. ſicut autem in artificiali
bus inuenitur aliquis artifex: qui tantum manu ope
ratur: exequens preceptum alterius ⁊ nulli prepa
rans. ſicut ille qui preparat materiam. alius vero ꝗ
precipit preparari materiam. ⁊ ipſe operatur ad
inducendam formam. Alius vero qui nihil opera-
tur. ſed precipit habēs rationes operis ſumptas ex
fine cuius eſt coniectator. ⁊ talis dicitur architector
qi princeps artificis: vel vſualis inquantū vtitur
miniſterio ſubditorum ad ſuum finem vt ex ſecundo
phiſicorum habetur. ita etiam in miniſterijs diuinis
dominatiōes ſunt quaſi artifices dirigentes ⁊ impe
rantes. Alij vero ſicut exequentes ſm gradū ⁊ mo
dum ſuum: nihilominus omnes miniſtri dicuntur. ſi
cut et iſti omnes artifices. ¶ Ad ſecundum dicen-
dum. ꝙ ſecundum hanc poſitionem verificatur di-
ctum Gregorii: quia plures erunt ordines miniſtrā
tium quia ſex ꝗ̃ aſſiſtentium: qui ſunt tres vt ex dic
tis patet. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ medium in-
quantum huiuſmodi non eſt immediate operatiuū
quia actio eſt ſm contactum vel ſecundum ſitum in
corporalibus. vel ſm ordinem in ſpiritualibus. ſed
ſi aliquid ſit mediū quantum ad aliquid ⁊ quantū
ad aliud vltimum poteſt immediate agere. hoc au
tē contingit quando plures ſꝫ gradū potentie diſ
ferentes ſuper idē operationē habent. erit enim
aliqua actio quā circa illud poteſt efficere ſuperior
quā non poteſt inferior facere. ⁊ quantū ad illā ac
tionē illud ſupremū eſt vltimū. ¶ Alia vero ac-
tio eſt quā poterit inferior facere ⁊ in illa eſt ſupre
mū operans: ⁊ non vltimū ſed mediū inter pri-
mum dirigens ⁊ vltimum operans. vnde hanc ac-
tionem non faciet mediū niſi mediante vltimo. qđ
patet in exemplo prius inducto. artifex enim qui in-
ducit formam. in hac operatione eſt vltimus: quia
nullus infra eū. hoc poteſt. vt verbi gratia. compa
ginare tabulas ad formam nauis complendam. Et
ideo hoc immediate facit. ſed preparationem ma-
terie per dolationem tabularum facit mediante in-
feriori artifice inquantum dat ſibi regulas quales
debeant eſſe tabule apte ad compaginationem na-
uis. ita eſt etiam in ordinibus angelorū. poteſtates
enim habent actum circa ea que pertinent ad tran-
quillitatem totius vniuerſi inquantum habent po-
tentiam non limitatam. ⁊ talia ordo poteſtatum per
ſe facit. Alia vero ſunt que pertinent ad ſtatum vni
us prouintie vel regni. ⁊ hoc non faciunt poteſtateſ
niſi mediantibus principatibus: qui hec per ſe exe-
quentur. Quedam vero ſunt pertinentia. ad aliquē
vel ad aliquas ſpecialiter: ⁊ hec etiā principatus.
non exequuntur niſi mediantibus angelis. in quibuſ
etiam que maiora ſunt ſiunt immediate per ſuperio
res: ⁊ que minora ſunt immediate ab inferioribus.
¶ Ad quartum dicendum ꝙ ex hoc. ꝙ ordines ſe-
cunde hierarchie nominantur a potentia ſignifica-
tur: ꝙ ad miniſtratiuam diſpoſitionem pertinent. ſꝫ
non oportet ꝙ omnes immediate miniſterium exe-
quantur. ¶ Ad alia etiam duo patet reſponſio per
ea que dicta ſunt.

a D quartum ſic proceditur. videtur ꝙ ange

li per executioneȝ miniſterij a contemplatione retardentur: qꝛ vt habetur. Tobie. xij. angelus in miniſterio exiſtens dixit. tempus eſt vt reuertar ad eũ qui me miſit. ſed nõ reuertitur niſi per contemplationẽ. ergo videtur ꝙ per miniſteriuȝ a contemplatõe dei abceſſerit. ¶ Preterea vna potentia finita non poteſt ſimul in plures operationes. ſed potentia angeli finita ẽ. ergo videtur ꝙ non poſſit ſimul contẽplari ⁊ miniſtrare. ¶ Preterea intellectus creatus nõ poteſt ſimul plura intelligere. ſed quando miniſtrãt angeli intellectu conſiderant ea que agunt. ergo videtur ꝙ tunc diuina contemplari non poſſunt.
¶ Preterea locus contemplationis eſt celum empireum: ſed cum ſunt hic ſm Damaſ. non ſunt in celo. ergo videtur ꝙ exequendo circa nos miniſteriuȝ a contemplatione retardentur. ¶ Sed contra. eſt quod dicit Gregorius. ꝙ ſic ad exteriora prodeunt. ꝙ ab intimis nunꝙ recedũt. ergo videtur ꝙ ſemper contemplentur vel aſſiſtant. ſi ſunt idem miniſtrantes et aſſiſtentes. ¶ Preterea beatitudo angelorũ non minuitur ex eorum miniſterio. ſed eorum beatitudo tota eſt in contemplatione diuinitatis. ergo i nullo per miniſterium: eorum contemplatio retardatur. ¶ Reſpondeo dñ ꝙ angeli beati nullam operationem habent ꝗ non ſit eſſentialis beatitudini. vel in qua per contemplationem beatam non dirigantur. Et ideo contemplatio eorum ſe habet ad eoruȝ miniſteria que exequuntur. ſicut in artifice conſideratio regularum artis ad executionem operis. eo ꝙ ipſe deus eſt finis omnium operum hierarchicorum ⁊ a fine ſumitur ratio cuiuſlibet operis. ⁊ ita ſe habȝ finis ad operabilia: ſicut principium ad ſpeculatiua vt in ſecundo phiſicorum dicitur. Et ideo ſicut artifex ſimul conſiderat rationem artis ⁊ exequitur opꝰ ita et angelus ſimul contemplatur deuȝ ⁊ miniſtrat nobis. ¶ Ad primum ergo dicenduȝ ꝙ angelus dicitur diſcedere a deo non per intermiſſionem contẽplationis. aut per locum. qꝛ intra deum currunt quocũqꝫ mittãtur vt dicit beda. eo ꝙ deus vbiqꝫ eſt. ſed per hoc ꝙ ab inuiſibilitate recedens viſibilis apparet. ſicut filius exiuit a patre: ⁊ venit in mundum viſibilis hominibus factus. Jo. xvi. ⁊ ſimiliter dicuntur reuerti ad deum quando depoſita viſibilis ſpecie ad priſtinam inuiſibilitatem reuertuntur.
¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ contemplatio angelorum magis ſe habet per modum receptionis ꝗȝ actionis: ⁊ ideo ſicut luna ſimul recipit lumen a ſole ⁊ illuminat inferiora corpora: ita etiaȝ angelus ſimul illuminatur in diuina contemplatione ⁊ illuminat inferiorem vel miniſtrat circa nos. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ ea que cognoſcuntur diuerſis rationibus: intellectus non poteſt ſimul conſiderare: qꝛ non poteſt effigurari diuerſis ſimilitudinibus ſimul ſicut nec corpus diuerſis figuris. ſed ea que cognoſcuntur vna ratione vel quorum vnum eſt ratio alterius nihil prohibet ſimul intelligi. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ celum empireum non eſt locus contemplationis ſm neceſſitatem. ſed ſm congruentiam ſicut ⁊ eccleſia domus orationis dicitur: ⁊ ideo ratio non ſequitur. ¶ Item Dioniſius ⁊c. Verba que ſequuntur ſunt Gregorij inducẽtis auctoritatẽ Dioniſij non quantum ad verba ſed quantuȝ ad ſenſuȝ ¶ Et putant illi Michael ⁊c. Hoc expreſſe contra dicit ſcripture. quia Michael Danielis. xº. ponit in ordine principum. Gabriel autem dicitur de ordine archangelorum ſecundum ea que circa ſingulares perſonas exercent.

## Diſtintio Undecima.

Quod queqꝫ anima habet angeluȝ bonũ ad ſui cuſtodiam delegatum ⁊ malum ad exercitium.

Alud quoqꝫ ſciendum eſt ꝙ angeli boni deputati ſunt ad cuſtodiam hominuȝ ita vt quiſqꝫ electorum habeat Angelum ad ſui profectum atqꝫ cuſtodiam ſpecialiter delegatum. Unde in euangelio veritas a puſillorum ſcandalo ꝓhibens ait. Angeli eorum ſemper vident faciem patris. angelos dicit eorum eſſe quibꝰ ad cuſtodiam deputati ſunt. Super queȝ locum Hieronimus tradit vnamquamqꝫ animam ab exordio natiuitatis habere angeluȝ ad ſui cuſtodiam deputatum: inquiens ita. Magna dignitas animarũ eſt vt vnaqueqꝫ habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui angelum delegatum. Gregorius quoqꝫ dicit ꝙ vnuſquiſqꝫ vnum bonum angelum ſibi ad cuſtodiam deputatum: ⁊ vnum maluȝ ad exercitium habet. Cum enim omnes angeli boni noſtrum bonuȝ velint: cõmuniter qꝫ ſaluti omnium ſtudeant: ille tamen qui deputatus eſt alicui ad cuſtodiam eum ſpecialiter hortatur ad bonum. ſicut legitur de Angelo Tobie ⁊ de angelo Petri in actibus apoſtolorum. Similiter ⁊ mali angeli cũ deſiderent malum hominum magis tamen hominem ad malum incitat ⁊ ad nocenduȝ fortius inſtat ille qui ad exercitium eius deputatus eſt.

Utrum ſingulis hominibus ſinguli angeli an pluribus: vnus deputatus ſit.

Olet autem queri vtrum ſinguli angeli ſingulis hominibus an vnꝰ pluribus ad cuſtodiam vel ad exercitiuȝ deputatus ſit. ſed cum electi tot ſint quot et boni angeli ſunt: plures conſtat eſſe omnes ſimul bonos ⁊ malos homines ꝗ boni angeli ſint. ⁊ cum tot ſint electi quot angeli boni: ⁊ angeli boni plures ſint ꝗ mali pluresqꝫ ſint homines mali ꝗ boni: non eſt ambiguum plures eſſe bonos homines ꝗ ſint mali angeli. ⁊ plures eſſe malos hoĩes ꝗ ſint mali angeli vel boni angeli.

Confirmat vnum angelum pluribus hominibus deputari; ſiue ſimul ſiue diuerſis temporibus.

i Ideoq; dici oportet vnum eundēq; angelum bonum vel malum pluribus hominib⁹ deputari ad cuſtodiam vel exercitium: ſiue eodem tempore; ſiue diuerſis tēporibuſ. Ideo autem dicimus eodem tempore vel diuerſis temporibus quia videtur quibuſdam ꝙ dicimus omnes homines qui ſunt ſimul ī aliquo tempore ſinguli ſingulos angelos habere poſſint bonos vel malos. quia licet maior ſit numerus hominū computatis in vnū omnibus qui fuerūt ⁊ ſunt ⁊ futuri ſunt q̄ angelorum: tamen quia decedentibus hominibus ſuccedunt homines; ⁊ ideo nunq̄ ſimul ſunt in hac vita. Angeli vero nunq̄ decedunt; ſed ſimul omnes ſunt; eſſe poteſt vt ſinguli hominum dum in hac vita ſunt ſingulos habeant angelos bonos vl' malos ad ſui cuſtodiam vel exercitium deſtinatos. Ceterum ſiue ita ſit ſiue non: non eſt dubitandum vnumquēq; hominem habere angeluȝ ſibi deputatum; ſiue pluribus ſimul deputatis ſit ſiue vni ſingulariter. Nec eſt mirandum vnum angelum pluribus hominibus ad cuſtodiam deputari; cum vni homini plurium cuſtodia deputetur; ita vt eorū quiſq; ſuum dicatur habere dominuȝ vel epiſcoporum vel abbatem.

Illud quoq; ſciendum. eſt ꝙ angeli boni ⁊c. Poſtq̄ determinauit de quibuſdam actibus que conſequuntur
i oēs ordines. ſcilicet aſſiſtere ⁊ miniſtrare. hic determinat de quodam actu ad queȝ vnus ordo ſpecialiter deputatur. ſcilicet cuſtodire homines. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de angelis quantum ad officium cuſtodie. In ſecunda quantum ad profectum predictum officium conſequentem. ibi. Pre. illud conſiderari oportet ⁊c. ¶ Circa primum duo facit. Primo determinat veritateȝ. Secundo circa determinata mouet queſtionem. ibi. Solet etiam queri ⁊c. Ubi tria facit. Primo mouet qōnem. Secūdo excludit alteram ꝑtem ibi. Sed cum electi tot ſint ⁊c. Tertio excludit reliquam ⁊ exponit eam. ibi Ideo dici oportet ⁊c. Circa cuſtodiam angeloruȝ queruntur hic quinq;. Primo vtrum angeli hominibus ad cuſtodiam deputētur. Secūdo cuius ordinis ſit cuſtodire. Tertio quorum hominuȝ ſit cuſtodiri. Quarto vtrum cuſtodes angeli ſemper cuſtodiant homines quibus deputātur: vel quandoq; eos derelinquant. Quinto cū de ſalute hominum gaudeant angeli vtruȝ. econtrario de perditione eorum triſtentur.

a Ad primum ſic proceditur. videtur ꝙ angeli homines non cuſtodiant. Deus eniȝ eſt cuſtos hominum vt dicitur. Job ſexto. ſed perfectior eſt cuſtos qui ꝑ ſeipſuȝ ſufficit ad cuſtodiam q̄ȝ qui cuſtodit mediantibus aliiſ. cum ergo omne quod eſt perfectiſſimum deo ſit attribuendum videtur ꝙ ipſe nos per angelos non cuſtodiat. ¶ Preterea cuſtodia ⁊ conſeruatio hominum eſt per gratiam. ſed gratiam deus immediate infundit anime: ⁊ non per angelos. ergo videtur ꝙ eis non cōpetat cuſtodire nos. ¶ Preterea vn⁹ effectus cuſtodie angelorum ponitur ꝙ deferant orationes noſtras ad deum. ſed hoc videtur omnino ſuperfluum cum deus omnia cognoſcat. ergo videtur vanum ponere angelos hominum cuſtodes. ¶ Preterea cuſtos ponitur alicui aut propter imbecillitatem: vt ſcilicet iuuetur ⁊ defendatur: aut ꝑꝑ ignorantiam: vt inſtruatur: ſicut mulieribus et pueris doctores ⁊ pedagogi dantur: ſed homo per ſe poteſt cognoſcere ea que ſunt facienda vel vitanda per legem naturalem cordi impreſſam et poteſt etiam exequi propter arbitrii libertatem. ergo videtur ꝙ cuſtodia angelorum non egeat. ¶ Preterea cuſtodis eſt officium retrahere cuſtoditum ab his que ſibi ſunt nociua. ſed angeli non retrahunt homines a peccatis. cum multos in peccata precipitari videamus. ergo videtur ꝙ angeli hominum cuſtodes non ſunt. ¶ Preterea cuſtodis eſt inſtruere cuſtoditum ſecundum modum eius: ſed modus hominis eſt cognitionem a ſenſibilibus accipere. ergo videtur ꝙ viſibilibus apparitionibus nos deberent inſtruere. hoc auteȝ non faciunt niſi forte raro. ergo videtur ꝙ vel non cuſtodiunt vel ſunt negligentes in cuſtodiendo. ¶ Sed contra eſt quod dicitur in pſalmo. angelis ſuis deus ⁊c. ¶ Preterea deus eſt pronior ad miſerendum q̄ȝ ad puniendum: ſed deus hominibus dedit demones ad exercitium vt habetur ad epheſi. vltimo: non eſt nobis colluctatio ⁊c. ergo videtur ꝙ multo fortius dederit angelos ad cuſtodiendum. ¶ Reſpondeo dīc. ꝙ ſecundum Boetium in libro de conſolatione: deus prouidentiam ſuam quam de omnibus rebus habet mediantibus quibuſdam cauſis exequitur. vt autem in primo dictum eſt: quāuis omnium rerum prouidentiam habeat: ſpeciali tamen modo ſubſtantie rationales ſue prouidentie ſubdunt. inquantum altiori modo pre ceteris finem diuine bonitatis nate ſunt conſequi: ⁊ per altius principium. quod eſt voluntas. quia ergo inter deuȝ ⁊ homines media eſt natura angelica: ⁊ ſecundum legem ſapientie ſue hoc eſt ordinatuȝ. vt inferioribus per ſuperiora prouideat. ideo ipſi angeli exequuntur diuinam prouidentiaȝ circa ſalutem hominum adiuuando ad tendenduȝ in finem ⁊ liberando ab hiis que proceſſum in fineȝ impediunt. ⁊ hec executio diuine prouidentie per angelos de hominibus vocatur cuſtodia angelorum. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ deus eſt cuſtos primus ⁊ principalis apud quē ſumma prouidentia reſidet. nec eſt propter ſuam inſufficientiam ꝙ ſuam prouidentiam de hominibus exequitur per angelos: ſed propter ordinem ſue ſapientie: tum q̄

congruit angelis: vt. ſ. eis hec dignitas nõ negetur ꝙ ſint duces hominũ reductionis in deum ⁊ in hoc deũ quodammodo imitantur inquantum cooperantur deo in introductione hominum in finem: tum quia congruit hominibus qui ſunt in ſtatu imperfectionis: quod puericie Apoſtolus comparat, prima Corinth. decimotertio. Unde eis cuſtodes tanquam pueris aſſignantur: donec veniente quod perfectum eſt euacuetur quod ex parte eſt. ℂ Ad ſecundum dicendum: quod ſicut in operationibus artificialibus in quibus inſtrumenta quodammodo diſponunt ad formam: vt ignis mollificando ferrum: ⁊ martellus dilatando, ſed forma cultelli inducitur ab artifice per ſimilitudinem artis quam habet. ita etiam deus qui eſt primus cuſtos inducit vltimam perfectionem continugentem fini per hoc conſeruantem: ſcilicet gratiam ⁊ gloriam. Sed angelorum eſt preparare homines ad ſuſceptionem gratie per illuminationes ⁊ alia huiuſmodi. ℂ Ad tertium dicendum quod non dicuntur deo orationes noſtras deferre: quaſi ipſum de hoc docentes: ſed quaſi ipſum orantes pro nobis: ſicut etiam ſacerdos offert deo orationem populi inquantum ſua interuentione effectum orationibus impetret. ℂ Ad quartum dicendum quod lumen naturalis cognitionis imperfectum eſt: et precipue ad dirigendum in illa que naturam excedunt, voluntas etiam eius poteſt ad malum inclinari multis occaſionibus. ⁊ ideo prouidet hominibus angelorum preſidium. ℂ Ad quintum dicendum quod ſicut prouidentie diuine eſt: ſic impedire mala: vt tamen ſaluetur nature conditio: ita etiam ⁊ angelorum cuſtodie. ⁊ ideo ad angelos non pertinet ꝙ homines cuſtodiendo ad virtutem cogant ⁊ a vicijs retrahunt: quia ſic periret libertas arbitrii ⁊ ratio meriti. Ad ſextum dicendum quod huiuſmodi apparitiones viſibiles angelorum: eo ꝙ ſunt ſupra curſum nature ſtuporem quendam incutiunt: ⁊ quodammodo violenter inducunt ad conſenſum in quo perit aliquod bonum hominis quantum ad conditionem nature: quod eſt inquiſitio rationis. Unde huiuſmodi apparitiones non omnibus fiunt: ſed aliquibus facte ſunt ad confirmationem fidei: non multis: ſicut etiam miracula: nihilominus tamen per modum noſtrum inſtruunt nos illuſtrando phantaſmata ⁊ confortando lumen intellectus noſtri: ⁊ excitando ad aliquid rectius conſiderandum.

a a D ſecundum ſic proceditur, videtur qđ cuſtodire pertineat ad omnes ordines tertie hierarchie. quia ſecundum Dioniſium tertie hierarchie propriũ eſt lumen diuinum accipere per conuenientiam noſtre hierarchie id eſt proportionatum ad immediate transferendum in nos. ſed ille angelus dicitur cuſtos hominis qui immediate ipſum illuminat. ergo videtur quod cuſtodire ad omnes pertineat. Preterea. angelus cuſtos defendit hominem ab impugnatione inuiſibilis hoſtis. Sed arcere ſecundum Gregoriũ pertinet ad poteſtates. ergo videtur quod illi ordini precipue conueniat cuſtodire. Preterea. miſſio ordinatur ad cuſtodiam. ſed angeli quinque ordinum mittuntur ad explendum exterius miniſteriũ vt dictum eſt. ergo omnibus conuenit cuſtodire. Preterea. in hominibus inueniuntur diuerſa officia: ſed ſecundum diuerſa officia diſtinguuntur ordines angelorum quorum officiorum alique ſimilitudines inueniuntur in officiis humanis vt dicit Gregorius oſtendens qualiter homines ad ordines angelorum aſſumantur. ergo videtur ꝙ omnes ordines ad cuſtodiam deputantur. Sed contra. dicit Gregorius angelos eſſe qui minima nunciant: ſed minima ſunt que ad ſingulares perſonas pertinent quia quanto bonum eſt communius tanto eſt diuinius ſecundum philoſophum in primo ethicorum. ergo videtur quod illi qui ſingulis hominibus preſunt: ſunt tantum de ordine angelorum. Preterea. Bernardus dicit in libro de conſideratione. Putem⁹ angelos dici qui ſingulis hominibus preponuntur in miniſterium miſſi propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis. ergo videtur idem quod prius. Reſpondeo dicendo: quod illi angeli dicũtur hominum cuſtodes qui immediate illos illuminant ⁊ habent actus limitatos circa humana officia: ⁊ procurant que ad ipſos ſpecialiter pertinent. ⁊ ex hoc quod immediate illuminant: excluduntur a cuſtodia angeli aſſiſtentes. ex hoc autem quod habent actus limitatos ad dirigendum in humanis officijs: excluditur media hierarchia: que habet poteſtatem non limitatã ad humana officia. per hoc aũt ꝙ per cuſtodiam procurant ea que pertinẽt ad aliquas determinatas perſonas: quod eſt vltimum ⁊ minimum in actibus angelorum deputatur cuſtodia vltimo ordini qui eſt ordo angelorum. Ad primum ergo dicendum quod tota tertia hierarchia accipit illuminationes proportionatas ad actus ⁊ officia humana. non tamen ad hanc vel ad illam perſonã: ſed hoc eſt angelorum. Et ita eis conuenit cuſtodire ſingulos homines. alijs vero conuenit cuſtodire ſingulas prouincias vel regna. ℂ Ad ſecundum dicendum quod inferiores angeli participant virtutem ſuperiorum inquantum ab eis illuminantur: ſicut ſecundum Dioniſium dicitur inferior angelus purgaſſe Yſaiam per ignem virtute ſeraphin. et ita etiam inferiores angeli virtute poteſtatum demones cohibent. ⁊ ſimiliter virtute aliorum ſuperiorũ ordinum poſſunt exequi aliqua que ad eos pertinẽt circa determinatas perſonas. ℂ Ad tertium dicendum: quod omnes angeli cuſtodes mittuntur. non tamen omnes qui mittuntur cuſtodiunt: ſed vltimi tantum cuſtodiunt vt dictum eſt: quia ſuperiores exequuntur ea que ad multos pertinent: ⁊ quanto ad plures tanto eſt ordo ſuperior, ⁊ ideo virtutes ſunt ſupremi inter exequentes miniſteria: quia eorum actus ſe extendunt non tantum ad res humanas: ſed etiam ad res naturales: vt patet in operatione ſignorum. ⁊ poſt poteſtates quorum actus non tantum ad homines ſed etiam ad demones ſe extendunt. et poſt principes: quorum operatio eſt circa totam multitudinem. Et vltimi angeli: qui operantur circa determinatas perſonas. Archangeli vero medii ſunt habentes aliquid commune cum vtriſqꝫ: vt primo dictum eſt. ℂ Ad quartum dicendum: ꝙ oĩa officia humana pertinentia ad ſingulares perſonas cum quibuſcunqꝫ ordinibus ſimilitudinem habeant: diriguntur per vltimũ ordinẽ inquãtũ participat virtutes ſuperiorũ vt dictum eſt. Sed illa officia q̃ ad multitudinẽ pertinent diriguntur per principes

vel archangelos. ⁊ ideo homo in prelatione cōſtitutus illuminatur ab angelo inferioris ordinis de his que ad ſtatum perſone ſue pertinent. Sed ab angelo principe de his que ſpectant ad regimen multitudinis.

a Ad tertiuʒ ſic proceditur. videtur ꝙ non omnibus hominibus deputantur angeli ad cuſtodiam. Cuſtodia enim angelorum valʒ hominibus ad euitandum pericula: ⁊ ad inſtruendam ignorantiam. Sed adam in primo ſtatu ab vtroque liber fuit. ergo angelum cuſtodem nō habuit. Preterea. gratia confirmata in quibuſdaʒ hominibus: ſʒ efficit vt mortaliter peccare non poſſint. vt patet in ſanctificatis in vtero. ſed contra impedimentum ſalutis per peccatum principaliter ordinata eſt cuſtodia angelorum. ergo videt̃ ꝙ tales ea non indigeant. ¶ Preterea. ante natiuitateʒ ex vtero ſacramēta ſalutis puero conferri non poſſunt. ſed hoc ē ꝙ angelus cuſtos in homine promouere intendit. ſ. ſalutē ergo puerperio animato ante natiuitatem angeloruʒ cuſtodia non debetur. ¶ Preterea. cuſtodia angeloruʒ eſt per hoc ꝙ homines illuminando inſtruunt. ſed pueri ante perfectaʒ etatem non ſunt capaces doctrine. ergo videtur ꝙ careant angeloruʒ cuſtodia. ¶ Preterea. ſcḋe Theſſal. ii. dicitur ꝙ omnis actus antichriſti erit ſecundum operationeʒ ſathane. Sed cuſtodia angeloruʒ ordinatur contra temtationes malignoruʒ ſpirituuʒ. ergo videtur ꝙ fruſtra ab angelo cuſtodietur. ¶ Sed contra videtur: ꝙ etiam chriſtus angelum cuſtodem habuit. Primo per hoc qḋ dicit Dioniſius quarto capitulo celeſtis hierarchie. ꝙ ſubdebat̃ paternis diſpoſitionibus mediantibus angelis. ſed vt dictum eſt per cuſtodiaʒ executio diuine diſpoſitionis fit de hominibus per angelos. ergo videtur ꝙ chriſtus angelum cuſtodem habuit. ¶ Preterea. Luce vigeſimoſecundo dicitur ꝙ apparuit angelus domini confortans eum. ergo videtur ꝙ cum confortare ſit vnus actꝰ cuſtodie ꝙ angelum cuſtodem habuit. ¶ Reſpondeo dḋ. ꝙ ſicut i primo libro dictum eſt. prouidentia proprie eſt ad cōferenduʒ ea que promouent in finem ⁊ remouendum ea que impediunt. Ultimuʒ auteʒ in his adiutoriis eſt id quod coniungit fini: quod a ſolo deo eſt. ⁊ ideo ea que ab angelis cuſtodibus per diuinam prouidētiam circa ſingulares perſonas exequuntur. ſunt ꝗdam preparationes iuuantes ad conſequenduʒ finem vltimum. preparans autem non habet operationem circa rem niſi que eſt ordinata ad finem ante finis conſecutioneʒ. ⁊ ideo omnibus hominibus ab infuſione anime rationalis per quam ad finem ſalutis ordinantur cuſtodia debetur vſqꝫ ad mortem quando terminatur via proficiendi in finem. nulli ergo carent cuſtodia angelorum: niſi vel per hoc ꝙ fiunt inpenitibiles: vt damnati. vel per hoc ꝙ fineʒ glorie conſequuntur: vt beati. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ quamuis in adaʒ non eſſet periculum ex aliqua corruptione carnis inſtigante ad maluʒ. erat tamen periculum ex potentia peccandi: ⁊ ex demone oppugnante. ⁊ ſimiliter erat debilioris cognitionis ꝙ̃ angelus. ⁊ ideo indigebat preſidio cuſtodis angeli. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ etiam ſi confirmati peccare non poſſint: poſſunt tamen proficere: ⁊ eoruʒ profectus poteſt impediri. ⁊ propter hoc indiget cuſtodia angelorum ad promouendum in bonum ⁊ remouenduʒ impedimentum. ¶ Ad tertium dicendū ꝙ pueri in materno vtero non recipiunt ſacramenta eccleſie: quia non ſubditur actibus miniſtroruʒ ſed operibus diuinis ⁊ angeloruʒ. ⁊ ideo eis ab infuſione anime rationalis cuſtos angelus aſſignatur: per quem prohibetur virtus demonis ab eius nocumento. ⁊ propter multa impedimenta quibus poteſt eius complexio deteriorari vt efficiatur pronior ad peccanduʒ: vel etiam ipſa vita extingui. ⁊ in hoc etiam proſunt paruulis natis: quamuis eos non illuminent. vnde patet reſponſio ad quartuʒ. ¶ Ad quintuʒ dicendum: ꝙ antichriſtus etiam habebit angelum cuſtodeʒ: quia lex communis propter vnum mutari nō debet. ⁊ in hoc eius pena iuſtior apparebit: quia beneficia toti nature humane promiſſa ſibi non ſubtrahuntur. nec tamen eſt omnino fruſtra cuſtodia: quia ⁊ ſi ad bonum non conuertatur: a multis tamen malis ceſſabit retractus ab angelo cuſtode. hunc enim effectum ad minus ſemper conſequitur angelus per cuſtodiam in quocunqꝫ obſtinato. ¶ Ad ſextum dicendum ꝙ chriſtus non habuit angelum cuſtodem: tum quia anima ſua omnibus angelis ſuperior fuit immediate a verbo ſibi vnito illuminata: tum quia erat verus comprehenſor. vnde eius bonum nec impediri nec iuuari poterat. Dicitur vero ſubdi paternis diſpoſitionibus per angelos quodammodo indirecte inquantuʒ angeli inſtruebant ioſeph ⁊ matrem eius de his que circa ipſum puerum exiſtentem agenda erāt vt habetur Matthei ſecundo. ¶ Ad ſeptimum dicendum ꝙ angelus dicitur confortaſſe eum non aliquid in ipſum imprimendo: ſed per modum miniſterii inquantum congratulabatur fortitudini eius: ſicut homo naturaliter in tribulatione confortatur ad preſentiam amicorum. ⁊ ita per moduʒ quo fuerat vera triſtitia: fuit confortatio vera ⁊ non apparens tantuʒ vt quidam dicunt.

a Ad quartuʒ ſic proceditur. videtur ꝙ angelus quandoqꝫ relinquat hoieʒ cui deputat̃ cuſtos. Primo per hoc quod habetur Ieremie. li. Curauimus babilonem ⁊ non eſt curata derelinquamus ergo eam. ſed hoc dicitur ex perſona angelorum: vt dicit glo. ergo videtur ꝙ relinquat quā do a peccato non corrigitur. ¶ Preterea. Iſaie quito dicitur. Auferam ſepem eius ⁊ erit in direptionē: glo. i. cuſtodiaʒ angelorum. ergo idem quod prius. ¶ Preterea. efficacius cuſtodit deus hominem ꝙ̃ angelus. ſed deus quandoque relinquit hominem: vt in pſalmis dicitur. Quare me dereliquiſti ⁊c. ergo multo fortius angelus. Preterea. Zacharie primo dicitur. ꝙ reuerſus eſt angelus qui loquebat̃ ad eum. Et ſimiliter etiam Danielis decimo. Sed non reuertitur niſi qui abſcedit. ergo videtur ꝙ angelus quandoqꝫ hominem relinquat. Preterea. angeli quandoque ſunt in celo empireo: ſed cum ſunt ibi non ſunt circa nos ſecundum Damaſcenum. ergo videtur quod aliquando nos relinquunt. Pre. medicus ſapiēs infirmū deſperatū relinqt. ſʒ angeli cuſtodes poſſunt ſcire aliqueʒ eſſe preſcituʒ per reuelationem ⁊ videre aliquem obſtinatū in peccatis: tal' aūt ē ſicut infirmus deſperatus. ergo videt̃ ꝙ etiam et

angelus qui eſt quaſi medicus ſpũalis talem relinquat. ¶ Sed cõtra. boni angeli ſũt magis proni ad iuuandũ ꝙ̃ mali ad infeſtinandũ. ſed mali nunquam ceſſant ab infeſtatione. ergo nec boni a cuſtodia.

¶ Preterea de nemine eſt deſperandum ꝙ̃ diu ẽ in ſtatu vie. ſed infirm⁹ nõ relinquitur a medico niſi ꝑ deſperationez. ergo videt̃ ꝙ angelus non dimittat hominez quantũcũqꝫ peccatorez. ¶ Reſpõdeo. dĩ. ꝙ cum cuſtodia angelorũ ſit quedaz executio diuine prouidẽtie: oportet eſſe idez iudiciũ de vtroqꝫ: diuina autez prouidẽtia nunquaz relinquit hominẽ ex toto: quia omnino in nihiluz redigeretur. ſed verum eſt ꝙ magis ⁊ minus ꝓuidet diuerſis ſm eorum cõditionez. ⁊ ideo oculi dei ſuper iuſtos dicũtur: ⁊ aures eius ⁊c. quib⁹ adeo perfecte prouidet: vt omnia eis cooperentur in bonuz: vt dicitur Ro. viii. Sed malos ſm aliquid derelinquit inquantum permittit eas ſubiacere tribulationibus: ⁊ quod grauius eſt etiam in ꝑ peccata ruere. Unde ad Rom. pmo. Propterea tradidit eos deus in reprobuz ſenſum ⁊c. Similiter etiaz angeli dicuntur aliquos derelinquere ſm quid inquantum exponuntur tribulationibus: vel etiaz iuſto dei iudicio ab aliquo peccato non retrahunt: nũqꝫ tamen ita relinquunt quin ſit aliquis effectus cuſtodie inquantuz aliquod malum prohibent ⁊ ad aliquod bonum promouent. ¶ Ad primuz ergo dicendum ꝙ hoc intelligitur eſſe vox angelorũ diſcedentium ab homine peccatore in hora mortis: q: tunc ꝓ morte deſperatur de eius ſalute: vel poteſt dici ꝙ derelinquunt ſm quid: vt dictuz eſt. ſicut etiaz ⁊ deus. vnde patet reſponſio ad ſcdm ⁊ tertium. ¶ Ad q̃rtum dĩm ꝙ angelus ab eo receſſerit quãtum ad aliquez effectuz: q: ſ. ipſum d̃ futuris nõ illuminauerat ⁊ non quãtuz ad omnez effectuz cuſtodie. ¶ Ad quintum dĩm: ꝙ quandocunqꝫ aliquod agens imprimit fortem impreſſionez remanet illa impreſſio in patiente per aliquod tempus etiam ad abſentiaz agentis: vt patet in motibus violentis. ⁊ ita dico ꝙ ad vnam actionem angeli in hominem poteſt homo bonã diſpoſitionez accipere que manet in eo ad aliquod tempus: vt patet quando aliquis ſemel deuote orat ad plures dies remanet inde deuotio: ⁊ ita angelus ꝙ̃uis non ſemper ſit preſens poteſt ſemper cuſtodire: inquantum effectus eius manet poſt actionem ſuaz. ¶ Ad ſextuz dĩm: ꝙ nullus in ſtatu vie eſt adeo obſtinatus quin poſſit poſt penitentiam conuerti. vnde non eſt de eo deſperanduz. ⁊ ſi angelus ſciret cũ preſcitũ. poſſet tamen multa mala in eo impedire: ſicut de antichriſto dictuz eſt.

a D quintuz ſic ꝓceditur. videtur ꝙ angeli doleant de damnatione hominum quos cuſtodiunt. Exterior enim luctus eſt ſignum interioris doloris. ſed Y ſa. xxxiii. dicitur. Angeli pacis amare flebunt. ergo videtur ꝙ doleãt. ¶ Preterea amicorum eſt compati ſibi in neceſſitatibus. ſed angeli feruentiſſima charitate nos diligunt. ergo videtur ꝙ contriſtentur hominum damnatione compatiendo. ¶ Preterea. ſapiẽtis eſt dolere de his ꝑ que ſuũ gaudiuz minuitur. ſed per damnationez hoium minuitur gaudiuz angelorũ: quod eſſet de conuerſione eorũ. de quo habetur luce. xv. Gaudiũ eſt angelis dei ſuper vno peccatore ⁊c. ergo de hominum damnatione dolent. Preterea. omne id quod eſt contrarium volito ⁊ repugnans fini eſt contriſtans ſed damnatio eſt contraria ſaluti quam volũt: ⁊ per officiuz cuſtodie ꝓcurant. ergo damnatio hominum eos contriſtatur. Sed contra. Apoc. xx. dicit̃ ꝙ in celeſti ieruſalez: nec eſt luctus nec eſt dolor. illius autez vrbis ciues ſunt angeli. ergo de nullo dolent.

Preterea. perfecta beatitudo non compatitur ſecum miſeriam. ſed omnis triſtitia ad miſeriam pertinet ⁊ fugienda eſt: vt i ſeptimo ethicoꝝ philoſoph⁹ dicit. ergo angeli beati triſtes eſſe nõ poſſunt. Reſpondeo dĩ. ꝙ cuz angeli beati ſint in diuine voluntatis continua contemplatione cui perfectiſſime cõformatur nihil poteſt eſſe contra voluntatez eorũ: ſicut nec contra voluntatez dei. poteſt tamen eſſe aliquid preter voluntatem eorum. ſed hoc ipſuz inquantum eſt permiſſum adeo ẽ volitum ab eis: ſicut a deo. ⁊ iõ nihil poteſt accidere de quo doleant angeli: ſicut nec de quo doleat deus. Et ideo ſimpliciter dicendum eſt ꝙ neqꝫ de peccatis hominum triſtãtur neqꝫ de dãnatione: ſed vtrobiqꝫ letantur de iuſta permiſſione ⁊ punitione. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ illud ſecundum litteram intelligit̃ de nunciis Ezechie quos miſit ad pacem ab aſſiriis querendaz: qui audientis blaſphemias Raſpacis ſciſſis veſtib⁹ fleuerunt. Allegorice vero exponitur de apoſtolis in glo. Si aũt ad angelos referatur intelligendus eſt dolor non ꝓprie: ſed methaphorice per modum quo etiam frequenter in ſcripturis: deo attribuitur. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ compati non poteſt. quia paſſibibilis non eſt. Et ideo ex incompaſſibilitate angelorum hoc accidit ꝙ condolere non poſſunt: nec ex charitatis defectu. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ angelorum gaudium non minuitur ex damnatione: quia electorum numerus minui non ꝓpoteſt. Uel poteſt dici ꝙ ipſi ſemper gaudent de ſuis bonis operibus que cuſtodiendo egerunt: licet ille qui cuſtoditus eſt non ſaluetur. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ angeli volũt ſalutem hominis voluntate antecedente: ſicut ⁊ deus. ſed voluntate ꝯñte voluit hominem damnari ſi meruerit. vnde conſequens eſt: vt de eius damnatione non doleant. Et vnum malum ad exercitium ⁊c. Uidetur iniuſte agi cum homine. quia demones multo potentiores ſunt hominibus. non enĩ eſt poteſtas ſuper terram que ei comparetur: vt dicitur Job. xl. ergo non iuſtum eſt pugnam inter hominem ⁊ demonem conſtitui. Et dicendum ꝙ cuz liberum arbitrium non poſſit cogi ad peccandum ꝙ̃tuncunqꝫ ſit demon fortis: homo reſiſtere poteſt. Unde dicitur ꝙ debilis eſt hoſtis qui non poteſt vincere niſi volentem. ⁊ ſuper hoc homini eſt preſidium angeli ⁊ auxilium diuinum ſi ſuſcipere velit.

## Diſtinctio Duodecima.

Utrum angeli proficiant in merito vel in premio vſqꝫ ad iudicium.

P Reterea illud conſiderari oportet: vtrum angeli boni in merito vel in premio proficiant vſqꝫ ad iudiciũ. Quidã in meritis ꝓficiant atqꝫ quotidie magis ac magis mereãt̃ qbuſdã vĩ ex eo: q: quoti

die hominū vtilitatib⁹ inſeruiunt corūq; pſe
ctibus ſtudent. Quibuſdam etiam nibilomi
nus videtur ꝙ in premio proficiant. ſ. in co/
gnitione ⁊ dilectione dei. Licet enim vt aiūt
in confirmatione beatitudinem acceperint
eternam atq; perfectam. augetur tamen quo/
tidie eorum beatitudo: quia magis ac magis
diligunt atq; cognoſcunt: ⁊ eſt eorum chari
tas qua deum ⁊ nos diligunt: ⁊ meritum et
premium. Meritum: quia per eam ⁊ per ob
ſequia ex ea nobis impenſa merētur ⁊ in be/
atitudine proficiunt. ⁊ ipſa eadem eſt premiū
quia ea beati ſunt.

Auctoritatibus confirmant qd̄ dicunt.

Et quando angeli proficiant ī cogni
tione: ac per hoc in beatitudine teſti
moniis ſanctorum confirmant. Di/
cit enim Yſaias ex perſona angelorum chri/
ſti aſcendentis magnificentiam ammiranti/
um. Quis eſt iſte qui venit de edom tinctis
veſtibus de boſra? Et in pſ. Quis eſt iſte
rex glorie. Ex quibus apparet ꝙ myſterium
verbi incarnati plenius cognouerunt angeli
poſt impletionem q̃ ante. Et ſicut in cogni
tione huius myſterii profecerunt. ita dicunt
eos in deitatis cognitione proficere. Quod
autem in huius myſterii cognitione profece
rint euidenter docet apoſtolus dicēs. Que
ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſecu/
lis in deo: vt innoteſcat multiformis ſapien
tia dei per eccleſiam principibus ⁊ poteſtati
bus in celeſtibus. Super quem locum dicit
Hieronymus. Angelicas dignitates prefa
tum myſterium ad purum vel plenum non i/
tellexiſſe: donec completa eſt paſſio chriſti et
apoſtolorum predicatio per gētes dilata.

Qd̄ in hac ſententia videtur Auguſt. aduer/
ſari Hieronymo.

His autem videtur contradicere Aug.
b ſuper eundem locū epiſtole dicens.
Non latuit angelos myſteriū regni
celorum: quod opportuno tempore reuelatū
eſt propter ſalutem noſtram. Illis ergo a ſe/
culis innotuit ſupra memoratum myſterium:
quia omnis creatura non ante ſecula: ſed a ſe
culis eſt. Attende lector quia videtur diſſen
tire in hac ſententia illuſtres doctores. Ideo
q; vt omnis repugnantia de medio tollatur:
predicta verba Aimonem ſequentes ita de/
terminemus: vt illis angelis qui maioris ſūt
dignitatis: ⁊ per quorum miniſteriū illa nunci
ata ſunt: ex parte cognita a ſeculis fuiſſe: vt
pote familiarib⁹ ⁊ nunciis. Illis vero q mi/
noris dignitatis ſunt: incognita extitiſſe di

camus: vſquequo impleta ſunt per eccleſiam
predicata. ⁊ tunc ab omnibus angelis perfe
cte fuerunt cognita. Cōſtat itaq; omnes an/
gelos in cognitione diuinorum myſteriorū
ſcd̄m pceſſum temporis pceſſiſſe. Unde nō
incongruenter ipſi idem dicunt angelorum
ſcientiam ac beatitudinem augeri vſq; ad fu
turam conſumationem: quando in ſcientia ac
beatitudine perfectiſſimi erunt: vt nec auge
atur amplius nec minuatur.

Aliorum opinio qui dicunt angelos i
quibuſdam predictorum nō perfeciſſe.

Alii autem dicunt angelos in confir/
a mationem tanta deitatis dilectione at
q; notitia fuiſſe preditos: vt in his vl
terius non profecerint nec profecturi ſint. p
fecerunt tamen in ſcientia rerum exteriorum
ſicut in cognitione ſacramenti incarnatiōis
⁊ huiuſmodi. ſed non in contemplatione de
itatis: quia trinitatem in vnitate: ⁊ vnitatem
in trinitate non plenius intelligunt ſiue intel
lecturi ſunt q̃ ab ipſa confirmatione percepe
rint. Ita etiam dicunt eos in charitate non p
feciſſe poſt confirmationem: quia eorum cha/
ritas poſtea non eſt aucta. ⁊ ſic dicūt eos nō
profeciſſe in meritis. Sed hoc quantum ad
vim merendi: non quantum ad numerū me/
ritorum. Plura enim bona fecerunt po/
ſtea que tunc non fecerant. ſed eorum chari/
tas ex qua illa proceſſerunt: nec eſt aucta: ex
qua tantum meruerunt añquam iſta adderen
tur quantum poſtea his adiectis. Illud vero
quod alii ſuperius dicunt: probabilius vide
tur. ſ. ꝙ angeli vſq; ad iudicium in ſcientia et
in aliis proficiant.

Qd̄ quedam auctoritates videnť obuia/
re probabiliori ſnie.

Quibus tamen videntur obuiare qua
q rundam auctoritatum verba. Ait n.
Iſidorus in libro de ſummo bono.
Angeli in verbo dei omnia ſciunt antequā
fiant. ſed nec omnes nec omnia perfecte ange
los ſcire dixit. ⁊ ideo eos in ſcientia profice/
re non remouit. Gregorius quoq; in libro
dialogorum ait. Quid eſt quod illi neſciant:
qui ſcientem omnia ſciunt. Ubi videtur dice
re ꝙ omnia ſciant angeli: ⁊ nihil ſit quod ne/
ſciant. Sed accipiendū eſt hoc de his quorū
cognitio beatum facit cognitorem: vt ſunt ea
que ad myſterium trinitatis ⁊ vnitatis per/
tinent.

p ..Reterea illud ꝯſiderare oꝛ ⁊c. Hic inq̄rit magiſter vtrum angeli dum officiū cuſtodie durat in merito vel premio pꝛoficiant: ⁊ diuiditur in partes duas. Pꝛimo ponit duas opiniones. Secūdo eligit alteram illaꝝ. ibi. Illud quoqꝫ ⁊c. Prima i duas ſm duas opiniones: quarum ſecūda incipit. ibi. Alii autē dicunt ⁊c. ¶ Circa primū tria facit. Pꝛimo ponit opinionē. Secūdo ꝯfirmat per auctoꝛitatē. ibi. Et ꝙ angeli ꝑficiant. Tertio ſoluit cōtrarietatē. ibi. His autē videtur ⁊c. Illud vero quod alii ⁊c. Hic eligit alterā opinionē. ⁊ circa hoc duo facit. Pꝛimo eligit primā opinionē. Secundo reſpōdet ad quaſdā auctoꝛitates que ſunt in contrariū ibi: i quibus tamen videtur ⁊c. Hic queruntur ſex. Pꝛimo vtrum angeli pꝛoficiant in cognitione dei que eſt ꝓmium eſſentiale. Secūdo vtrū pꝛoficiant in cognitione aliarū rerū per illuminationē ſuperioꝝ. Tertio vtrū accreſcat eis aliqua cognitio per mutuā locutionē. Quarto vtrū myſteriū icarnatōis per eccliam didicerint. Quinto vtrū inter eos ſit pugna ⁊ cōtradictio. Sexto vtrū oꝛdinū diſtinctio maneat poſt diem iudicij.

a Ad pꝛimū ſic ꝓcedit. videtur ꝙ angeli in viſione dei pꝛoficiāt. Perfectio enim virtutis nō tollit. ſed auget efficaciam merendi. ſed i angelis beatis eſt perfecta charitas que eſt radix merēdi: qua omnes coꝝ actus iformātur. ergo videt̄ ꝙ ſp magis ⁊ magis mereātur diuinā viſionē i eis augeri. ¶ Pꝛe. ſm Auicē. ois actio creature ē ad aliqd̄ cōmodū agentis. vnde liberalitatē purā ſolius dei ꝓpꝛiā dicit. ſed angeli creature ſunt. ergo ex actib⁹ eoꝝ circa nos aliquid ei accreſcit. ⁊ ita videt̄ ꝙ eoꝝ bonū ſemper magis ac magis augeat. ¶ Preterea. quanto aliquis intellect⁹ eſt clarioꝛ tanto perſpicati⁹ intuetur. ſed iferioꝛes angeli continue a ſuperioꝛibus illuminantur. ergo videtur ꝙ ſemper limpidi⁹ deum cōtemplentur. ¶ Pꝛeterea. ſi non poſſunt ꝑficere i dei viſione: aut hoc eſt: quia peruenerunt ad ſummā ꝑfectionē: aut q2 maioꝛis perfectōis capaces nō ſūt. ſed pꝛimū eſſe non poteſt: quia ſūma perfectio ſolius dei eſt: q2 ſeipſū cōpꝛehendēdo videt. ſimiliter nec ſecūdū: q2 ſic homines eſſent capatioꝛes inferioꝛib⁹ angelis: q2 homines vt dictum eſt poſſunt peruenire ad modum cōtemplationis ſuppꝛemoꝝ oꝛdinū. ergo videt̄ ꝙ angeli etiam in diuina contemplatōe ꝑficere poſſunt. ¶ Sed cōtra. magiſter ſupꝛadixit ꝙ ꝑfectio nature gloꝛificate eſt quādo habet quicqd nata eſt habere. ſed angeli ſunt gloꝛificati. ergo totū id quod nati ſunt habere habent. ¶ Preterea. i termino motus non contingit eſſe motū. ſed angeli nō ſūt in ſtatu vie cui competit motus. ſed in termino. ergo videtur ꝙ ipſi ꝑficere non poſſunt: cum pꝛofectus ſit motus quidā. ¶ Reſpondeo. dd. ꝙ ſm philoſophū operatio ⁊ motus differunt. operatio enim eſt actus perfecti: vt lucidi lucere. ⁊ intellectus in actu intelligere. ſed motus eſt actus imperfecti tendentis in ꝑfectionem. ⁊ ideo id quod eſt in ſua vltima perfectōe habet operationem ſine motu: ſicut deus qd̄ antē diſtat ab vltima perfectiōe habet opatiōnē coniunctā motui. ⁊ q2 pꝛoficere in beatitudine eſt quidā motus nature tendentis in perfectionē. ideo quandocunqꝫ angelus vel homo ponitur in vltima ſua perfectione: operatio eius non eſt meritoꝛia nec pꝛoficiens. Sꝫ in hoc quando. ſ. angelus ſit in ſua vltima perfectione eſt duplex opinio. Una quam magiſter appꝛobat. ſ. ꝙ erit in die iudicii. Alia eſt que in littera tangitur quod hoc fuit in pꝛima eoꝛum confirmatione. ⁊ hec videtur mihi pꝛobabilioꝛ. tum quia vltima perfectio rei eſt in termino ſue vie. terminus autem vie angeloꝛum fuit eoꝛum confirmatio: neq̄ enim nūc viatores dicuntur: niſi foꝛte ſecundum quid inquantū circa viatores operantur: tum quia idem iudicium ē de hominibus poſt moꝛtem ⁊ de angelis poſt confirmationem vel caſum. homini autem ſtatim poſt moꝛtē vltima ſua perfectio cōfertur: niſi foꝛte aliqd purgandum repugnet: nec differtur vſqꝫ ad diem iudicij: vt greci errantes dicunt. ⁊ ideo dicimus ꝙ angeli ſtatim in confirmatione vltimam perfectionem beatitudinis conſecuti ſunt: nec poſtmodum in viſione dei pꝛoficiunt in qua eoꝛum beatitudo eſſentialiter conſiſtit. ¶ Ad pꝛimum ergo dicendum ꝙ perfectio virtutis includens finem tollit rationē meriti ⁊ motus qui repugnat fini: ſed in via ad finem auget efficaciam meriti. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ omnis operatio creature oꝛdinata eſt ad perfectionem eius ſed quandoqꝫ operatio non eſt ad alium finem. ſed ipſamet eſt finis vt in pꝛimo ethicoꝛum dicitur. ⁊ ſic dico ꝙ illūinare iferioꝛes angelis eſt dignitas eoꝝ q in hoc maxime conſequuntur dei ſimilitudinem. Et ideo non opoꝛtet ꝙ per huiuſmodi operationes aliquid mereantur. Ad tertium dicendum ꝙ vnus angelus non illuminat alium: vt dictum eſt de his q̄ ad eſſentiam beatitudinis pertinet: ſed de alijs. ⁊ iō non opoꝛtet ꝙ pꝛopter hoc limpidius videant deū: ſed ea de quibus illuminantur. Ad quartum dicēdum: ꝙ angeli ſummum gradum contemplatiōis nō attingunt. ſed pꝛopter hoc dicuntur non poſſe pꝛoficere: quia tota eoꝝ capacitas plena eſt: nec amplificari poteſt illa capacitas angeloꝛum per meritum ſicut in hominibus qui ſunt in ſtatu vie.

a Ad ſecundum ſic pꝛoceditur. videtur ꝙ angeli inferioꝛes per ſuperioꝛum illuminationem in cognitionem rerum ſiue diuinoꝝ effectuum non pꝛoficiant. omnis enim operatio angeli aut pertinet ad naturam aut ad meritū aut ad pꝛemium. ſed in naturali cognitione non pꝛoficiunt: quam totam ſimul in creatione receperunt: nec etiam in merito aut in pꝛemio pꝛoficiunt: ergo videt ꝙ in eis cognitio diuinoꝛum effectuum non creſcat.

Pꝛeterea. de⁹ eſt cauſa rerum per eēntiā ſuam. ergo i hoc quod videtur eſſentia ſua cognoſcit ipſe cauſa ipſaꝝ cauſe. ſed quando cognoſcitur aliquid inquantum eſt cauſa: cognoſcitur etiam effect⁹ eius. ergo videtur: ꝙ cum angeli beati eſſentiam diuinā videant: ꝙ etiam in ipſa effect⁹ eius cognoſcant. ⁊ ſic in cognitione diuinoꝛum effectuū non creſcūt. Preterea. nihil eſt cui⁹ ratio non ſit in dei ſciētia ſiue verbo ei⁹: qd̄ eſt ars plena rationum viuentium: vt dicit Augu. ſed angeli beati vident dei verbum. ergo cognoſcunt omnes diuinos effectus: ⁊ ſic idem quod pri⁹. ¶ Pꝛeterea. qui videt ſpeculum neceſſario videt foꝛmas relucentes in ſpeculo: niſi diuerſitas partiū ſpeculi impediat: vt dum intuetur vnam partem ſpeculi foꝛmas reſultantes in alia parte non videat. ſed dei verbum: quod eſt ſapientia genita eſt ſpeculū ſine macula: vt dicitur ſapientie. vii. i quo oēs reꝝ rationes reſplendent. ergo cum verbum ſit indiuiſibile angeli intuentes verbum omnia in eo cognoſcunt: et ſic idem quod prius. ¶ Pꝛeterea. ſm philoſophum

tu,iii,de anima, Intellectꝰ cum intelligit difficilia nō minꝰ intelligit infima, ſed magis altiſſimum intelligibile eſt eſſentia diuina: ⁊ eam angeli vident, ergo videtur ꝙ omnia alia cognoſcere poſſunt: ⁊ ita corū cognitio non creſcit. Sed contra eſt quod dixit dioniſiꝰ in fine celeſt. hierarchie. ꝙ multe rationes ſacramentorum latent ſupernas eſſentias.i.angelos. ſed quecunq; latent aliquem: ipſe poteſt in cognitionem eorum proficere. ergo poſſunt ⁊c. ¶ Preterea in ſexto capi. eiuſdem libri dicit ꝙ angeli inferiores per ſuperiores a neſcientia purgant̄. ſed non liberatur aliquis a neſcientia niſi per ſcientie acquiſitionē. ergo videtur ꝙ angeli in acquirendo ſcientiam proficiāt.

Reſpondeo dō. ꝙ angeli proficiunt in cognitōe diuinorum effectuum per illuminationes in inferiorībꝰ a ſuperioribꝰ deſcendentes: ⁊ hoc patet ſic, Cum enī deus ſit vniuerſaliſſima cauſa omnium entiū in viſione eſſentie eius non cognoſcuntur oēs effectus ipiꝰ de neceſſitate: niſi intellectus totam virtutem eiꝰ cōprehendat: ⁊ quanto aliquis intellectus limpidiꝰ eā videt tanto plura in eo cognoſcere poteſt: ſicut in p̄ncipiis primis ſpeculatiuis: qui perſpicatioris intellectus eſt plēs cōclōnes ī eis videt. ⁊ ita ſuperiores angeli plures effectus in eſſentia diuina cognoſcunt ꝙ̄ inferiores: ⁊ de illis ſuperiores inferiores illuminare ⁊ inſtruere poſſunt. ⁊ tamen aliqui effectꝰ ſūt quos omnes imediate ī viſione diuine eſſentie percipiunt ꝙ̄uis etiam hos ſuperiores perfectius cognoſcāt ſicut ⁊ diuinam eēntiam clarius intuentur: ⁊ vnuſqſq; ordo ex illo nomen ⁊ rationem recepit: quod ē vltimum ſue virtutis ad capiendum rerum cognitionē imediate in viſione diuine eſſentie. ¶ Ad p̄mum ergo dōm ꝙ reuelatōnes diuinorum effectuum pertinent ad premiū: nō quidē eēntiale ſed accñtale ⁊ dr̄ p̄miū accñtale ad qd̄ merita directe nō ordinant̄: ſ; ſuperadditur ex liberalitate retribuentis. ¶ Ad ſecundum dōm: ꝙ per hanc rationē ꝓbat Algazel deum creaturarum ſcientiam habere inquantū ſuam eſſentiam cognoſcit. non tamen ſequitur ꝙ videns eſſentiam eiꝰ omnia ſciat: niſi ipſam perfecta cognitiōe cōprehendat. ⁊ hoc angelis non conuenit. Et ꝓpter h̄ patet reſponſio ad tertium: q; ꝙ̄uis verbum videant non tamen ipſum ſm modum rei cognite vident. ſed ſm modum cognoſcentiū.i. ſm ipſorū. ⁊ ideo nō oportet ꝙ oīa que in verbo ſunt cognoſcant. ¶ Ad quartum dōm: ꝙ ſicut dicit Boetius in li. de trini. In diuinis non oportet ad imaginationem deduci. vnde non eſt imaginandum rationes rerum reſplendere ī ſpeculo eterno: ſicut forme viſibiles in ſpeculo materiali ſed magis ſicut cauſatorum rationes preexiſtūt in ſua cauſa. vt Dio. dicit in libro de diuinis nominibus. non eſt autem neceſſarium vt qui cauſam videt hoc ipſo omnes rationes effectuum in ea cognoſcat: vt dictum eſt. ⁊ ideo ratio non ꝓcedit, Vel dōꝫ vt cōmuniter dicitur: ꝙ ſpeculum eternum voluntariū ē: quia in eo non videtur niſi quod ipſe vult oſtendere, ſecus eſt autem de ſpeculo materiali quod ex neceſſitate nature repreſentat formas in eo relucentes.

Ad quintum dōm: ꝙ q; noſtra cognitio a ſenſu incipit. ideo de minus notis in magis nota ſm naturā deuenimus, ⁊ ideo manifeſtiſſima nature ſunt nobis vltimo nota ⁊ difficillima ad cognoſcendum, ſ. res īmateriales: vt deꝰ ⁊ angeli: ſed in angelis eſt econuerſo: quia ea que ſunt magis nota ſimpliciter: ſunt etiam notiora quo ad eos, ⁊ ideo lꝫ eſſentiam diuinā maxime cognoſcant: non tamē ex hoc ſequitur ꝙ omnia alia cognoſcant: ſed ſm ꝙ perfectiꝰ ipſam vidēt ex ea in plurium effectuum cognitionem procedere poſſunt.

a D tertium ſic ꝓcedimr. videtur ꝙ angeli nō accipiant cognitionem aliquorum per mutuam locutionem. Dicit enim Baſiliꝰ. ſi nuda ⁊ intecta anima viueremꝰ ex ſolis motibꝰ intentionū cogitationes alterutrū panderent̄, ſed angeli habēt intellectū non obtectū corpore. ergo vnꝰ alteriꝰ cogitatōes videt. ⁊ ideo mutua locutione non egent.

Preterea. in omni locutione oportet eſſe aliquod ſignum: quod mentis occultum cōceptū exprimat, ſed tale ſignum in angelis ſenſibile eſſe nō poteſt nec intellectuale. non ſenſibile: q; ſenſitiuā cognitionem non habent: nec iterū manens in intellectu tantum: quia hoc eſſet equaliter ignotum cum alio conceptu mentis qui manifeſtādus eſſet, ergo videtur ꝙ ī angelis manifeſtatio per locutōeꝫ eſſe nō poſſit, Pre. in omni locutione oportet eſſe aliquod medium ꝑ qd̄ intentio loquentis ad audientem deferatur. Sed tale mediū in angelis inueniri non poteſt. ergo nec locutio. ¶ Pre. in locutione corporali ſonꝰ ad aures ꝑueniens excitat audientē ad audiendū. ſed in angelis non poteſt poni aliquod tale excitatiuū: cū nihil ſit in vno poſtmodū in altero factū. ⁊ tamen neceſſaria eſſet excitatio ad attendēdū ſi eſſet locutio: q; vnꝰ angelus non ſemper alterū cōſiderat. ergo nō eſt ibi locutio. ¶ Pre. a loquente recipitur aliquid in audiente. ſed ſuperiores ab inferioribꝰ nihil recipiunt. ergo videtur ꝙ adinuicē inferiores ſuperioribꝰ loqui nō poſſunt. ¶ Sed contra eſt qd̄ dicit̄ p̄me corinth. xiii. Si linguis hominū loquar ⁊ angelorum. ſed locutio eſt actus lingue. ergo angeli loquuntur. ¶ Pre. angelus eſt maioris virtutis naturalr̄ ꝙ̄ homo. ſed homo poteſt alteri loquendo ſuam cogitationem exprimere. ergo multo fortiꝰ angelus. ¶ Reſpōdeo. dō. ꝙ in angelis eſt quedā locutio que tamē ab illuminatione differt in duobꝰ, Primo quantū ad ea de quibus ſunt: quia illuminatio ꝓprie eſt de his que ſuperior angelus in lumine diuine eſſentie comprehēdit: q̄ inferior ibi non videt. vñ idiget vt in lūine ſuperioris angeli magis determinato ⁊ ꝯtracto ꝙ̄ ſit lumen diuinum illa cognoſcat. ſed locutio ē de motibꝰ liberi ar. quos in vno aliꝰ nō videt. his enī duobꝰ modis aliquid poteſt eſſe notum vni angelo ⁊ ignotum alteri. Secundo quantum ad modū quo vtrunq; ꝑficit̄ differentem ſecundum duo que ad viſionem intellectualem requiruntur ad ſimilitudinem viſionis corporalis. ſ. ipſa res que intellectui proponitur. ⁊ lumē ſub quo videtur. illuminatio enim fit per hoc ꝙ lumē intellectus vnius angeli ꝑ perfectius lumen ſuperioris confortatur ad aliquorum cognitionem. ſed locutio per hoc ꝙ aliqua prius occulta proponuntur: vt cognoſcenda ſine hoc ꝙ virtus cognoſcentis fortificetur. vt patet in recitationibus hiſtoriarum in quibus aliquis cognoſcit quod prius neſciebat ſine hoc ꝙ ſuus intellectus clarificetur, Qualiter autem aliquid poſſit proponi angelo vt cognoſcendum ab ipſo patet ex ſimili noſtre locutionis. Eſt enim aliquid in homine quod alius homo de ipſo naturaliter percipere poteſt: vt ea que exterioribus ſenſibus ſubiacēt aliquid vero quod videri non poteſt ſicut interiores conceptus mentis, Species ergo concepte interius ſm ꝙ manent in ſimplici conceptione intellectus in-

telligibilis tū̄ ſm aūt ꝙ ordinant̄ ab intelligente: vt manifeſtande alteri habet rōnē verbi: qd̄ dicit verbū cordis: ſm aūt ꝙ aptant̄ ⁊ quodāmodo ordinantur ſignis exteri⁹ apparentib⁹. ſi quidē ſunt ſigna ad viſū dicūtur nutus: ſi vero ad auditū dicitur ꝓprie locutio vocalis: hi em̄ duo ſenſus diſciplinabiles ſūt. Similiter in angelis interior cōcept⁹ mentis libe. arbitrio ſubiacens ab alio videri nō poteſt. quādo ergo ſpē̄m cōceptā ordinat vt manifeſtandā alteri: dicit̄ verbū cordis. quādo vero coordinat eā alicui eoꝝ que vn⁹ angelus in alio naturalr̄ videre pōt: illō naturaliter cognoſcibile fit ſignū expreſſiuū interioris cōcept⁹. ⁊ talis expreſſio vocatur locutio: nō quidē vocalis: ſed intellectualib⁹ ſignis expreſſa: ⁊ virt⁹ exprimendi dicit̄ lingua eoꝝ. ℂ Ad primū ergo dōm ꝙ Baſili⁹ intendit ab anima ſeparata excludere idigētiā vocalis locutōis: nō aūt ſpūalis: qualis dicta eſt in angelis eſſe. ⁊ ſic etiā exponēde ſūt multe auctoritates ſīles: que ad hoc induci poſſunt. ℂ Ad ſecundū dōm ꝙ illud naturalr̄ notū in vno angelo ab alio eſt quaſi ſignū latentis interi⁹ cognitōis: nō ſenſibile ſed itellectuale. ℂ Ad tertiū dōm ꝙ angeli nō debēt cogitari vt diſtātes ſm ſitū: ſicut dicim⁹ duo corpora vel duo puncta: q: qd̄ facit in corporalib⁹ ſit⁹: hoc facit in ſpūalibus ordo: vt dicit Aug. Unde nō exigit̄ aliqd̄ mediū ꝑ qd̄ deferat̄ locutio vni⁹ ad alterū. ſꝫ ſufficit ad hoc ſolus ordo intētionis vni⁹ ad manifeſtandū alteri. ℂ Uel dōꝫ: ꝙ oēs cōtinuant̄ in radiatiōe diuini lūinis vel naturalis: vl̄ ſuperadditi vt ſupra dictū eſt: qd̄ nō fit vnū nūero in oībus. ſed ab vno principio ⁊ in vnū finē: ⁊ ordinate in diuerſis acceptū. vn̄ ꝑ illō lumē vn⁹ alteri⁹ locutionē cognoſcit ſicut ⁊ cētralia. ℂ Ad quartū dōꝫ: ꝙ angelus ꝑcipue beatus ſꝑ eſt i actuali ꝯſideratiōe ſuiipſi⁹: ⁊ per ꝯñs eoꝝ q̄ ad ipꝫ pertinēt quoꝝ oīuꝫ ipſe eſt ratio cognoſcēdi. nihil eni ꝓhibet plura itelligi ſimul q̄ vna rōne cognoſcuntur ꝙꝫ ci̇̄ o aūt vnus angelus ordinat locutionē ſuam ad alterū efficit̄ locutio ei⁹ de ꝑtinētibus ad illū. ⁊ ita ab eo cognoſcitur. ⁊ inde pꝫ: quo mō vn⁹ angelus plures ſibi loquētes audire pōt: ⁊ vn⁹ ſanct⁹ plures euꝫ inuocātes. ℂ Ad qntū dōꝫ: ꝙ iferior angelus pōt loqui ſuperiori. ſed nō illuminare eū. q: loqnēs nō influit aliqd in audientem: ſed ſolummodo proponit ſibi vt cognoſcibile.

Ad quartū ſic ꝓceditur. videt̄ ꝙ angeli ꝑ homines myſteriū incarnatōis didicerīt. Primo
a
per hoc qd̄ habet̄ ephe. iii. vt inoteſcat principibus ⁊ poteſtatib⁹ in celeſtib⁹ ⁊c. ℂ Preterea. ſuperior eſt illūinare ⁊ inſtruere inferiores. ſed quidā hoīes quibuſdā angelis ſuperiores ſūt: qd̄ ꝓbat̄ ex h̄ quod dicit̄. ii. corinth. v. Nōne angelos iudicabim⁹ cōparatione melioris facti ſm glo. ergo angeli ꝑ homines illuminari poſſunt ⁊ īſtrui. ℂ Preterea. illi q̄ imediate a deo recipiunt cognitiōē ⁊ alios inſtruūt. ſed apoſtoli imediate de myſteriis eccleſie a dei filio īſtructi ſunt. ergo videtur ꝙ de hoc etiā angelos inſtruere poſſint. ℂ Preterea. Paulus dicitur ad tertiū celū rapt⁹. ii. Corinth. xii. ⁊ exponit quedā glo. tertiū celū tertiā angeloꝝ hierarchiā. ſed illi qui ſūt in tertia hierarchia aſcēdendo. i. in ſūma: illumināt inferiores angelos. ergo videt̄ ꝙ paulus inferiores angelos illuminare potuerit. ℂ Preterea angeli cognitionē aliquorū accipiunt ⁊ per illumiationē ⁊ per locutionē. ſed loqui etiā poſſūt iferiores ſuperiorib⁹. ergo videt̄ ꝙ angeli ab hominib⁹ ⁊ ſi ſint inferiores: cognitionē accipere poſſint. ℂ Sed contra eſt quod Dionyſius dicit in q̄rto capſo ce. hierarchie ꝙ angeli de natiuitate chriſti ꝑmo edocti ſunt: ⁊ per eos ad homines deuenit. ergo ipi ab hominib⁹ n̄ didicerūt. Preterea. myſteriū incarnationis a prophetis eſt pronunciatū. ſed reuelatōes facte patrib⁹ ⁊ prophetis mediantib⁹ angelis a deo proceſſerunt: vt ſancti cōiter dicūt. ergo videt̄ ꝙ ipi precognouerunt myſteriū incarnationis: ⁊ nō ab hominibus didicerunt.

Reſpōdeo dicendo ꝙ in hoc videt̄ eſſe quedam cōtrouerſia inter Hiero. ⁊ Aug. ⁊ Dioniſiū. Hiero. enim ponit duo. ſ. angelos an̄ incarnationē myſteriū humanitatis chriſti neſciuiſſe. ⁊ quantū ad hoc videtur Auguſtinus ſibi obuiare dicens eos a ſeculis. i. ꝑncipio mūdi cognouiſſe. Secundo ponit Hiero. ꝙ hoc per hoīes didicerunt. ⁊ q̄tum ad hoc videt̄ ſibi obuiare Dioniſi⁹: ponens homines de hoc ab angelis edoctos eſſe ſm ordinē diuine legis inuiolabiliter cōſtitutū. Ut autē ſciat̄ qualiter vnūqd̄qꝫ veritatem habere poſſit: diſtinguendū eſt quantū ad ꝑmū. ꝙ myſteriū icarnationis dupliciter pōt ꝯſiderari. vl̄ quantum ad ſubſtantiā facti. ⁊ ſic omnes a principio cognouerunt. ſ. incarnationē: paſſionē ⁊ huiuſmodi: vel quantū ad cōditiones circūſtantes factū. ſ. ꝙ ſub tali preſide vl̄ tali hora ⁊ huiuſmodi: ⁊ hoc a principio non cognouerāt. his etiā modis differenter ennarant ꝓpheta ⁊ euangeliſta: quia propheta annunciauit ſubſtantiam facti. ſed euāgeliſta recitat expletionis modum. Quantū etiā ad ſecundū diſtinguendū eſt: ꝙ angeli dupliciter accipiunt cognitionē aliquarum rerum: aut per illuminationē. ⁊ ſic angeli per homines nihil recipiunt: ſed inferiores a ſuperioribus illuminantur: ⁊ ſuperiores immediate a deo per quem modum multas rationes myſteriorum eccleſie edocentur: aut per modum expletionis ſcdi. ⁊ ſic futura cōtingentia cognoſcunt quando actu complentur. per hoc ꝙ eorum cauſe ad effectus determinantur: vt in eis cognoſci poſſint. ⁊ ita quedā que circa incarnationis myſteriū neſciebant quādo explebantur predicantibus apoſtolis cognouerunt: non tamen ab apoſtolis edocti. ℂ Ad primum ergo dicendum: ꝙ augu. vult vt dicitur in gloſa ſuper eundem locum: ꝙ hec determinatio: per eccleſiā: non determinet hoc verbum innoteſcat. ſed precedens. ſ. illuminare omnes: vt ſit ſenſus: ꝙ apoſtolo erat data gratia illuminandi omnes per eccleſiam. i. omnes d̄ eccleſia. Hieronimus tamen vult ꝙ determinet hoc verbum innoteſcat. ⁊ tunc intelligendum eſt modo ꝑ̄dicto. vel poteſt intelligi de eccleſia angelorum: vbi prima fuit eccleſia: ⁊ ibi vltimo noſtra eccleſia cōgreganda eſt: vt ſit ſenſus: incarnationis myſteriū fuit abſconditum in deo: ita tamen ꝙ a ſeculis inotuit ꝑ̄ncipibus per eccleſiam: id eſt in eccleſia celeſti. ⁊ hāc expoſitionem ponit Auguſtinus ſuper geneſiꝫ q̄nto. ℂ Ad ſecundum dicendum ꝙ ſm conditionem ſtatus quibus angelus quolibet homine ſimpliciter viatore maior eſt. vnde dicitur matthei vndecimo. ꝙ qui minor eſt in regno celorum maior eſt illo. ſ. Joanne baptiſta: quo tamen nullus maior inter natos mulieru ſurrexit. ſed quantū ad cauſā poteſt dici ſecūdū quid aliquis homo aliquo angelo maior: inquantū per gratiā quā habet meretur gradum quibuſdā angelis altiorem. ℂ Ad tertiū dicendū ꝙ apoſtoli immediate inſtruebantur a verbo incarnato nō ꝙ eſſentiā verbi imediate viderent quā īferiores

angeli videbãt. ⁊ ideo multo plura a verbo diſcebãt ꝙ̃ etiam ipſi apoſtoli. ℭ Ad quartum dicendum: ꝙ Paulus in illo raptu lʒ quid participauit ſtatuʒ cõprehenſoꝝ: non tamen tanta gloria perfectus fuit: vt lumen in angelos transfundere poſſet: quia vt dicitur: factus eſt illiꝰ glorie particeps miraculoſe quãtum ad actum ⁊ non quantum ad habitum: quod eſt lumen glorie. ℭ Ad quintuʒ dicendũ ꝙ angelus ab homine per locutioneʒ quorundaʒ cognitioneʒ accipere poteſt: eorum ſcilicet que ſubduntur libero arbitrio hominis. ſed talia non ſunt myſteria incarnationis.

a D quintum ſic proceditur. videtur ꝙ inter angelos pugna eſſe nõ poſſit. Omnis diſcordia ⁊ pugna repugnat vnitati charitatis. ſed angeli ſunt perfecti in charitate. ergo inter eos pugna eſſe nõ poteſt. ℭ Preterea. cum ꝙ proceſſu preſtant contrariis cauſis ita ſe habent ꝙ alter eorum iniuſtã cauſam defendit: ſed hoc ſanctis angelis conuenire non poteſt: quorum rectitudo confirmata iniuſtitiam non patitur. ergo videtur ꝙ non poſſint dici contrariis cauſis patrocinãdo pugnare. ℭ Preterea. vbicunqʒ eſt ordinata prelatio non poteſt eſſe pugna vl̓ contrarietas. quia hoc eſt contra rationem prelationis vt inferior ſuperiori reſiſtat. ſed angeli ordinantur omnes ſecundum ſuperius ⁊ inferius: vt prius dictum eſt: ergo videtur ꝙ vnus alteri nõ repugnat. ℭ Preterea. cum nullus angelus nitatur niſi ad lʒ quod rectum ſibi videtur: oportet ꝙ ſi ad contraria nitantur ꝙ contrarias opiniones habeant. ſed contrariarum opinionuʒ altera eſt falſa. ergo aliquis angelus habebit falſam opinioneʒ. hoc autem eſt falſũ quia falſitas in nobis appropriatur fantaſie ſecundum philoſophum in quarto methaphyſice. qua tamen angeli carent. ergo inter eos non poteſt eſſe pugna. ℭ Sed contra eſt quod habetur Danielis ſeptimo: ꝙ quatuor venti celi pugnabant: per quos ſm̃ glo. intelliguntur quatuor angelice poteſtates regnis principalibus prelate. ergo angeli inuicem pugnãt. ℭ Preterea. hoc expreſſe habetur Danielis decimo: vbi angelus ad eum loquens dixit. Princeps perſarum reſtitit mihi. xxi. diebus. ergo videtur ꝙ ẽt longas concertationes adinuicem habent. ℭ Reſpondeo dicendo: ꝙ iſta verba Danielis vnde tota dubitatio oritur a ſanctis diuerſimode exponuntur Hieronymus enim dicit ꝙ ille princeps perſarum qui reſiſterat liberationi populi: erat malus angelus perſis prelatus. ſicut enĩ vnicuiqʒ homini datur ad exercitium vnus bonꝰ ⁊ alter malus angelus: ita ſingulis gentibus duo ſpiritus preponuntur vnus bonus ⁊ alter malus. Sed in hoc nõ eſt minor dubitatio. conſtat enim ꝙ angelus daniel loquens bonꝰ angelus erat. quomodo autem ſibi efficaciter tot diebꝰ malus angelus reſtitiſſet: niſi iuſtam cauſam haberet non poteſt dici. ꝙ ſi iuſtam habebat: etiam impoſſibile erat illam reſiſtentiam multo magis per bonuʒ angelum fieri. Et ideo dicendum eſt cũ Gregorio: ꝙ vterqʒ bonus angelus fuit: quod etiam magis littere conſonat: que in eadem locutionis ſerie principem perſarum nominat: ⁊ michaelem principem iudeorum quẽ conſtat bonuʒ angeluʒ eſſe. hec autẽ pugna ſic intelligenda eſt ſecundum Gregorium. cum enim iudicia dei ſint abiſſus multa: profunditatẽ iudiciorum eius angeli comprehendere non poſſunt. Et ideo quid vnicuiqʒ genti vl̓ homini debeatur ſecundum diſpoſitionem diuinam non ſemper intelligunt niſi eis reueletur. contingit autem quandoque ꝙ in diuerſis gentibus inueniantur diuerſa merita: ſm̃ quorum diuerſitatem videtur ꝙ vna gens alteri ſubeſſe debeat vel ab eius dominio liberari: ſicut tunc in iudeis erat. quia Danielis oratio quantum in ſe erat liberationem populi merebatur. ſed peccata populi ⁊ etiam vtilitas quam iudei faciebant i regno perſarum: duʒ per eos dei notitia diffundebatur erant in contrarium. ⁊ vnuſquiſqʒ angelus ſecundum officium ſuum ad examen diuine ſcientie referebat merita ſibi ſubditorum. ⁊ ideo relatio contrariorum meritorum ſecundum diuerſos angelos facta diuerſam ſniam diuinaʒ expectantes pugna inter angelos vocatur. ⁊ eorum concordia eſt in diuine illuminationis ꝑceptione per quã de diuina voluntate inſtruuntur hoc enim omnes concorditer volunt quod percipiunt deum velle. vnde dicitur Job. xxv. de deo ꝙ facit concordiam in ſublimibus. ℭ Ad primuʒ ergo dicendum ꝙ ſecundum philoſophum in nono ethicorum: amicicie vel concordie non repugnat diuerſitas opinionum: ſed ſolum diuerſitas voluntatum. vnde talis pugna que eſt ſecundum iudicia ex diuerſis meritis ſumpta: non obſtat vnitati charitatis cuʒ voluntas eoruʒ ſit vna vt diua. ſ. prouidentia expleatur. ℭ Ad ſecundum dicendum ꝙ non eſt inconueniens contrariarum cauſarum vtramqʒ aliquid iuſtitie habere. ⁊ ſecunduʒ hoc vtraqʒ a bono defendi poteſt: ⁊ precipue expectando diuinam ſententiam. ℭ Ad tertium dicendum ꝙ ordo prelationis angelorum perficitur per illuminationes diuinitus receptas. ⁊ ideo ea recepta vnus alteri non obſiſtit. Ad quartum dicendum ꝙ q̃uis in angelis non poſſit eẽ falſa opinio: poteſt tamen in eis eſſe quoddam neſcientia: ex hoc ꝙ intellectus eorum propter poſſibilitatem aduixtam non omnino terminatur ad vnuʒ ⁊ ſecundum ꝙ eorum que neſciunt cognitioneʒ a deo vel ſuperioribus angelis expectant interrogare in ſcriptura dicuntur. quia tamen ei quod neſciunt per iudicium non adherent: ideo falli non poſſunt: ſed ſecundum contrarietatem rex que in iudiciuʒ diuinuʒ veniunt ꝯtrarietates iter eos memorantur.

a D ſextum ſic proceditur. videtur ꝙ ordines poſt diem iudicii non durabunt. Dicitur enĩ p̃me corinth. xv. ꝙ cum chriſtus tradidit regnum deo ⁊ patri: euacuabit omnem principatum et poteſtatem: hoc autem erit in reſurrectione. ergo videtur ꝙ eadem ratione alios ordines euacuabit. ℭ Preterea. quidam ordines actum proprium habent i executione diuinorum miniſteriorum: ſicut ꝑncipes: vt preſint regnis ⁊ prouinciis: ⁊ angeli vt cuſtodiant homines. ſed iſta miniſteria ceſſabũt pꝰ diẽ iudicii. ergo ⁊ ordines. ℭ Preterea. maior perfectõ erit in angelis ꝙ̃ in corporibus inferioribus. ſed in corporibus inferioribus poſt diẽ iudicii nõ erit actio quia ceſſabit motus primi mobilis: ⁊ hoc propter ꝑfectionem vniuerſi. ergo multo minus in angelis. ſʒ hierarchia eſt ſcientia ⁊ actio. ergo nõ erunt hierarchie ⁊ ordines poſt diem iudicii. ℭ Preterea poſt diem iudicii angeli in cognitione non proficient. ſed per purgationeʒ ⁊ illuminationeʒ ſuperiorum inferiores proficiunt in cognitione vt dictum eſt. ergo non erit illuminatio ⁊ purgatio: ⁊ ita nec hierarchiaꝝ ⁊ ordinum diſtinctio. Sed contra. homines aſſumuntur ad ordines angelorum. ſed fruſtra eſſet tam diſti

cta ⁊ ordĩnata aſſumptio: ſi completo numero electorum ordinata diſtinctio eẽ deſineret. ergo videt̃ ꝙ ordines poſt diem iudicii remanebunt. Preterea. ad diſtinctionem ordinum duo concurrunt. ſ. gradꝰ nature: ⁊ diſtantia gratie: ſed vtrunqꝫ remanebit pꝰ diem iudicii. ergo ⁊ ordinum diſtinctio. Reſpondeo dicendo: ꝙ diſtinctio ordinum ⁊ hierarchiarum celeſtiũ poteſt conſiderari vel quantum ad eſſentialia hierarchie ⁊ ordinis. ⁊ ſic ſemper erit: quia ſemper manebunt diſtincti gradus nature in angelis: et diuerſe ſortes glorie: ⁊ etiam actiões hierarchie: qꝛ vnus aliam illuminabit: purgabit ⁊ ꝑficiet: vel q̃tũ ad actum conſequentem ſecundum quod mediantibus ordinibus angelorum homines reducũtur ĩ deum: ⁊ quãtum ad hoc prelatio ordinum ceſſabit ceſſante ſtatu viatorum. ⁊ per hoc patet reſpõſio ad primum: quia ſecundum hoc vltimũ ĩtelligitur auctoritas. Ad ſecundum dicendum: ꝙ actus eſſentialis ordinũ eſt principaliter ĩ receptione diuini luminis: ⁊ conſequenter in tranſfuſione eiuſdem in inferiores. ſed ꝙ hoc ordinetur ad reductionem hominum viatorum accidit ipſis ordinibus. vnde ceſſante ſtatu vie non oportet ꝙ ceſſet diſpoſitio ordinum nihilominus tamen remanebit modus recipiendi diuinũ lumen proportionatum ſtatui viatorum reducendorum ſi eſſent. Ad tertium dicendum ꝙ actio corporum que eſt per motum tolletur: quia motus ceſſabit ⁊ omnis imperfectio euacuabitur. ſed actio que eſt ſine motu manebit. ſemper enim ſol illuminabit inferiorem aerem. ita etiam ⁊ actiones hierarchie que ſine motu ſunt poſt diem iudicii remanebunt. per hoc etiam patet reſponſio ad quartum quia ſi nõ ſit illuminatio ⁊ purgatio ordinata ad quorundam nouorum cognitionem per modum profectꝰ: ⁊ motus cuiuſdaꝫ erunt tamen continuatio illuminationis ſecundũ ꝙ inferiores in lumine ſuperiorum rationes ſecretorũ diuinorum cognoſcent. Dicit enim Yſaias ex perſona angelorum ⁊c. Hanc queſtionem Dioniſius dicit eſſe ſuperiorum angelorum expectantium ab ipſo chriſto illuminari de ſecretis myſteriis ſue incarnationis: non tamen ipſi chriſto queſtionem proponũt. ſed ſibi inuicem ad ſignandum reuerentiam eorum ad chriſtum: ſicut diſcipuli mutuo diſputantes determinationem magiſtri expectant. Quid eſt quod ibi neſciant ⁊c. hoc ſicut dicit magiſter poteſt intelligi de his que ad beatitudinem pertinent. vel etiaꝫ quia nihil eſt ad cuius cognitionem medium illud ñ ſufficit: ſcilicet diuina eſſentia. vnde non eſt ex defectu eius vt aliquid lateat ipſam videnteꝫ. ſed ex defectu videntis qui ipſam perfecte non comprehendit quanto autem intellectus videntis perſpicatior eſt tanto plura in ipſo videt. ad altiorem autem perſpicacitatis gradum non niſi dono ipſius dei aſcendit: quod quidem non communicat neceſſitate ſed volũtate. ⁊ ideo dicitur illud ſpeculum voluntarium eſſe vt in ſe hoc ſolum quod vult oſtendat.

## Diſtinctio decimatertia.

Poſt conſiderationem de angelis habitaꝫ agitur de aliarum rerum creatione: ⁊ precipue de operum ſex dierum diſtinctione.

h ec de angelice nature conditione dicta ſufficiant. Nũc ſupereſt de aliarum quoqꝫ rerum creatione ac precipue d̃ operum ſex dierum diſtinctione nonnulla in medium ꝓferre. Cum deus in ſapientia ſua angelicos condit ſpiritus: alia etiam creauit: ſicut oſtendit ſupra memorata ſcriptura Geneſis que dicit: in principio deum creaſſe celum: id eſt angelos: ⁊ terram ſcilicet materiam quatuor elementorum adhuc confuſam ⁊ informem: que a grecis dicta eſt chaos: et hec fuit ante omnem diem. Deinde elementa diſtinxit: ⁊ proprias atqꝫ diſtinctas ſpecies ſingulis rebus ſecundum genus ſuum dedit: que non ſimul vt quibuſdam ſanctorum patrum placuit. ſed per interuala temporum ad ſex voluminia dierum vt aliis viſum eſt formauit.

Quod ſancti tractatores videntur ſup hoc quaſi aduerſa tradidiſſe: aliis dicentibus omnia ſimul facta in materia ⁊ forma: aliis ꝑ interuala temporum.

q Uidam namque ſanctorum patrum qui verba dei atqꝫ archana excellenter ſcrutati ſunt: ſuper hoc quaſi aduerſa ſcripſiſſe videntur. Alii quidem tradiderunt omnia ſimul ĩ materia ⁊ forma fuiſſe creata: quod Auguſtinus ſenſiſſe videtur. Alii vero hoc magis probauerunt atque aſſeruerunt: vt primum materia rudis atque informis quatuor elementorum commixtionem atque confuſionem tenens: creata ſit. Poſtmoduꝫ vero per interualla ſex dierum ex illa materia rerum corporalium genera ſint formata ſecundum ſpecies proprias. Quaꝫ ſententiaꝫ Grego. Hieronymus: Beda: aliiqꝫ plures commendant ac preferunt. Que quidem etiaꝫ ſcripture geneſeos. vnde prima huius rei cognitio ad nos manauit magis congruere videtur.

Quomodo per interualla temporis res corporales condite ſunt.

ſ Ecundum hanc itaque traditionem ordinem atque modum creationis formationiſqꝫ rerum inſpiciamus ſicut ſupra memoratum eſt: In principio creauit deus celum: id eſt angelicam naturam: ſꝫ adhuc informem vt quibuſdam placet. ⁊ terram. i. illam confuſam materiam quatuor elementorum quã nomine terre: vt ait Auguſt. cõtra manicheos: ideo appellauit Moyſes. qꝛ terra inter omnia elementa minus eſt ſpe-

cioſa. Et illa manis erat ⁊ incompoſita pro/pter omnium elementorum cōmixtionē. Eandem etiam vocat abiſſum dicens. Et tene/bre erant ſuper faciē abiſſi: quia confuſa erat ⁊ cōmixta: ſpecie diſtincta carens. Eadē etiā materia informis dicta eſt aqua ſuper quā ferebatur ſpūs domini: ſicut ſuperfertē fabricā/dis rebus voluntas artificis: quia ſubiacebat bone voluntati creatoris: quod formandum pficiendumqꝫ inchoauerat: qui ſicut domin⁹ ⁊ conditor ꝑerat fluitanti ⁊ confuſe materie: vt diſtingueret per ſpecies varias quādo vel/let ⁊ ſicut vellet. Hec ideo dicta ē aqua: quia omnia que in terra naſcuntur ſiue animalia ſiue arbores vel herbe ⁊ ſimilia: ab humore i/cipiunt formari atqꝫ nutriri. His omnibus vocabulis vocata eſt illa informis materia: vt res ignota notis vocabulis inſinuaretur im/peritioribus ⁊ non vno tantū. Nam ſi vno tm̄ ſignificaretur vocabulo: hoc eē putauerūt quod conſueuerant homines in illo vocabu/lo intelligere. Sub his ergo nominib⁹ ſigni/ficata eſt materia illa inuiſa ⁊ informis: que nulla ſpecie cerni aut tractari poterat. i. nomi/nibus viſibilium rerum que inde future erāt propter infirmitatē paruulorum: qui minus idonei ſunt inuiſibilia comprehēdere. Et tūc erant tenebre. i. lucis abſentia. Non enim te/nebre aliquid ſunt: ſed ipſa lucis abſentia. Sicut ſilentium nō aliqua res eſt. Sꝫ vbi ſo/nus non eſt: ſilentiū dicitur. Et nuditas nō aliqua res eſt. ſed in corpore vbi tegumētum non eſt nuditas dicitur. ſicut ⁊ inanitas nō ē aliqd. ſꝫ ianis dicitur eſſe locus vbi non eſt corpus. ⁊ inanitas abſentia corporis.

Quo ſenſu tenebre dicant̄ nō eſſe aliqd: ⁊ quo dicantur eſſe aliquid.

a Ttende q̄ hic Auguſtinus tenebras dicit non eſſe aliquid: cum alibi tene/bre inter creaturas ponantur que be/nedicunt dominum. vnde dicit̄. Benedici/te lux ⁊ tenebre domino. Ideoqꝫ ſciendum ē tenebras diuerſis modis accipi. ſ. vel pro lu/cis abſentia qualiter ſupra accepit Auguſti/nus: iuxta quam acceptionem non ſunt ali/quid: vel pro aere obſcurato ſiue aeris obſcu/ra qualitate. ⁊ ſecundum hoc aliqua res crea/ta ſunt. Ideo ergo dicit tenebras tunc fuiſſe ſuper faciem abiſſi. quia nondum erat lux. Que ſi eſſet ſupereſſet ⁊ ſuperfunderetur. Sꝫ nondum lucis gratia opus ſuū deus venuſta/uerat: que poſtea primo die facta eſt.

Duo hic conſideranda ſunt quare illa ma/teria confuſa ſit dicta informis. ⁊ vbi adeſſe prodiit quātumqꝫ in altitudinē aſcēderit.

d E qua primſqꝫ tractem⁹ duo nobis diſcucienda occurrunt. Primum quare illa materia confuſa informis dicatur. an quia omni forma caruerit. an pro/pter aliud. Secundo vbi ad eē prodierit: ⁊ q̄/rum in altum aſcenderit. Ad illud vero quod primo poſitū eſt breuiter reſpondentes: dici/mus illam primam materiā non ideo dictam fore informem: q̄ nullam formā omnino ha/buit. q̄ non aliquid corporeum tale exiſtere poteſt: q̄ nullam habeat formā. ſed iō nō ab/ſurde informē appellari poſſe dicim⁹: q̄ in cōfuſione ⁊ pmixtione q̄dam ſubſiſtens: nō/dum pulcram aptamqꝫ ⁊ diſtinctā receperat formam: qualē modo cernimus. facta ē ergo illa materia in forma cōfuſionis ante formā diſpoſitionis. In forma cōfuſionis pri⁹ om/nia corporalia materialiter ſimul ⁊ ſemel ſunt creata. poſtmodū vero in forma diſpōnis ſex dieb⁹ ſunt ordinata. Ecce abſolutū eſt quod primo in diſcuſſione propoſitum fuit. ſ. q̄re illa materia dicatur informis.

Hic ad id qd̄ ſcdo q̄rebat̄ reſpondet.

n Unc ſupereſt qd̄ ſecūdo proponeba/tur explicare. vbi. ſ. illa materia ſubſti/terit: ⁊ quantū in altitudine porrige/bat̄. Ad quod nil temere aſſerentes dicim⁹: q̄ illa prima rerum omniū moles quādo cre/ata ē: ibidē adeſſe videtur pdiiſſe vbi nūc for/mata ſubſiſtit. Eratqꝫ terrenū hoc elementū in vno loco eodēqꝫ medio ſubſidens: ceteris in vna confuſione permixtis: eiſdēqꝫ circūqua/qꝫ i modū cuiuſdā nebule oppanſis: ita obno/lutū erat: vt apparere nō poſſit quod fuit. Il/la vero tria i vna permixtione cōfuſa circum/quaqꝫ ſuſpenſa: eouſqꝫ in altū porrigebātur quouſqꝫ nūc ſummitas corporee nature pertin/git. ⁊ ſicut quibuſdā videt̄ vltra locū firmamē/ti extendebat̄ illa moles que in inferiori par/te ſpiſſior atqꝫ groſſior erat. In ſuperiori ve/ro rarior ⁊ leuior atqꝫ ſubtilior exiſtebat. De qua rariori ſubſtantia putant quidam fuiſſe aquas que ſuper firmamentū eſſe dicuntur. Talis fuit mūdi facies in pricipio priuſq̄ re/ciperet formam vel diſpōnem.

Oſtenſo qualis fuit mundi facies in ipſo primordio: incipit proſequi operum ſex die/rum diſtinctionem.

n Unc ſupereſt vt diſpōnem illam qua/liter profecta ſit ordīe proſequamur Sex diebus ſicut docet ſcriptura ge/neſis: diſtinxit de⁹ ⁊ in formas redegit ppri/as cūcta q̄ ſimul materialiter fecerat: pfecitqꝫ

opus ſuum die ſexto. ⁊ ſic deinde die ſepti-mo requieuit ab omni opere: ideſt ceſſauit nouam creaturã facere. Sed .ii. dieb⁹ ſex re-rum genera diſtinxit: nihilq; poſtea fecit qḋ i aliquo illoꝝ nõ cõtineatur. Opatus eſt tñ poſtea ſicut veritas in euangelio ait. Pater meus opat᷑ vſq; nũc: ⁊ ego operor illud.

De quatuor modis diuine operationis.

q Quatuor enim modis vt ait Alcuin⁹ ſuper geneſim operatur de⁹. primo in verbo oia diſponendo. ſecũdo in materia informi quatuor elementoꝝ de nihilo eam creando. Unde qui viuit i eternum creauit oia ſimul. oia. ſ. elemẽta. vel oia corpora materialiter ſimul creauit. Tertio per opera ſex dierũ varias diſtixit creaturas. Quarto ex primordialib⁹ ſeminib⁹ nõ incognite oriũt᷑ nature. ſ; note ſepi⁹ reformãt᷑ ne peãt.

Ec de nature conditione angelice ⁊c.

b In parte precedenti determinauit magiſter de natura pure ſpirituali: in parte iſta determinat de natura pure corporali quantum pertinet ad theologi conſiderationem. ſ. ſecundum ꝙ a deo in operibus. vi. dierum primitus inſtituta eſt. diuiditur autem i partes tres. In prima determinat inſtitutionem corporalis nature quantum ad opus creationis. In ſecũda quãtum ad opus diſtinctionis decimetertie. ibi. Herarchiarũ diſtinctionis operatio ⁊c. In tertia q̃tum ad opus ornatꝰ .xv. diſtin. ibi. Sequitur: Dixit dominus fiant luminaria. Prima in duas. In pͣma determinat de opere creationis ſcḋm ſe. in ſecũda per comperationem ad alia opera. ibi. Hũc ſupereſt vt diſpoſitionem illam ⁊c. Prima in duas. In pͣa ponit diuerſas opiniones de opere creatiõis. In tertia ſequitur propoſitum ſecundum alteram illarum ibi. Secundum hanc itaq; traditionem ⁊c. ¶ Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio: ⁊ tangit opinionum diuerſitatem. Secũdo explicat eas. ibi. Quidam namq; ſanctorum ⁊c. Secundum hãc vtiq; ⁊c. Hic proſequitur opus creationis ſecũdum alteram dictarum opinionum. Et circa h̃ duo facit. Primo manifeſtat creationem materie primo create quantum ad nomen quod in ſcripturis nominatur. Secundo quantum ad ipſius cõditionez ibi. De qua priuſq̃ tractem⁹ ⁊c. ¶ Circa primũ duo facit. Primo manifeſtat propoſitum. Secundo dubitationem excludit ibi. Attende quia hoc dicit Auguſtinus ⁊c. De qua prius q̃ tractemus ⁊c. Hic oſtendit materie primo create conditionem: ⁊ primo quãtum ad formam. ſecundo quantum ad locum. ibi. Qꝛ ſecundo ꝓponebatur ⁊c. Sicut ſupereſt vt diſpoſitionem ⁊c. Hic determinat de opere creationis per comparationem ad alia opera: ⁊ circa hoc duo facit. Primo ponit operis vlitatẽ. Secundo ponit diuoꝝ operum diſtinctionez, ibi. Quatuor enim modis ⁊c.

Circa partem iſtam quinq; queruntur. Prio vtꝝ omnium corporalium ſit vna materia. Secũdo vtꝝ omnia corpora ſint ſimul creata in ſpeciebus ſuis diſtincta. Tertio ſi ſimul diſtinctionem receperunt quo modo accipiendi ſunt dies qui in principio geneſis numerantur. Quarto ſi non ſimul diſtincta ſunt qualis fuit illa informis materia. Quinto ḋ numero quatuor coeuoꝝ.

a Ad primum ſic ꝓceditur. videtur ꝙ oium corporaliũ ſit materia vna. quorũcũq; eni ẽ forma vni⁹ rationis eoꝝ eſt vna materia communis. eo ꝙ ꝓprius act⁹ ẽ i ꝓpria potẽtia ſit. vt dicit pbs. ſed forma corporeitatis ẽ vni⁹ rõnis in omnibus corporibus. ergo videtur ꝙ vna materia ſit ſuperiorũ ⁊ inferiorũ corporuz. ¶ Preterea. in lr̃a dicitur: ꝙ ex materia informi primo creata omnia corpora in formas diſtinctas formata ſũt per opus diſtinctionis ⁊ ornatus. ergo oium corporuz eſt vna materia. ¶ Preterea. quorumcũq; eſt reſolutio actu vl' itellectu in vnuz ⁊ idẽ: ſicut in ſubiectũ primũ: eoꝝ eſt materia vna. ſed omnia corpora ſunt hmõi. ergo ⁊c. ꝓbatio me⁹. illud in quo ſtat vltima reſolutio oiuz ẽ ſimplex materia ſine aliqua forma: qꝛ q̃diu inuenit᷑ aliqua forma in materia contigit vlterius reſoluere. ſed in materia que eſt ſine omni forma non eſt aliqua diuerſitas. qꝛ principiũ diſtinctiõis materie eſt ex parte forme. ergo oium corporum reſolutio ſtat i vno vltimo. ¶ Preterea. philoſophus in pͥmo phyſicoꝝ vnã tantũ materiã primam ponit. cũ ergo in illo li. de mobili in cõmuni determinetur: videtur ꝙ oium corporũ mobiliũ ſit vna materia. ¶ Pre. ſ; phm in ſecũdo methaphy. neceſſe ẽ imaginari materiaz i re mota. q̃ queccũq; ꝯueniũt i aliquo motu: videt᷑ i materia ꝯuenire. ſed loci mutatio coīs ẽ ſupiorib⁹ ⁊ inferioribus corporib⁹. ergo ⁊ materia. ¶ Sꝫ ꝯtra. quorumcũq; nõ eſt vna potẽtia nec vna materia. qꝛ ſicut forma eſt act⁹: ita materia eſt potẽtia. ſed corporũ inferioꝝ ⁊ ſuperioꝝ nõ eſt potẽtia eadẽ. qꝛ ſcḋm phm in .xi. methaphy. ⁊ in .viii. in inferiorib⁹ eſt potẽtia ad eſſe: ſed i ſuperiorib⁹ tñ ad vbi. ergo videt᷑ ꝙ nõ eoruz vnũ ſit vna materia. ¶ Preterea. in quocũq; inuenit᷑ aliqḋ oportet inuenire illud a quo nunq̃ ſeparatur. ſed materia prima que ẽ in iſeriorib⁹ nũq̃ ſeparatur a ꝓuatiõe forme. qꝛ quãdocũq; eſt ſub forma vna adiungit᷑ ſibi ꝓuatio forme alteri⁹. ꝓuatio aũt adiũcta materie inducit corruptibilitatẽ. ergo videt᷑ ꝙ materia pͥma iſerioꝝ corpoꝝ nõ inueniat᷑ in corporib⁹ celeſtibus per ſuã naturã icorruptibilibus. ¶ Re. dḋ. ꝙ ſup hoc inuenit᷑ duplex phoꝝ opinio: quaꝝ vtraq; ſectatores hꝫ. Auicẽ.n. videt᷑ ponere vnã materiaz eẽ oiuz corpoꝝ argumẽtũ ex rõne corporeitatis aſſumens. q̃ cũ ſit vni⁹ rõnis vna ſibi materia debetur. hanc aũt põnem ꝯmen. iprobare intendit in pͥcipio ce. ⁊ mun. ⁊ in plib⁹ aliis locis: ex eo ꝙ cũ materia q̃tuꝫ in ſe eſt ſit i potẽtia ad oẽs formas: nec poſſit eſſe ſub plurib⁹ ſil'. oꝫ ꝙ ſcḋm ꝙ eſt ſub vna inuenit᷑ in potẽtia ad alias. nulla aũt potẽtia paſſiua inuenit᷑ in natura cui non reſpõdeat aliq̃ potẽtia actiua: potẽs eaz in actu reducere: al's talis potẽtia fruſtra eẽt. vñ cuz nõ inueniat᷑ aliqua potẽtia naturalis actiua que ſubſtantiã celi i actũ alterius forme reducat: quia nõ habet cõtrariuz ſicut motus oſtendit: qꝛ motui naturali eius. ſ. circulari non eſt aliquid cõtrariũ: vt dicit᷑ in pͥmo celi ⁊ mundi. oportet ꝙ in ipſo nihil inueniatur de materia prima inferioꝝ corpoꝝ. nec poteſt dici ꝙ materie ꝓut eſt ſub forma celi tota potentia terminetur: ita ꝙ nihil remaneat in eadez potẽtia ad aliaz

foꝛmaꝫ. non enim terminatꝰ potētia niſi per adeptionē forme ad quam erat in potentia. vnde cū materia prima ſm ſe conſiderata ſit in potentia ad omnes formas naturales non poterit tota eius potentia terminari niſi per adeptionem omnium formarum. Nō .n. vna forma recepta in materia ēt ſi ſit nobilioꝛ ⁊ magis perfecta tollit potētiam ad formaꝫ aliaꝫ minꝰ nobilem. materia eniꝫ ſub forma ignis exiſtens adhuc remanet in potentia ad formaꝫ terre. vnde ⁊ ſi forma celi ſit nobiliſſima: nihilominꝰ tamē recepta i materia prima nō terminabit totaꝫ potentiaꝫ eiꝰ niſi ſimul cū ipſa recipiantur omnes alie forme: quod eſt impoſſibile. Et preterea ſi poneretur ꝙ forma celi ꝑ ſuaꝫ perfectioneꝫ totaꝫ materie potentiaꝫ terminaret: ad huc oporteret ꝙ materia ſtans ſub forma elementari eēt in potentia ad formā celi: ⁊ reduceretꝰ in actū per actioneꝫ virtutis celeſtis. ⁊ ita celū eēt generabile ⁊ corruptibile. ⁊ ideo ipſe vult ꝙ nullo mō i materia ꝯueniāt ſupioꝛa ⁊ inferioꝛa coꝛpoꝛa. ⁊ hoc vr̄ ꝓbabiliꝰ ⁊ magis cōformꝫ dictis ph̄i. Nec dico ſicut quidaꝫ dicūt ꝙ conueniunt i materia ſi ſumatur ꝓ fūdamēto. Primo ꝙ nec eſt albū nec ē nigruꝫ: vt dr̄ i p̄o methaphy. ſed differūt in materia ſm ꝙ materia determinatur ꝑ motū. diuerſitas eni motꝰ ē ſignum diuerſitatis materie ⁊ non cauſa. ſed ecōuerſo: q: motꝰ ē actꝰ exiſtis in potētia. vñ oꝫ ꝙ vbi inuenitꝰ vna materia per eēntiā inueniatꝰ potētia reſpectu eiuſdē motus ſꝫ ꝙ materia ē i potētia ad plura. ¶ Ad primuꝫ ergo dōm ꝙ coꝛporeitas ſꝫ intentionē logicā vniuoce in omnibꝰ corporibus inuenitur: ſed ſꝫ eſſe ꝯſiderata nō pōt eē vniꝰ rōnis in re coꝛruptibili ⁊ incoꝛruptibili. q: nō ſimiliter ſe habent i potētia eſſendi cū vnū ſit poſſe ad eē ⁊ ad nō eē: ⁊ alterū nō. ⁊ ꝑ modū iſtū dicit ph̄s in .10. metha. ꝙ de coꝛruptibili ⁊ icorruptibili nihil cōe dr̄: niſi cōitate noīs. ⁊ ꝑ hoc cōmen. ibideꝫ hāc rōneꝫ ſoluit. ¶ Ad ſcd̄ꝫ dōꝫ: ꝙ ſicut oēs res ꝓut mō ſūt i ſuo ꝯplemēto dr̄ vnꝰ mūdus vel vnuꝫ vniuerſū. ita etiā ꝓut erāt infoꝛmes ex defectu vltimi cōplemēti dicebātꝰ vna materia iformis: nō qdē ꝑ ꝯtinuitatē tā̄ꝫ oīa ex vna materia nūero facta ſint. ¶ Ad tertiū dōꝫ. ꝙ ſꝫ auicē. nō ē querēda dr̄a per aliquos actꝰ: niſi in illis q̄ i vna potentia conueniunt. ſpecies eni que cōueniūt i vna potētia generis diſtinguuntꝰ ſpecificis differētiis. ſed ipe differentētie q̄ nō cōueniūt in gñe: nec genꝰ eſt ꝑs eēntie earū ſeipſis diſtinguuntꝰ. ſimiliter etiā genera generaliſſima nō diuidūtur aliqbꝰ differētijs: ſed ſeipſis. Silr̄ etiā compoſita q̄ ꝯueniūt i materia diſtinguūtur ſꝫ analogiaꝫ ad diuerſos actꝰ: ꝓut i eis ñiuerſa ratio poſſitatis inuenitꝰ. ¶ Ad quartū dōꝫ: ꝙ ph̄s in lib. phy. nōdū ꝓbauerat eſſe q̄ntā eēntiā: qđ i ꝑncipio ce. ⁊ mūdi demonſtrat. ⁊ iō in lib. phy. nihil determinat de his q̄ ſūt ꝓp̄a illi eēntie: ꝓpter qđ etiā tractatū de infinito replicat: vt cōmen. in p̄mo ce. ⁊ mun. recitat. ¶ Ad q̄ntū dōꝫ: ꝙ ſicut i p̄mo de gene. dr̄. materia ē imediate ſubiectuꝫ generatōis ⁊ coꝛruptiōis. alioꝝ aūt motuū ꝑ prius ⁊ poſteriꝰ: tanto plus quāto illud qđ eſt in materia maioꝛeꝫ ꝑfectionē motꝰ preſupponit. ⁊ ideo i illis tm̄ eſt vnitas materie p̄me q̄ in generatione ⁊ coꝛruptione conueniūt. ⁊ per ꝯñs etiā illa q̄ ꝯueniūt tribꝰ motibus .ſ. augmēto ⁊ diminutione ⁊ alteratōe ſꝫ ꝙ augmentū ⁊ diminutio non eſt ſine generatōe ⁊ corruptione: que ēt alteratōis terminꝰ eſt. ſed loci mutatio vt in .viii. phy. ꝓbatꝰ ē maxie perfecta: q: nihil variat ð eo qđ ē intraneū rei. vnde ſubiectuꝫ huiꝰ motꝰ ē ens cōpletū in eſſe p̄mo ⁊ in oībus ꝓprietatibus intrāceis rei. ⁊ talis motꝰ cōuenit coꝛpori celeſti. ⁊ iō materia eiꝰ eſt ſicut ſubꝫ ꝯpletū in iſtis inferioꝛibus: vt dicit cōmen. in lib. de ſubſtātia oꝛbis. vñ tenet coītas materie ſꝫ analogiaꝫ tantum.

D ſecūduꝫ ſic pꝛoceditur. videtur ꝙ omnia
a ſint ſimul creata ⁊ per ſpecies diſtincta. Pri
mo per hoc quod habetꝰ eccleſiaſtici. xviii. qui viuit in eternuꝫ creauit omnia ſimul. ¶ Prete. magis diſtat ſpiritualis ⁊ coꝛpoꝛalis creatura q̄ꝫ due coꝛpoꝛales. ſed ſpiritualis ⁊ coꝛpoꝛalis ſimul facta eē ponuntur. ergo multo foꝛtius omnes corporales. ¶ Preterea. vt dicitur deutrono. xxxii. dei perfecta ſunt opera. nec poteſt eſſe ratio: quare perfectio ad tempus differtur quam creatura per ſe conſequi non poterat: nec ab alio: niſi a deo. cum ergo creature ſecunduꝫ ſuas perfectiones in ſpecies diſtinguantur. videtur ꝙ a principio ſub diſtinctione ſpecieruꝫ creata ſunt omnia. ¶ Preterea. opus creationis diuinam potentiam manifeſtat. ſed potentiaꝫ agentis minus demonſtrat effectus ſucceſſiue complenus q̄ꝫ ſubito in ſua perfectione productus. ergo videtur ꝙ a principio omnia ſimul diſtincta creata ſint. Preterea. conſtat ꝙ deus totū opꝰ vniꝰ diei in vno momēto pꝛoduxit. ergo videtur ridiculum dicere ꝙ in toto die ab operando ceſſauerit vſque ad pꝛincipium alterius diei: quaſi ex opere laſſatus. ergo videtur ꝙ non per ſucceſſiones dierum creature diſtincte ſunt. ſed a principio creationis. ¶ Pꝛeterea. partes vniuerſi dependent adinuicem: ⁊ precipue inferioꝛes a ſuperioribus. ſed eorum que dependent adinuicem vnum non eſt ſine altero. ergo videtur inconueniens ter dicere ꝙ primo fuerit aqua ⁊ terra: ⁊ poſtmodum ſtelle facte ſint. ¶ Sed contra. Auguſtinus dicit ſuper geneſim vndecimo: ꝙ maior eſt huius ſcripture auctoritas que habetur in principio Geneſis q̄ꝫ omnis humani ingenii perſpicacitas. ſed ibi ſcriptum eſt per ſenarium dierum creaturas diſtinctas eſſe. ergo videtur ꝙ ita neceſſarium ſit ponere. ¶ Preterea. natura imitatur operationem creatoꝛis. ſed in operatione naturali eſt proceſſus de imperfecto ad perfectum. ergo videtur quod etiam in operatione creatoris. et ita videtur ꝙ non omnia ſimul diſtincta ſint in ipſo creationis principio. ¶ Reſpōdeo dicendo: ꝙ que ad finem pertinent dupliciter diſtinguuntur. quedam enim ſunt per ſe de ſubſtantia fidei: vt deum eſſe trinum ⁊ vnum: ⁊ huiuſmodi: in quibus nulli licet aliter opinari. Unde apoſtolus ad galathas primo dicit: ꝙ ſi angelus dei aliter euangelizauerit q̄ꝫ ipſe euocuerat anathema ſit. Quedam vero per accidens tantum inquantum ſcilicet in ſcriptura traduntur quam fides ſuppoſuit: ſpiritu ſancto dictante pꝛomulgatam eſſe: que quidem ignorari ſine periculo poſſunt ab his que ſcripturas ſcire non tenentur: ſicut multa hiſtorialia: ⁊ in his etiam ſancti diuerſa ſenſerunt ſcripturam diuinam diuerſimode exponentes. Sic ergo circa mundi principiū aliquid eſt quod ad ſubſtantiā fidei pertinet. ſ. mundum incepiſſe creatuꝫ. ⁊ hoc omnes ſancti communiter dicunt: quo autem modo ⁊ oꝛdine factus ſit nō pertinet ad fidem niſi per accidens: inquantum in ſcriptura traditur: cuius veritatē diuerſa expoſitiōe ſancti ſaluantes diuerſa tradiderunt. Auguſtinus eniꝫ vult in ipſo creationis principio q̄ſdā res ꝑ ſpecies ſuas diſtinctas fuiſſe i natura ꝓp̄a vt elementa

corpora celeſtia. ⁊ ſubſtantias ſpirituales. Alia vero in rationibus ſeminalibus tantum. vt animalia. plantas. ⁊ homines. que omnia poſtmodum in naturis proprijs producta ſunt in illo opere quo poſt ſenarium illorum dierum deus naturam prius conditam adminiſtrat. de quo opere. Jo. quinto dicit͂ pater meus vſq3 modo operatur: ⁊ ego operor nec in diſtinctione rerum attendendum eſſe ordinem temporis: ſed nature ⁊ doctrine. nature ſicut ſonus precedit cantum natura: ſed non tempore. ⁊ ita que naturaliter priora ſunt prius facta memorantur. ſicut terra prius ꝙ3 animalia. ⁊ aqua prius ꝙ3 piſces. ⁊ ſic de alijs. doctrine vero ordine ſicut patet in docentibus geometriam. Quis enim partes figure ſine ordine temporis figuram conſtituant tamen geometria docet conſtitutionem fieri protrahendo lineam poſt lineam. ⁊ hoc ſunt exemplum Platonis vt dicitur in principio celi ⁊ mundi. Ita etiam ⁊ Moyſes rudem populum de creatione mundi inſtruens per partes diuiſit que ſimul facta ſunt. Gregorius vero et alij ſancti ponunt ordinem temporis in diſtinctione rerum ſeruatum. ⁊ hec quidem poſitio eſt communior ⁊ magis conſona verbis litere quantum ad ſuperficiem: ſed prior eſt rationabilior. ⁊ magis ab irriſione infidelium ſacram ſcripturam defendens: quod valde obſeruandum docet Auguſtinus ſuper Geneſi3 libro primo: vt ſic ſcripture exponantur ꝙ ab infidelibus non irrideatur. ⁊ hec opinio plus mihi placet. tamen vtramq3 ſuſtinendo ad omnia argumenta reſpondendum eſt. ¶ Ad primum ergo dicendum eſt ꝙ ſecundum Gregorium dicuntur omnia ſimul creata per ſbãm materie ⁊ non per ſpecie3 forme vel etiam in ſui ſimilitudine. ſicut anima rationalis que angelis ſimilis eſt non ex materia propaganda. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ corporalia omnia communicant in materia ſiue ſit vna ſiue plures ⁊ quia materia non precedit compoſitum ideo vt ordo temporis ordini nature reſponderet: prius facta eſt materia corporalis. ⁊ deinde ꝑ formas diſtincta non autem corporalis natura ex ſpirituali ꝓducitur. vel ſicut ex materia vel ſicut ex efficiente. et ideo non eſt ſimilis ratio. ¶ Ad tertium dicendū ꝙ ſicut creatura ñ h3 eſſe ex ſe ita nec ꝑfectionē. ⁊ iō ad vtrumq3 oſtendendum voluit: vt creatura prius non eſſet ⁊ poſtmodum eſſet. ⁊ ſimiliter prius eēt imperfecta ⁊ poſtmodum perfecta. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ in creatione non tantum debet oſtendi potentie virtus: ſed etiam ſapientie ordo vt que prius natura ſunt prius etiam inſinuantur. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ ad oſtendendum diuerſam diſtinctionum naturam voluit deus vt vnicuiq3 rerum diſtinctioni dies vnus reſponderet: ⁊ nō ex aliqua neceſſitate vel laſſitudine agentis. ¶ Ad ſextum dicendum ꝙ non eſt eadem natura rei iam perfecte ⁊ prout eſt in ſuo fieri. Et ideo ꝙ3uis natura mundi completi hoc exigat vt oēs partes eſſentiales vniuerſi ſint ſimul potuit tamen aliter eſſe ab ipſa mundi factione. ſicut in homine perfecto non poteſt cor eſſe ſine alijs partibus. ⁊ tamen in formatione embrionis cor ante omnia membra generatur. ¶ Ad ſeptimum dicendu3 ꝙ auctoritati ſcripture in nullo derogatur dum diuerſimode exponitur ſalua tamē fide. quia maiori veritate eam ſpiritusſanctus fecūdauit ꝙ3 aliquis homo adinuenire poſſit. ¶ Ad octauum dicendum ꝙ hoc eſt ex imperfectione creature ꝙ ex imperfecto ad perfectionem operando venit. que procul dubio vltimam perfectionem daret quantumcūq3 poſſet. ſeruata tamē operis conditione. ⁊ ideo non oportet ꝙ in hoc diuinu3 opus operationi creature ſit ſimile.

a

Ad tertium ſic proceditur. videtur ꝙ ſecūdum expoſitionem Auguſtini dierum diſtinctio non ſaluetur. Dies enim nominat quoddam tempus: ſed in rerum formatione ſecundum Auguſtinum. non fuit ſucceſſio temporis. ergo nec ſaluata eſt diſtinctio dieru3. ¶ Preterea cum dies ponat illuminationem quandam oportet ꝙ dies intelligatur. vel ſecundum illuminatione3 lucis corporalis vel intellectualis: ſed non ſecūdum lucē corporalem: q2 hoc non facit dies niſi pluribus reuolutionibus que ſucceſſione temporum cōplentur. nec iterum ſm lucem intellectualē: q2 lux intellectualis creata non influit per modum irradiatōis ad creationem rerum: ſed ratio diei requirit irradiationem aliqua3. ergo videtur ꝙ dies illi ñ ꝯuenienter aſſignentur. ¶ Preterea in illuminatione ſpũali non eſt inuenire diuerſas partes: ſed diei aſſignantur diuerſe ꝑtes. ſ. mane ⁊ veſpere. ergo vr̃ ꝙ ñ poſſunt intelligi dies illi ſm illuminationē lucis ſpũalis. Si dicatur ꝙ mane huius diei ē ſm cognitione3 rerum in verbo. veſpere autem ſm cognitionē rerū in propria natura contra. q2. in illo dr̃ res cognoſci a quo ſimilitudo rei accipitur. ſed angeli non habēt rerū cognitionē per ſimilitudines a rebus acceptas ſed ꝑ ſpecies a verbo in eo2 mente3 influxas. ergo tantum in verbo cognoſcunt res creatas: ⁊ non in ꝓpria natura. ⁊ ſic habent tantum mane ⁊ non veſpe. ¶ Preterea vbicūq3 eſt res ibi poteſt cognoſci. ſed res creata h3 triplex eſſe. ſ. in vbo ⁊ i mēte angeli ⁊ i ꝓpria natura. qō ſignificat͂ ſm Augm ſup geneſ. i. ꝑ h: qō dixit fiat. Quantū ad eſſe rei in verbo factū ē. quantum ad eſſe rei in mente angeli fecit. quātū ad eſſe rei in ꝓpria nã. g̃ huius diei debēt tres ꝑtes aſſignari. ¶ Pre. ſicut glibet dies vſitatus h3 veſpere ⁊ mane. ita ⁊ meridiē. g̃ ſicut aſſignat͂ cognitio matutina ⁊ veſpertina; ita ⁊ meridiana. ¶ Preterea oēs dies debent eſſe vniformes. ſed prime diei non aſſignatur mane: q2 mane quod poſt veſpere ponit͂ non poteſt eſſe. mane a qua icipit primus dies ſed in qō terminatur. Septima autem dies ponitur habere mane ad quod terminatur. Sexte dies ⁊ non veſpere. ergo nec alijs diebus mane ſimul ⁊ veſpere aſſignari debent. ¶ Preterea de veſpere in mane non tranſitur niſi per noctem. ſed de nocte nulla fit mentio. ergo inſufficienter traditur dieru3 ordo. ¶ Reſpondeo dō ꝙ ſm Auguſtinū illi ſex dies ſunt vnus dies ſex rerū diſtinctiōibus ſm quas numerat͂ ſimul ꝑputatus. ſicut ēt vnū vbū ē quo oia facta ſūt. ſ. dei filius ꝙ3uis frequēter legat͂. dixit deus. ⁊ ſicut illa opa ſaluāt͂ i oībus ſequētibus q̄ ex eis ꝓpagant͂ opatone nature. ita etiam illis ſex dies manent in ſucceſſiōe tota tēporis. quomō aute3 hoc ſit vidēdū ē. Natura angelica intellectualis eſt: ⁊ lux eſt ⁊ ſi ꝓpe lux eſt o3 ꝙ eius illuſtratio dies dicatur. Angelica aūt nã i pncipio ꝯditionis re2 cognitionem ea2 accepit. et ſic quodammodo lux intellectus eius rebus creatis ꝑſentabatur inquantum cognoſcebantur. vnde ipſa cognitio rerum dies dicitur. et ſecundum diuerſa genera cognitorum: ⁊ ordinem diſtinguuntur: et ordinantur dies: vt in primo die intelligatur

formatio ſpiritualis creature per conuerſionem ad
verbum. In ſcḋo die formatio corporalis creature
quantum ad ſuperiorem partem que firmamentum
dicitur. In tertia quãtuꝫ ad inferiorem parteꝫ.ſ.ter
re aque ⁊ aeris vicini. In quarta ſuperior pars.ſ.
firmamentum ornatuꝫ. In quinta inferior quantum
ad aereꝫ ⁊ aquaꝫ. In ſexta quantuꝫ ad terrã. Cum
auteꝫ deus ſit lux plena: ⁊ tenebre in eo non ſint vl
le.i. Ioh.i. cognitio ipſius dei in ſe eſt plena lux. ſed
quia creatura ex hoc ꝙ ex nihilo eſt: tenebras poſſibi
litatis ⁊ imperfectiõis habet. ideo cognitio qua crea
tura cognoſcitur tenebris admixta eſt. poteſt autem
cognoſci dupliciter. vel in verbo ſm ꝙ exit ab arte
diuina. ⁊ ſic eius cognitio matutina dicitur: quia ſi-
cut mane eſt finis tenebrarum: ⁊ principium lucis.
ita creatura a verbo ẽt principiuꝫ lucis ſumit poſtꝗ̃
prius non fuerat. cognoſcitur etiam prout eſt in natu
ra propria exiſtens: ⁊ talis cognitio dicitur veſper-
tina. propter hoc ꝙ ſicut veſpere eſt terminus lucis
⁊ tendit in noctem. ita ⁊ creatura in ſe ſubſiſtens eſt
terminus operationis vbi.q̃ſi facta per verbuꝫ. et
de ſe in tenebras defectus tendens. niſi verbo por-
taretur. ⁊ ideo hec cognitio dies dicitur: q: ſicut in
comparatione ad cognitionem verbi tenebroſa eſt.
ita eſt lux in comparatione ad ignorantiam. que om
nino tenebra eſt. ſicut vita iuſtorum preſens caligi-
noſa dicitur reſpectu future glorie que tamen lux eſt
in comparatione ad vitam peccatorum: ⁊ ſic atten-
ditur quedam circulatio inter mane ⁊ veſpere ſm
ꝙ angelus ſeipſum cognoſcens in propria natura
hanc cognitionem retulit ad verbum. ſicut ad fineꝫ
in quo ſequentis operis cognitionem ſumpſit. ſicut i
principio. ⁊ ſicut huiuſmodi mane eſt finis diei pre-
cedentis. ⁊ principium ſequentis: ⁊ hec quidem ex
poſitio ſubtilis ⁊ congrua eſt dummodo lux vel dies
proprie in ſpiritualibus dicãt ⁊ ñ methaphorice. vt
¶ Preterea nulla ſubſtantia eſt per ſe ſenſibilis: quia quod quid eſt obiectū intellectus. Unde oportet ꝙ lux que per ſe videtur non ſit forma ſubſtantialis. Et ſi dicatur ꝙ illud quod videtur non eſt lux: ſed fulgor quidam dicendū ꝙ illud quod nos appellamus lucem eſt illud quod per ſe videtur: ⁊ ſi forma ſubſtantialis ſolis dicatur lux non erit niſi equiuoce quia accidens ⁊ ſubſtantia non vniuocantur in aliquo: ⁊ ſic nihil prohibet etiam lapidem vocari lucem aut tenebras: quia etiam ſecundum philoſophum in quarto methaphiſice non eſt inconueniens ꝙ eodem nomine apud nos ſignificetur homo: ⁊ apud alios non homo. Alij dixerunt ꝙ lux nihil addit ſupra colorē ſed ipſa euidentia coloris vocatur lux vel lumen: ⁊ hanc poſitionem Auicen. multipliciter improbat accipiendo omnes modos quibus intelligi poteſt. Senſibiliter tamen apparet eſſe falſum in noctilucis quorum color in nocte occultatur quando lux apparet ⁊ quando color videtur in die lux non ſentitur: ſed verum eſt ꝙ per lucem videtur color: quia facit colorem eſſe viſibilem in actu. ¶ Alij dicunt ꝙ lux nō habet eſſe firmum ⁊ ratum in natura. ſed eſt tantum intentio. ſicut enim dicitur ꝙ ſpecies coloris per aerem ad pupillam delata in aere non habet eſſe naturale ſed ſpirituale. vnde ⁊ per eandem partem aeris ſpecies albedinis ⁊ nigredinis defferuntur. ita etiam intentio corporis lucidi in aere relicta eſt lumē. Et hec opinio valde probabilis eſt. ¶ Primo quia cum lumen det eſſe ſpirituale colori multo fortius videtur ꝙ ipſum ſpirituale eſſe habeat. ¶ Secundo quia nulla qualitas habens eſſe naturale immediate ſuperpoſita organo viſus poteſt videri: lumen autem videtur contingens pupillam. vnde videtur ꝙ eſſe ſpirituale habeat. ſed hoc non videtur vſquequaque verum: quia per illud quod habet eſſe intentionis tantum non ſequitur tranſmutatio niſi ſecundum operationem anime vt in videndo ⁊ audiendo per illuminationem autem videmus ſenſibiliter naturales tranſmutationes fieri per caliditatē ex radijs ſolis conſequentem. vnde non poteſt eſſe ꝙ habeat eſſe intentionis tantum. Et ideo dicunt alij quibus conſentiendum videtur mihi ꝙ lux eſt forma accidentalis habens eſſe ratum ⁊ firmum in natura: ⁊ ꝙ ſicut calor eſt qualitas actiua ignis: ita lux eſt qualitas actiua ipſius ſolis ⁊ in alijs eſt ſecundum ꝙ magis cum ſole communicant qui totius luminis eſt fons. Unde Auicen. dicit ꝙ nulla actio eſt a corporibus ſuperioribus in inferiora niſi mediante calorē. vnde lux ⁊ lumen differunt: ſicut calor in ſubiecto per ſe calido ⁊ in calefacto. Et quia celum eſt primum alterans inde ſequitur ꝙ omnis alteratio que eſt in inferioribus perficiatur: per virtutem luminis ſiue ſit alteratio ſecundum eſſe naturale ſiue ſecundum ſenſum: ⁊ ex hoc habet lux ꝙ omnibus corporibus generationem conferat vt dicit Dyoniſius. ex hoc etiam eſt ꝙ coloribus eſſe ſpirituale cōfert: ſecundum quod eſſe: recipiuntur in medio ⁊ in organo. vnde ⁊ ipſum lumen virtutem ſpiritualē habet. ⁊ inde eſt ꝙ etiam ſecundum Auguſtinum lumen eſt medium in omni ſenſu: ſed in viſu primo et immediate qualitates enim viſibiles ſunt priores ceteris prout ſecundum eſſe formale ſunt inuente i corporibus inferioribus ſecundum ꝙ conueniunt cū corpore celeſti: vt patet in ſecundo de anima ⁊ in ſecundo de generatione: ſed aliorum ſenſuum mediantibus alijs qualitatibus. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ ſicut tenebra ſumitur quandoq; pro aere obſcurato vt ſupra dictum eſt ita etiam lux pro corpore lucido ſumitur: ⁊ ſic poteſt intelligi ꝙ Auguſti. lucem alijs corporibus connumerat per modum loquendi quo etiam commenta. in ſecundo de anima calorem naturalem corpus eſſe probat. nihilominus Auguſtinus non intendit h aſſerere quaſi fidei conueniens: ſed ſicut vtens Pñis que philoſophiam addiſcens audierat. Et ideo ille auctoritates patrum cogunt. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ non intelligitur coniunctio ⁊ ſeparatio luminum niſi ſecundum intenſionem ⁊ remiſſionem luminis multiplicatis vel ſubtractis luminaribus: quorum radij conſiſi eſſe dicuntur propter luminarium diſtinctionem. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ illa diuiſio ignis ſic intelligenda eſt vt per lucem intelligatur ignis ſecundum ꝙ in propria materia eſt: vt ſic ꝯcetiue ſumatur: per alia vero ſecundum ꝙ eſt in materia aliena per carbonem quidem ſecundū ꝙ eſt in ſicco terreſtri: per flammam autem ſecundum ꝙ eſt in humido aereo: ⁊ ſic ipſemet ſe exponit in libro de anima libus: ſed tamen auctoritates Ariſtotilis que exemplis inductis ſumuntur nihil valent: quia ipſemet teſtatur in principio de generatione ꝙ in eis non querit ſubiectum ſed modum: nam inducit ea non ad aſſerendum: ſed quia erant ſuo tempore apud quoſdā probabilia. ¶ Ad quartum dicendum ſecundum Auicennam. ꝙ cum dicitur radius moueri vel deſcendere non proprie dicitur ſed tranſumptiue ex eo ſcilicet ꝙ alteratio illuminationis incipit ab eo ꝙ ſupra nos eſt per quem etiam modum poſſumus dicere calorem aſcendere vel deſcendere.

¶ Ad quintum dicendum ꝙ radius non dicitur reuerberari ad corpus ſolidum ſicut repulſū ſm̄ motum localem ſicut pila quedam: ſed in quantum obſiſtit ſua denſitate illuminationi per quem etiā modum alie qualitates reflectuntur. ¶ Ad ſextum dicendum ꝙ ex interſectione radiorū non ſequitur calor ſicut ex confricatione corporum: ſed quia ex concurrentibus multis radijs: ad vnum punctum oportet multiplicari lumen ⁊ ex hoc multiplicatur calor inquantum lumen ex hoc ꝙ eſt qualitas primi alterantis habet ꝙ ad alterationem iuuet: ⁊ precipue ſecundum illam qualitatem que eſt ſimpliciter ⁊ maxime actiua: ſcilicet calor ac per hoc virtuti primi alterantis maxime conformis. ¶ Ad ſeptimum dicendum ꝙ forma ſubſtantialis educitur in actū per virtutem celi. ⁊ ideo oportet ꝙ lumen quod per celum in inferiora agit generationem rebus conferat: ⁊ ad formam ſubſtantialem moueat in quantum agit i virtute ipſius celi ſicut etiam calor ignis mouet ad formam ſubſtantialem ignis ſecundum ꝙ agit in virtute forme ſubſtantialis a qua fluit.

¶ Ad octauum dicendum ꝙ lux: ⁊ etiam lumen in genere qualitatis eſt: vt dicit Auicenna. ⁊ quia paſſionē i ſenſu infert oportet ꝙ ſit in tertia ſpecie nec tamen oportet ꝙ contrarium habeat eo. ꝙ eſt qualitas illius corporis quod a contrarijs natura remouit vt ſit vniuerſaliter mouens ⁊ alterans.

¶ Ad nonum dicendum ꝙ ſucceſſio que eſt in alte-

rationе aliarum qualitatuʒ contingit ex hoc ꝙ in pa
ticente eſt qualitas contraria que reſiſtit actioni alte
rantis quam oportet ſucceſſiue expelli. Sed cuʒ lux
non habeat contrarium. ſicut nec forma ſubſtantia-
lis dyaphanum ad preſenciam illuminantis ſtatim
lumen recipit: ſicut materia facta neceſſitas per al-
terationem precedentem recipit formam ſubſtantia-
lem. Et ideo ſicut generatio eſt terminus alteratio-
nis: ita illuminatio motus localis quo illuminans fit
preſens illuminato vt dicit cōmen. in ſexto phiſico-
rum. ¶ Ad decimum dicendum ꝙ ſicut dicit Dyo
niſius in quarto capitulo de diuinis nominibus lu-
mē ſolis recipitur in diuerſis corporibus diuerſimo
de ſecundum diuerſam capacitatem eorum. et ideo
aliqua ſunt que illuminantur in ſuperficie tantum vt
corpora opaca: Aliqua vero ſunt que illuminantur
etiam in profundo ſicut dyaphana que tamen luceʒ
non retinent: quia imperfecte lumen recipiunt. vn-
de oportet ꝙ lumen in eis ceſſet abſente illuminan-
te: Alia vero ſunt que perfectius lumen recipiunt:
et lumen tenent vt carbunculus ⁊ huiuſmodi.

D quartum ſic proceditur. videtur ꝙ in-
a conuenienter lucis productio recitetur.
Cum enim deus lux ſit non decet eum vt
a tenebris opera ſua inchoet: ſʒ ante lucē
tenebre fuerunt. ergo videtur ꝙ lux debeat eſſe de
primo creatis non ad opus diſtinctionis: ſʒ ad opus
creationis pertinens. ¶ Preterea lux inuenitur in
pluribus corporibus nec omnium corporum eſt lux
vna. ergo videtur ꝙ inconuenienter vnius tantum
lucis productio deſcribatur in illo tantum loco exiſtē
tis vbi nunc eſt ſol vt in littera dicitur. ¶ Preterea
dies ⁊ nox non fuerunt niſi ſecundum acceſſum ⁊ re
ceſſum luminarium: ſed hoc non poteſt eſſe niſi per
motum circularem lux deferatur. cum ergo firma-
mentum quod circulariter mouetur ſecunda die ſit
factum videtur ꝙ inconuenienter in prima die ſecū
dum lucem tunc creatam fuiſſe dies: ⁊ nox comme-
moratur. ¶ Preterea omne quod fit ex aliquo: fit
ex incontingenti id eſt contrario vt ex primo phiſico
rum patet: ſed ſoli non eſt aliquid contrarium. ergo
non poteſt eſſe ꝙ ex luce tunc creata ſol factus fue-
rit. ¶ Preterea vt in ſecundo methaurorum ha-
betur nubes ex vaporibus congregatur q̄ ex terra ⁊
aquis reſoluti ſuperius aſcendunt: ſed corpora ſu-
periora non communicant in materia cum inferiori
bus vt ſupra dictum eſt. ergo lux ex qua ſol quaſi ex
materia poſtmoduʒ factus dicitur nubes eſſe nō po-
tuit. ¶ Sed in cōtrariuʒ ſunt que in littera dicunt.
¶ Reſpondeo dicendo ꝙ ſicut dictuʒ eſt lux eſt qua
litas actiua corporis celeſtis. ſicut calor eſt qualitas
actiua ignis. Calor autem habet quandam actioneʒ
communem inquantum eſt calor: quia ſecundum ꝙ
in diuerſis rebus inuenitur determinatur ſua actio
ad determinatos effectus ſicut calor qui ē i homine
operatur ad conuerſionem cibi in carnem humanā
⁊ in planta ad ſubſtantiam plante: ita etiam ⁊ lux q̄-
uis habeat actionem conſequentem naturam lucis
inquantuʒ huiuſmodi determinat tamē ſua actio ſe
cundum ꝙ in diuerſis recipitur ad diuerſos effec-
tus. vnde alium effectum habet radius ſaturni q̄
lunis. ſecundum hoc ergo dico ꝙ ipſa lux ſecundum
virtutem communem pertinet ad opus diſtinctio-
nis ſicut ⁊ calor: ſed ideo inter opera diſtinctionis
primo ponitur: quia primi corporis qualitas actiua
eſt. Sed poſtea determinatio ad diuerſos effectus
ſecundum diuerſas virtutes corporibus celeſtibus
collatas pertinet ad opus ornatus. Et iō dicit Dyo
niſius in quarto capitulo de diuinis nominibus ꝙ lu
men ſolare eſt illud lumen quod Moyſes in primis
tribus diebus noſtri temporis narrat q̄uis tunc in
formie eſſet: quia ſcilicet terminatio virtutis nō ade
rat. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ circa hoc eſt
duplex opinio. Quidam enim dicunt ꝙ opus diſtin-
ctionis ſtatim cum opere creationis incepit. et ideo
ſtatim lux creata eſt cum primo creatis. Et ſic pa-
tet ꝙ non a tenebris opus dei inchoauit. Et hoc qui
deʒ oportet dicere ſecundum expoſitionem Auguſti
ni q̄uis etiam Auguſtinus velit ꝙ productio infor-
mis materie intelligatur ante omnem diem non tem
pore ſed natura. Alii vero dicunt ꝙ prius tempore
fuit opus creationis: ⁊ poſtea per aliquod interual-
lum temporis formata eſt lux: ⁊ tunc dies primo in-
cepit. vnde dicunt opus creationis ante omnem di
em fuiſſe. Et hoc quidem magis conſonat littere
Geneſis ſecundum ſuum ſenſum planum. ſtatim
enim poſita creatione tenebras ſuperfaciem abyſſi
commemorat: ⁊ poſtmodum de lucis productione
dicit: nec tamen eſt inconueniens tenebras prece-
dentes non in genere priuationis ponere: quia pri-
uatio eſſe non potuit anteq̄ natura habitus oppoſi-
ti ſcilicet lucis corporibus indida eſſet. ſicut nec ca-
tulus ante nonum diem cecus vel priuatus viſu di
citur. vnde per tenebras precedentes lucem imper
fectio corporalis nature oſtenditur. quam quidem
ex deo non habet a quo habet omnino id quod per-
fectionis eſt: decens eſt autem vt ab imperfectione
ad perfectum diuina opera adducerentur: vt ſic ab
ipſo omnis perfectio eſſe oſtenderetur. vnde dicit
Auguſtinus in ſecundo ſuper Geneſiʒ. ꝙ ſi aliquid
imperfectum deus feciſſe dicatur quod poſtmodum
ipſe perficeret nihil reprehenſionis habet iſta ſen-
tentia. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ in lucis pro-
ductione intelligitur proprietas luciditatis ⁊ dya-
phaneitatis que ad lucis genus reducitur omnibus
corporibus lucidis et dyaphanis collata fuiſſe: ſed
tamen ſecundum Dyoniſium in quarto capitulo de
diuinis nominibus ſol eſt principium ⁊ fons lumi-
nis illuminans ſuperiora ⁊ inferiora corpora: ⁊ ideo
per lucem illam ipſe intelligit lumen ſolis tunc infor
me. et magiſter etiam dicit in littera ꝙ ex ea forma-
tum eſt corpus ſolis. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ cir
ca hoc eſt duplex opinio. Damaſenus enim dicit ꝙ
in illo die fiebat dies et nox per contractionem lu-
minis et emiſſionem. ſicut etiam ſuos radios retra-
xit in terra egypti cum alibi lux eſſet vt dicitur exo.
decimo. Et ſimiliter in paſſione domini quando te-
nebre facte ſunt ſuper terram vt habetur Matthei
vigeſimoſeptimo. Sed hoc non poteſt eſſe quia il-
luminare eſt actio a corpore lucente proueniens ſe-
cundum neceſſitatem nature: et ideo oportet ꝙ ſem
per illuminet corpora ſibi directe oppoſita niſi forte
poneretur habere aliqua coopercula. ſicut ſunt pal-

pebre oculoꝝ quibus ſe tegeret: quod eſt ridiculuꝫ dicere. Aut niſi ponatur hoc virtute diuina fieri et quaſi miraculoſe. ⁊ hoc non conuenit ponere in prima inſtitutione nature vt Auguſtinus dicit. Et preterea exemplum de paſſione chriſti non eſt conueniens quia obſcuritas illa non fuit facta per contractionem radiorum ſolis: ſed per interpoſitionem corporis lunaris vt Dionyſius in epiſtola ad policarpum dicit ſicut etiam fit in eclypſi ſolis ꝗuis tunc tempus non eſſet eclipſis. vnde miraculoſa fuit. Et ideo alij dicunt vt in littera dicitur ꝙ dies ⁊ nox fiebant per motum circularem illius lucis quo accedebat ⁊ recedebat nec eſt inconueniẽs ſubſtãtias ſpherarum que lucem reuoluerent a principio creationis fuiſſe quibus poſtmodum alique virtutes collate ſunt i operibus diſtinctionis ⁊ ornatus. Aut ſi ſubſtantie ſpherarum non erant ſuis figuris determinate ipſum corpus luciduꝫ naturaliter circulariter mouebatur cuꝫ eſſet de natura quinte eſſentie: ⁊ ita ſuo motu circulum deſcribebat ſicut lapis ſuo motu lineam rectam fecit rectius etiam ꝗ ars.

¶ Ad quartum dicendum ꝙ ſubſtantia corporis ſolaris a principio creationis in ſua forma ſubſtantiali fuit. vnde ipſum corpus lucidum ſubſtantia ſolis fuit. ſed dicitur ex eo ſol quarta die factus per additionem noue virtutis ſicut dicitur ex homine non muſico fieri homo muſicus.

¶ Ad quintum dicendum ꝙ non fuit nubes ſecundum veritatem ſubſtantie. ſed ſecundum ſimilitudinem proprietatis: quia ſicut nubes lucida recipit lumen a ſole in minori claritate ꝗ ſit in ipſo fonte: ita etiam ſubſtantia ſolis habuit primo lumen imperfectum quod poſtmodum quarta die conſummatum ẽ.

a D quintum ſic proceditur. videtur ꝙ pater non faciat omnia per filium. Illud enim per quod fit aliquid immediatius ſe habet ad effectum ꝗ faciens per ipſum: ſed filius non eſt immediatius principium rerum ꝗ pater cum ambo eque immediate operentur. ergo pater per filium non operatur. ¶ Preterea: per: denotat habitudinem cauſe: ſed filius reſpectu nullius quod eſt in patre cauſa vel principium dici poteſt. ergo filius non eſt per quem pater operatur.

¶ Preterea ſecundum Damaſcenum. exquogitatio dei eſt opus eius: ſed non poteſt dici ꝙ pater ſit ſapiens per filium vel intelligens. ergo videtur ꝙ nec per filium operetur cum idem ſit deo eſſe quod operari. ¶ Preterea: per: notat cauſam mediam filius autem eſt cauſa prima. ergo videtur ꝙ non conuenienter dicatur pater per filium operari.

¶ Sed contra eſt quod dicitur ad hebre. i. quem conſtituit He. vni. per quem fecit ⁊ ſecula.

¶ Preterea quilibet artifex per ſuam artem operatur. ſed ſecundum Auguſtinum filius eſt ars patris plena rationum viuentium. ergo pater per filium operatur. Reſpondeo dicendo ꝙ operari per aliquem dicitur dupliciter. Vno modo operari per virtutem alicuius ſicut dicitur balliuus operari per regem ſcilicet per poteſtatem regis ſibi commiſſam que immediatior eſt operi ꝗ virtus eius: et hoc modo nec pater per filium nec filius per patreꝫ dicitur operari: quia vna ⁊ indiuiſibili virtute ambo operantur. Alio modo dicitur aliquis operari per aliquem. ſicut per operantem. Et hoc modo rex per balliuuꝫ operari dicitur. ⁊ huius diſtinctionis ratio eſt quia cum operatio ſit medium inter operantem ⁊ operatuꝫ cauſalitas importata per prepoſitionem: per: poteſt referri ad operationem ſecunduꝫ ꝙ exit ab operante: ⁊ ſic dicitur aliquis operari per illum qui eſt cauſa ꝙ iſte operetur ⁊ eſt ille cuius virtute operatur. vel poteſt referri ad operationem ſecundum ꝙ terminatur ad operatum: ⁊ ſic dicitur aliquis operari per illud quod eſt ab operante ordinatum ad operatum vt cauſa. vnde deſignatur auctoritas in operante reſpectu eius per quem operatur in quo eſt cauſalitas reſpectu operati. ſꝫ hoc contingit dupliciter. Vno modo quando illud quod ordinatur ab operante vt cauſa operati eſt cauſa eius ſecundum virtutem aliam a virtute operantis quã tamen ab ipſo recipit ⁊ hoc oportet eſſe inſtrumentum operantis inquantum eſt motum ab operante vel per imperium ſicut ſeruus vel motu corporali ſicut res inanimate vt ſecuris. Vnde philoſophus dicit in octauo ethicorum. ꝙ ſeruus eſt ſicut organum animatum ⁊ organa ſunt ſicut ſerui inanimati: et hoc modo pater per filium non operatur. ſicut heretici intelligebant. ¶ Alio modo quando eadem virtute operatur quam tamen ab operante recipit ⁊ ſic dicimus patreꝫ per filium operari: quia eſt cauſa ipſorum operatorum vna ⁊ indiuiſibili virtute cũ patre quam tamen a patre naſcendo recipit.

¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ ꝗuis deus operetur effectus nature per cauſas naturales ipſe tamen immediate in omnibus effectibus nature operatur vnde multo fortius immediate operatur in his que per filium facit cuius eſt eadem numero virtus que eſt ⁊ patris. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ cauſalitas prepoſitionis non refertur ad operantem ſed ad operatum vt dictum eſt. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ cum dicitur pater intelligit non connotatur aliquid reſpectu cuius filius poſſit eſſe principium ⁊ ideo non poteſt dici ꝙ pater per filiũ intelligat vel ſcit ſicut dicitur in illis que effectum in creatura important. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ primum dicitur quo non eſt aliquid prius. illa autem auctoritas patris reſpectu filij inquantum filius a patre habet ⁊ eſſe ⁊ operari ratione cuius pater per filium operatur non facit patrem filio maiorem vel priorem eſſe. vnde non ſequitur ꝙ filius nõ ſit prima cauſa ex hoc ꝙ pater per filium operatur. ¶ Hic Notandum eſt ꝙ dies ⁊c. Hic ponit acceptiones diei. vna eſt ſecundum ꝙ dicimus diem naturaleꝫ qui habet. xxiiij. horas ⁊ ſic ſumitur quod habetur Gene. i. factum eſt veſpere ⁊ mane dies vnus. ¶ Alio modo ſecundũ ꝙ dicitur artificialis: ſcilicet tempus quo ſol noſtrũ emiſperium illuminat. ⁊ hoc modo ſumitur cum dicitur ꝙ tenebras appellauit noctem ⁊ lucem diem.

¶ Non ab aurora ſed a plena luce ⁊c. Videtur hoc eſſe falſum quia a plena luce que eſt in meridie vſqꝫ in mane alterius diei non ſunt vigintiquatuor hore: ⁊ ita primus dies non habuiſſet tot horas ſicut in littera dicitur.

¶ Ad quod dicendum: ꝙ in priſio die dicitur dies
non habuiſſe auroram: non quin lux illa que ſuo mo
tu diem faciebat in orientem creata non fuerit. Sed
quia prime illi illuminationi tenebre commixte non
erant: ſicut modo eſt: eo ꝙ aurora nunc eſt finis no-
ctis ⁊ principium diei: quod tunc non contingit. Po
teſt etiam illud accipi ⁊c. Hec expoſitio differt a pre
dicta in hoc ꝙ predicta ſumebatur ſecundum ope-
rationem quam filius a patre habet. hec vero ſumi-
tur ex parte operantis ſecundum ꝙ filius qui eſt ope
rans a patre eſt. Si enim cauſa eius pater ē ⁊c. Hic
communiter ⁊ improprie Chryſoſtim⁹ loquitur. Nō
enim proprie in diuinis perſonis cauſa recipitur ſed
nomine principii vtimur ad ſignandum origine3 per
ſonarum: ⁊ de hoc in primo libro dictum eſt.

## De ope ſcđe diei qua factum ē firmamētū.

## Diſtinctio decima quinta.

Dixit quoq3 deus
fiat firmamentum in medio
d aquarum: ⁊ diuidat aquas
ab aquis. Diuiſitq3 aquas
que erant ſub firmamēto ab
his que erāt ſuper firmamē-
tum. Sciendu3 eſt ꝙ illi⁹ celi hic deſcribitur
creatio ſicut ait Beda ſuper Geneſi3: i quo
fixa ſunt ſidera: cui ſuppoſite ſunt aque in ae
re ⁊ in terra: ⁊ ſuppoſite alie: de quibus dici
tur. Qui tegis aquis ſuperiora eius. In me
dio ergo firmamentum eſt: ideſt ſydereum ce
lum: quod de aquis factum eſſe credi poteſt.
Criſtallinus enī lapis cui magna eſt firmitas
⁊ perſpicuitas: de aquis factus eſt. Si quem
vero mouet quomodo aque natura fluide et
in ima labiles ſuper celum poſſit conſiſtere:
de deo ſcriptū eē meminerit: qui ligat aquas
in nubibus ſuis. Qui enim infra celu3 ligat
aquas ad tempus vaporibus nubium reten
tas: poſt etiam ſuper celi ſpheram non vapo
rali tenuitate: ſed glatiali ſoliditate aquas ſu-
ſpendere ne labantur. Quare autem ⁊ ad qđ
condite ſint: ipſe nouit qui condidit. Ecce o-
ſtenſum eſt his verbis ꝙ celum factum ſit. ſci
licet illud in quo fixa ſunt ſydera: ideſt quod
excedit aerem: ⁊ de qua materia. ſ. de aquis:
⁊ quales ſint aque que ſuper illud celum ſunt
. ſ. vt glacie ſolidate ſunt.

Alii putant celum illud eſſe ignee nature:
quibus conſentit Auguſtinus.

Quidam vero celum quod excedit ae-
q ris ſpacium: ignee nature dicunt: aſ-
ſerentes ſuper aerem purum ignem
eſſe: qui dicitur eſſe celum: de quo igne ſyde-
ra ⁊ luminaria facta eſſe coniectant: quibus
Auguſtinus conſentire videtur. Utrum ve
ro nomine firmamenti celu3 quod excedit ae
rem: an ipſe aer hic intelligatur: idem Augu-
guſtinus querit nec abſoluit. Magis tamen
approbare videtur celum illud hic accipi: qđ
ſpacia aeris hic excedit. aquas vero que ſup
illud celum ſunt dicit vaporaliter trahi: ⁊ le-
uiſſimus ſuſpendi guttis. Sicut aer iſte nu-
biloſus ex alatione terre aquas vaporaliter
trahit: ⁊ per ſubtiles minutias ſuſpendit: et
poſt corpulētius conglobatas pluuialiter re-
fundit. Si ergo poteſt aqua ſicut videm⁹ ad
tantas minutias peruenire: vt feratur vapora
liter ſuper aerem aquis naturaliter leuiorem:
cur non credemus etia3 ſuper illud leuius ce
lum minutioribus guttis ⁊ leuioribus ema-
nare vaporibus. S3 quoquo modo ibi ſint
ibi eſſe non dubitamus.

Quales ſint aque: et que ſit figura fir-
mamenti.

Queri etia3 ſolet cuius figure ſit ce
q lu3. Sed ſpiritus ſanctus q̄uis au
ctores noſtri ſciuerint per eos di-
cere noluit: niſi quod proſit ſaluti.
Queritur etiam ſi ſtet: an moueatur celum. ſi
mouetur inquiunt: quomodo eſt firmamen
tum: ſi ſtat: quomodo fixa ſydera in eo circum
eunt: ſed firmamentum dici poteſt: non pro-
pter ſtationem: ſed propter firmitatem vel ter
minum aquarum intranſgreſſibilem. ſi au-
tem ſtat: nihil impedit moueri et circuire ſy-
dera.

Quare tacuit ſcriptura de opere ſecunde
diei: quod in aliis dixit.

Sit hec queri ſolet. quare hic non
a eſt dictum ſicut in aliorum dierū
operibus. Uidit deus ꝙ eſſet bo
num. ſacramentu3 aliquod hic cō
mendatur. Ideo enim fortaſſis non eſt dictū
quod tamen ſicut in aliis factum eſt. quia bi-
narius principium eſt alteritatis et ſignum
diuiſionis.

De opere tertie diei quando aque con-
gregate ſunt in vnum.

Sequitur dixit deus. Congregen-
ſ tur aque in vnum locum: ⁊ appareat
arida. Tertii diei opus eſt congrega
tio aquarum in vnum locum. Congregate
enim ſunt omnes aque celo inferiores in vnā
matricē: vt lux que p̄terito biduo aquas da
ta luce illuſtrauerat: i puro aere clarior reful-

geat ⁊ appareat terra que cooperta latebat: ⁊ que aquis limoſa erat fieret arida ⁊ germinibus apta. Eodem enim die protulit terra herbam virentem: lignumqꝫ faciens fructuꝫ. Si autem queratur vbi congregate ſunt aque que totum texerant ſpacium vſqꝫ ad celum: potuit fieri vt terra ſubſidẽs cõcauas partes preberet vbi fluctuantes aquas reciperet. poteſt etiam credi primarias aquas rariores fuiſſe: que ſicut nebule tegerent terras. ſed cõgregatione eſſe ſpiſſatas: ⁊ ideo facile in vnũ poſſe redigi locuꝫ.

Quomodo omnes aque ſunt in vnum locum congregate: cum multa ſint maria et flumina.

c Unqꝫ conſtet eſſe multa maria ⁊ flumina: in vnum tamen locum dicit aquas congregatas propter continuationem omnium aquarum que in terris ſũt. Quia cuncta flumina ⁊ maria magno mari iunguntur. Ideoque cum dixerit aquas congregatas in vnum locum: deinde dicit pluraliter congregationeſqꝫ aquaruꝫ propter multiſidos ſinus earuꝫ: quibus omnibus ex magno mari principium eſt.

d Dixit quoqꝫ deus: fiat firmamentum ⁊c. Determinato primo opere diſtinctionis quo lux formata eſt. Hic determinatꝰ opere ſecunde diſtinctionis: quod ſecũde diei competit: in quo firmamentum eſſe factum deſcribitur. Diuiditur autem hec pars ĩ partes duas. In prima oſtendit diſtinctionem ſecundo die factam. In ſecunda mouet quaſdam queſtiones. ibi. Queri etiam ſolet cuius figure ⁊c. ¶ Circa primum duo facit. Primo determinat opꝰ prime diſtinctionis ſecundum poſitionem quorundam dicentium firmamentum ex aquis factum eſſe. Secundo ſecundum expoſitionem eorum qui dicunt firmamentum eſſe de natura ignis ibi. Quidam vero celuꝫ ⁊c. Queri etiam ſolet ⁊c. Hic mouet tres queſtiones. Primam de figura celi. Secundaꝫ de motu eiꝰ. ibi. Queritur autẽ ſi ſtet ⁊c. Tertiam quare pretermittitur huius diei benedictio ibi. Poſt hoc queri ſolet ⁊c. Sequitur: Dixit deus ⁊c. Hic ponitur opus tertie diſtinctionis: ad quod tertia dies deputatur. Et circa hoc duo facit. Primo deſcribit opus tertie diei. Secundo mouet quaſdam queſtiones circa hoc ibi. Si autem queritur ⁊c. Ubi primo queritur de cõgregatione aquaruꝫ. Secundo de vnitate ⁊ pluralitate earuꝫ. ibi. Cunqꝫ multa conſtat eſſe maria ⁊c. Hic queruntur quinqꝫ. Primo vtrum ſupra firmamentuꝫ ſint alique aque. Secũdo cuius nature ſit firmamentuꝫ. Tertio a quo moueatur. Quarto de numero celoruꝫ. Quinto de opere diei tertie.



a Ad primuꝫ ſic proceditur. videtur ꝙ aque ſuper celos ſint: quia vt dicit Auguſtinus maior eſt ſacre ſcripture auctoritas ꝙ̃ omnis humani ingenii perſpicacitas. ſed ſcriptura in pluribus locis aquas ſuper celos eẽ cõmemorat. ergo videtur ꝙ nulla ratione negandum ſit. ¶ Preterea. homo dicitur minor mundus: quia in eo eſt ſimilitudo totius vniuerſi: ſed in corpore humano cerebrum in quo eſt frigiditas ſecunduꝫ philoſophuꝫ eſt poſitum ſupra cor: quod eſt fons totius caliditatis. ergo videtur ꝙ in vniuerſo aqua ſit ſupra ignem collocata ⁊ ſupra ſolem. ¶ Preterea ſecundũ philoſophuꝫ in ſecundo celi ⁊ mũdi: corpora celeſtia per velocitateꝫ ſui motus in inferioribus caloreꝫ generant. ſed ſaturnus inter alios planetas velociſſime mouetur motu diurno: quia partes ſphere quãto plus diſtat a centro: tanto velocius mouetur. ergo oportebit ſm hoc ꝙ ſaturnus ſit calidiſſimi effectus cuius contrarium ab aſtrologis dicitur. oportet ergo ibi eſſe aquas: per quarum propinquitatem calor ſaturni minuatur. ¶ Preterea. omne continuum diuiſibile eſt in infinitum. ſed aqua aliquo modo diuiſa per rarefactionem ad aliquod ſpacium aeris aſcendit vt quando vapores eleuantur. ergo tantum poterit diuidi: ꝙ ſupra celum aſcendet. ⁊ ita videtur aquas ſuper celum eſſe. ¶ Sed contra. corpori eiuſdem ſpeciei debetur vnus locus naturalis ſecundum numerum. vnde in tertio phyſicorum dicitur ꝙ ad eundeꝫ locum mouetur pars terre ⁊ tota terra. ſed omnis aqua omni aque eſt eadem ſecunduꝫ ſpeciem: vt philoſophus dicit. Cum ergo naturalis locus huius aque ſit ſub aere ⁊ ſuper terram: quod motus eiꝰ oſtẽdit: videtur ꝙ ſupra celum locus naturalis aque eẽ non poſſit. ¶ Preterea. ſecundum philoſophum in in quarto phyſicoruꝫ. corpus continens ſe habet ad corpus contentum: ſicut totum ad partem: ⁊ ſicut forma ad materiam: quia continens inuenitur habere plus de ſpecie ꝙ̃ contentũ. vnde in ſecundo de generatione dicitur: ꝙ ſpecies in terminis eſt. ſed aqua habꝫ minus de ſpecie ꝙ̃ aer ⁊ ignis: qḋ eius groſſities oſtendit. ergo videtur ꝙ nullo modo aqua naturaliter poſſit eſſe ſuper ignem ⁊ aerem. ¶ Reſpondeo dicendo: ꝙ circa hoc varia dicta ſunt. Ambro. enim in libro de ſpiritu ſancto videtur dicere ꝙ per aquas que ſupra celos ſunt: ſpiritusſanctus intelligitur. ſed hoc magis ad analogicam expoſitionem pertinet ꝙ̃ ad litteralem: ſiue ad ſpiritum ſanctum ſiue ad angelos referatur. Alii vero dicũt aquas de natura huius elementi: quod apud nos eſt ſuper celos virtute diuina contineri. Sed hoc remouet Auguſtinus: quia in operibus .vi. dierum quibus natura inſtituta eſt. non queritur quid deus facere poſſit ſua virtute: ſed quid rerum natura patiatur. Auguſtinus etiam inquirendo tangit alium modum: vt ſcilicet firmamentum dicatur aer iſte ſuper queꝫ aque per vapores aſcendunt: ſed hoc nõ videtur ſacre ſcripture conuenire: que in firmamento celi ſtellas poſitas dicit: niſi forte firmamentum equiuoce ſumatur: ſicut Raby moyſes dicit: qui etiam hanc expoſitionem innuit. Sed tamen melius poſſumus dicere ꝙ intelligatur de firmamento: quod eſt celum ſydereũ: ſupra quod ſunt aque: non quidem de natura huius aque que apud nos eſt. ſed de natura quinte eſſentie habentes ſiliṫudinẽ cũ hac aqua rõne cuiꝰ nomẽ aque ſcriptura eis attribuit occlta per ſẽſibilia vocabla mani

feſtans. Hec autem ſimilitudo non poteſt attendi niſi ſecundum lucidum ⁊ diaphanum in quibus inferiora corpora conueniunt cum celeſtibus: vt in ſecundo de anima dicitur. Et ideo ſicut celum empireum dicitur quod eſt ſimile igni in hoc quod eſt lucidum totum. ita etiam celum criſtallinum vel aqueum dicitur inquantum conuenit cum aqua in hoc quod eſt diaphonum: ſiue hoc quod ſit aliqua pars eius lucens: ſicut eſt in celo ſydereo: cuius quedam partes lucent: ſcilicet ſtelle. Et aliqua pars eſt diaphona. huic etiam videtur conſonare quod ſupra dixerat magiſter: ꝙ per aquas intelligitur prima materia: de cuius ſubtiliori parte facte ſunt aque que ſuper celos ſunt: vt ſic non cogantur ponere aquas elementum ſupra celos eſſe. hoc autem celum aqueum eſt nona ſphera: ad quam primo reducunt aſtrologi motum orbis ſignorum communem omnibus ſtellis qui eſt de occidente in orientem: ⁊ iterum ſpheram decimam ad quam reducunt motum diurnum: qui eſt de oriente in occidens. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ in hoc nihil auctoritati ſcripture derogatur ſi diuerſimode exponitur: dummodo hoc firmiter teneatur: ꝙ ſacra ſcriptura nihil falſum contineat. conſtat tamen in ſcriptura ſacra multa methaphorice tradita: que ſecundum planam ſuperficiem litere itelligi non valent. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ non oportet eſſe eundem ſitum partium in vniuerſo qui eſt in homine: quia in vniuerſo ordinantur corpora ſuper nos: ſecundum ꝙ minus ſunt materialia. ſed in homine ſecundum ꝙ expedit ad conſeruationem vite ⁊ ad conuenientem erectionem anime. ⁊ propter hoc illud quod eſt principium vite in homine: ſcilicet cor: eſt in medio poſitum: vt ab omni leſione conſeruetur: ⁊ vitam proportionabiliter in omnes partes corporis diffundat. ſed celum quod propter ſuam impaſſibilitatem eſt conſeruans non conſeruatum a corpore alio: eſt in extremo poſitum: quaſi continens: cuius tamen motus eſt vt vita quedam natura exiſtentibus omnibus: vt in octauo phyſicorum dicitur ad ſimilitudinem motus cordis in animali: vt dicit Raby moyſes. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ ſaturnus habet infrigidare ex propria natura ⁊ virtute conſequente ſpeciem ſuam. vnde non oportet ꝙ ad eius infrigidationem aque ſuper celos ponantur: quia ſi ibi eſſent ipſum non infrigidarent: cum ſit de natura quinte eſſentie: non ſuſceptibilis peregrine impreſſionis. quod iterum ſi eſſet poſſibile magis infrigidarent ſtellas octaue ſphere: velut ſibi propinquiores: quarum tamen quedam inueniuntur ec calidiſſimi effectus. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ corpora naturalia in infinitum diuidi non poſſunt: quia omnium natura conſiſtentium: vt in ſecundo de anima dicitur eſt terminus magnitudinis: nec tantum in augmento: ſed etiam in diminutione. ⁊ ideo etiam eſt inuenire minimam carnem ⁊ minimam aquam: vt in primo phyſicorum dicitur. ⁊ ideo in qualibet ſpecie oportet eſſe terminum quendam rarefactionis vltra quam ſpecies non ſaluatur. Unde vltima raritas ad quam poteſt perueniri: eſt ſecundum ꝙ materia ſtat ſub forma ignis: vt dicit commentator in quarto phyſicorum. Unde poſſet aqua tantum rareſieri: ꝙ iam non eſſet aqua: nec vapor: ſed aer vel ignis. ¶ Preterea. cum ignis ſit maxime actiuus non poſſet pertranſire regionem ignis vapor ille quin conſumaretur: ⁊ adhuc minus poſſibile eſſet vt ſubſtantiam orbium penetraret: qui ſecundum omnes ſunt indiuiſibiles: niſi mathematice diuidi dicantur.

a Ad ſecundum ſic proceditur videtur ꝙ firmamentum ſit de natura inferiorum corporum. Dicit enim Baſilius in exameron. ꝙ eſt de natura ignis. In litera etiam dicitur: ꝙ eſt de aqua in modum criſtalli congelata: que duo conſtat eſſe de natura inferiorum corporum. ergo ⁊ firmamentum. ¶ Preterea ignis eſt nobiliſſimum corporum inter elementa. ſed non eſt probabile vt nobiliſſimum corpus in operibus creationis pretermitteretur. cum ergo ſcriptura ſpecialem mentionem de igne non faciat: videtur ꝙ nomine firmamenti intelligatur. ¶ Preterea. omne agens agit ſimile ſed corpora ſuperiora in inferioribus habent effectum caliditatis ⁊ humiditatis. ergo videtur ꝙ qualitatibus afficiantur: ⁊ ita videtur eſſe de natura inferiorum corporum. ¶ Preterea. proprium ignis eſt ſecundum philoſophum eſſe ſpecie ſubtiliſſimum corporum. ſed nihil corporum eſt celo ſubtilius ⁊ nobilius. ergo videtur ꝙ celum ſit ignis: ⁊ ſic idem quod prius. ¶ Sed contra. Dioniſius dicit in quarto capitulo de diuinis nominibus: ꝙ celi ⁊ ſtelle habent ſubſtantiam ingenerabilem ⁊ inuariabilem. ſed inferiora corpora ſunt generabilia ⁊ variabilia. ergo firmamentum non eſt de natura inferiorum corporum. ¶ Preterea. cum natura ſit principium motus ⁊ quietis: oportet ꝙ per motum iudicium de natura corporis accipiamus. ſed motus circularis naturalis celo eſt: quia eſt primus motus. motus autem violentus non poteſt eſſe primus nulli autem inferiorum corporum naturalis eſt motus circularis. ergo oportet ꝙ celum non ſit de natura inferiorum corporum nec habens contrarium: ſicut nec motus eius. ¶ Reſpondeo dicendo. ꝙ circa hanc queſtionem fuit philoſophorum diuerſa poſitio. Omnes enim ante Ariſtotelem poſuerunt celum eſſe de natura quatuor elementorum. Ariſtoteles autem primus hanc viam improbauit: ⁊ poſuit celum eſſe quintam eſſentiam ſine grauitate ⁊ leuitate: ⁊ aliis contrariis: vt patet in primo celi ⁊ mundi. ⁊ propter efficaciam rationum eius: poſteriores philoſophi conſenſerunt ſibi: vnde nunc omnes opinionem eius ſequuntur. Similiter etiam expoſitores ſacre ſcripture in hoc diuerſificati ſunt ſecundum ꝙ diuerſorum philoſophorum ſectatores fuerunt a quibus in philoſophicis eruditi ſunt. Baſilius enim ⁊ Auguſtinus ⁊ plures ſanctorum ſequuntur in philoſophicis que ad fidem non ſpectant opiniones platonis: ⁊ ideo ponunt celum de natura quatuor elementorum. Dioniſius autem fere vbique ſequitur Ariſtotelem: vt patet diligenter inſpicienti libros eius. vnde ipſe ſeparat corpora celeſtia ab aliis corporibus. ⁊ ideo hanc poſitionem ſequens dico: ꝙ celum non eſt de natura quatuor elementorum. ſed eſt quintum corpus. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ alii ſancti hoc tradiderunt non quaſi aſſerentes: ſed ſicut vtentes his que in philoſophia didicerant. vnde non ſunt maioris auctoritatis quam dicta philoſophorum quos ſequuntur niſi in hoc ꝙ ſunt ab omni infidelitatis ſuſpitione ſeparati. vnde poteſt dici ꝙ ſumunt ignem ⁊ aquam ſecundum ſimilitudinem lucis ⁊ diaphanitatis. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ Raby moy. dicit ꝙ ignis intelligitur per tenebras: que in principio creationis commemorantur: vt ſic numerus

⁊ oꝛdo elementoꝛum deſignetur: dum ſuper terram aqua ſuper aquam ſpiritus. i. aer ſuper ſpiritum qui eſt facies abiſſi tenebꝛe deſcribuntur: eo ꝙ ignis in ſua ſphera non lucet: vt a philoſophis ꝓbatum eſt. Sꝫ quia hec expoſitio videtur nimis extrãea. Ideo poteſt melius dici ꝙ ibi non tanguntur niſi creature que habent manifeſtam apparentiaꝫ ⁊ vtilitatẽ apȯ nos omnes. ⁊ propter hoc etiam de aere nõ fecit mẽtionem: quia aer eſſe coꝛpus a vulgo non percipitur. vnde quidam vacuum plenuꝫ aere dixerunt. Similiter ⁊ ignis elementum ſꝫ ꝙ in ſphera ſua eſt nõ ſenſu: ſed ratione depꝛehenditur. ⁊ ideo hoꝛum creatio rudi populo explicite non pꝛoponitur. ſed per aquaꝫ omnia tria intelliguntur: quaſi medium coꝛpus inter celum ⁊ terram. ¶ Uel dicendum ſm Auguſtinum: ꝙ aer quantum ad ſuperioꝛem partem pꝛopter tranquilitatem: cum celo computatur: quod eſt ignis ſm eius poſitionem. ⁊ ideꝫ nos poſſumus dicere ꝺ igne ex quo non ponimus celum de natura quatuor elemẽtoꝛum. ¶ Ad tertiuꝫ dicenduꝫ: ꝙ quando materia ẽ pꝛopoꝛtionata ad recipiendam actionem ſm virtutẽ agentis: tunc agens facit ſibi ſimile in ſpecie. ⁊ dicitur agens vniuocuꝫ. quando autem materia non eſt propoꝛtionata ad recipiendaꝫ actioneꝫ ſm virtutem agentis: ſeruatur quidem aliqua ſimilitudo effectus ad agentem ſecunduꝫ ꝙ dicit Dioniſius in ſecundo capitulo de diui. nomi. ꝙ habent cauſata: cauſarum ſuarum contingentes imagines. ⁊ tamen non opoꝛꝫ eodeꝫ modo inueniri aliquid in cauſa quo eſt in effectu: ſed eminentioꝛi. ⁊ ita etiam caloꝛ aliquo modo ẽ in ſole non quidem denominans ipſum vt dicatur calidus foꝛmaliter ſed effectiue ſecundum virtuteꝫ calefaciendi que in eo eſt. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ ſubtilitas ⁊ raritas non inuenitur vniuoce i coꝛpoꝛibus celeſtibus ⁊ inferioꝛibus: vt dicit commenta. in lib. de ſubſtantia oꝛbis. vnde ignis dicit eẽ ſubtiliſſimum coꝛpoꝛum ſecundum illaꝫ acceptioneꝫ qua ſubtilitas in inferioꝛibus corporibus inuenitur: tamen auctoritates ex exemplis ſumpte parum cogunt.

a D tertium ſic pꝛoceditur. videtur ꝙ motus celi non ſit ab anima vel intelligentia. Motus enim celi eſt motus naturalis: vt in pꝛio celi ⁊ mundi dicit philoſophus. ſed motus naturalis eſt cuius principiuꝫ eſt foꝛma coꝛpoꝛis naturalis. ergo videtur ꝙ motus celi ſit a foꝛma naturali ei⁹: ⁊ nõ ab aliquo mouente per appꝛehẽſionem. ¶ Pꝛe. omnis motus ab anima eſt cum laboꝛe ⁊ pena: vt in ſecundo ce. ⁊ mun: dicitur: ſed motus celi non eſt huiuſmodi: quia non poſſet eſſe continuus ⁊ vnifoꝛmis ergo non mouetur ab anima. ¶ Pꝛeterea. anima intellectiua non coniungitur coꝛpoꝛi: niſi mediante ſenſitiuo ⁊ nutritiuo: vt patet ex comparatione partiuꝫ anime ad ſpecies figurarum in ſecundo de anima. ſꝫ coꝛpoꝛa celeſtia non poſſunt habere animam ſenſitiuam vel nutritiuam: quia non habent coꝛpus cõplexionatum quale exigitur vt ſit inſtrumentum operationuꝫ anime vegetatiue ⁊ ſenſitiue. ergo videtur ꝙ nec ab anima intellectiua moueri poſſit. ¶ Pꝛe. omne corpus motum ab anima habet dextruꝫ ⁊ ſiniſtrũ ⁊ alias differentias poſitionis. ſed coꝛpus celeſte cũ ſit totuꝫ vnifoꝛme non habet huiuſmodi diuerſitateꝫ in partibus. ergo videtur ꝙ non poſſit eſſe motuꝫ ab anima. Sed contra eſt: quia probatur in. viii. phyſicoꝛum: ꝙ omne quod mouetur localiter opoꝛtet reduci in pꝛimum quod ex ſe mouetur. ſed ex ſe motũ non poteſt eſſe: vt probatur ibidem: niſi illud cuius vna pars eſt mouens ⁊ altera mota. ⁊ omnis talis motus eſt mot⁹ virtutis appꝛehendentis. ergo oꝫ motuꝫ celi eſſe ab aliqua virtute appꝛehendẽte. ¶ Pꝛeterea omnis motus naturalis eſt corpoꝛis exiſtentis extra vbi ſuum. hoc autem eſt impoſſibile in celo ponere ergo motus celi eſt ab aliqua appꝛehenſiõe. ¶ Reſpondeo dicendo: ꝙ circa hoc eſt multiplex opinio. Quidã enim dicunt: ꝙ ſicut motus alioꝛum coꝛpoꝛũ ſimplicium eſt ex naturis eoꝛum coꝛporalibus: ita ẽt motus coꝛporis celeſtis. Illud autem non videtur eſſe verum: quia omnis motus eſt ab aliquo motoꝛe. In motu autem coꝛpoꝛum ſimplicium: ꝗuis foꝛma naturalis ſit pꝛincipium motus: non tamẽ eſt motor. Sed eſſentialis motoꝛ eſt generans qȯ dedit foꝛmam. ⁊ accidentalis eſt remouens prohibens. vt ꝓbatur in octauo phyſicoꝛum. que nullo modo competunt coꝛpoꝛi celeſti. ¶ Expreterea motus naturalis eſt ad vnam partem tantum ⁊ perficitur quiete naturali: ⁊ eſt coꝛpoꝛis exiſtentis extra vbi naturale: q̃ omnia etiam a coꝛpoꝛe celeſti aliena ſunt. Et ideo alii dicunt ꝙ opoꝛtet motuꝫ coꝛpoꝛis celeſtis eſſe ab aliquo intellectu ⁊ voluntate. ſed immediate ab ipſo deo: hoc etiam oꝛdini diuine ſapientie non congruit cuius effectus ad vltima per media deueniunt: vt Dioniſius dicit. Et ideo Gregoꝛius dicit in quarto dialogoꝛum: ꝙ coꝛpoꝛalis creatura per ſpiritualem adminiſtratur. ⁊ ideo pꝛobabile eſt: ꝙ aliquis intellectus creatus ſit motoꝛ pꝛoximus celi. Sciendum tamen ꝙ philoſophi poſuerunt diuerſos motores diuerſis motibus ⁊ mobilibus. vnde ſecundum eoꝛum numerum pꝛobauerunt numerum intelligentiarum mouentium vnicuiqꝫ tamen oꝛbi aſſignauerunt duos motoꝛes: vnum coniunctum quem dixerunt animam oꝛbis. ⁊ alterum ſeparatuꝫ quem dixerunt intelligentiam: cuius poſitionis ratio fuit: qꝛ intelligentia ſecundum eos habet foꝛmas vniuerſales que non conueniunt: vt immediate dirigant in renouationibus diuerſis motus celi: ⁊ in his que per motum celi educuntur. ⁊ ideo opoꝛtet habere motoꝛem in quo ſint forme particulares dirigentes in motu: ⁊ hunc dicunt eſſe animam oꝛbis. Hec autem poſitio partim eſt heretica ⁊ partim catholice ſuſtineri poteſt. Ipſi enim ponunt ꝙ res ſecundum oꝛdinem exeunt a deo: ita ꝙ a cauſa pꝛima que de⁹ eſt: creat immediate intelligentia a qua iterum erit anima oꝛbis ⁊ ab illa pꝛoducitur ſubſtantia ipſius oꝛbis. ⁊ pꝛo tanto poteſt dici motoꝛ pꝛoximus foꝛma eius vel anima quia dat ſibi eſſe ſicut cauſa ſibi pꝛopoꝛtionata. Hoc autem fides noſtra non patitur: que ſolum deum rerum creatoꝛem ponit: vt ſupra dictum eſt. Et ideo angelos qui mouent oꝛbes: pꝛoximos poſſumus motores dicere non foꝛmas vel animas: quia oꝛbes recipiunt ab eis motum tantum: non autem eſſe. In hoc autem ſuſtineri poteſt vt dicamus ſuperioꝛes angelos qui habent foꝛmas magis vniuerſales eſſe motores ſeparatos ⁊ remotos: angelos autem iſerioꝛes qui habent foꝛmas magis particulares: vt pꝛius dictum eſt eſſe motoꝛes pꝛoximos. Unde etiam Auicenna dicit: ꝙ intelligentie apud philoſophos ſunt: qui in lege vocãt ſuꝑiores angeli: vt cherubi ⁊ ſeraphin. aie vo oꝛbiũ dnr iſerioꝛes: q dnr angeli miſterii

¶ Ad primuꝫ ergo dicendū: ſicut cōmen. dicit in primo celi ⁊ mun. ꝙ motꝰ celi dicitur naturalis. nō quia principium eius actiuum ſit aliqua forma naturalis. Sed q: ipſum corpus celeſte eſt talis nature: vt talem motum natum ſit ſuſcipere ab aliquo intellectu non habens naturam repugnantem huic motui voluntario: ſicut eſt in nobis. Natura eniꝫ non tantum dicitur de forma: ſed etiā de materia. ¶ Ad ſecunduꝫ dicēduꝫ: ꝙ phs loquitur ꝯtra illos qui ponebant celum de natura inferioꝛuꝫ corpoꝛuꝫ: tunc eniꝫ motus ille eſſet ab anima contra naturam corporis moti. ⁊ ideo oporteret laborem ⁊ penaꝫ eſſe in mouēdo. Sed ſi ponatur motus ille ab intellectu ſecūduꝫ conditioneꝫ corporis moti: non eſt ibi violētia nec labor. ¶ Ad tertiuꝫ dicenduꝫ: ſicut dicit commētator i lib. de ſubſtantia orbis: ꝙ corpus celeſte non eſt generabile nec eſt corruptibile: ſicut corpus noſtrum. ⁊ ideo non indiget aliqua forma vegetante ipſum. Similiter etiaꝫ motor eius non acquirit cognitionem a rebus. ſed habet ſcientiaꝫ quaſi actiuaꝫ. ⁊ ideo nō indiget anima ſenſitiua. ⁊ ideo etiaꝫ ẜꝫ philoſophos nō dicūtur vniuoce anima celi ⁊ hominis. ¶ Ad quartuꝫ dicenduꝫ: ꝙ ſecūduꝫ philoſophuꝫ in ſecūdo celi ⁊ mun. in corpore celi eſt aſſignare differentias poſitionum: ita ꝙ dextruꝫ eius dicatur oriens vnde incipit motus: ⁊ ſiniſtrum occidens. ⁊ ſuperius polus meridionalis: ⁊ inferius polus ſeptētrionalis: ⁊ anterius ſuperius emiſperium: ⁊ poſteriꝰ inferius. tamen iſte partes vt idem commen. dicit diuerſimode aſſignātur in corpore celeſti ⁊ in corporibus noſtris ꝗtū ad duo. Primo quia in nobis iſte partes figura ⁊ virtute diuerſificantur: non autem in corpore celeſti: cum vndiqꝫ ſit ſphericuꝫ. Secundo: quia in nobis determinata pars eſt dextra: que nunꝗ fit ſiniſtra. In corpore autem celi illa pars orbis que nūc eſt dextra poſtmodum fit ſiniſtra: quia pars que nunc eſt in oriente poſtmodum eſt in occidente. quod contingit ex hoc: ꝙ virtus exequens motuꝫ in nobis eſt actus corporis cuiuſdam: affixa organis. ſ. muſculis ⁊ neruis: quod nō contigit in corpore celeſti.

a Ad quartum ſic proceditur. videtur ꝙ inconuenienter a rabano numerꝰ celoꝛuꝫ aſſignetur. Ponit enim ſepteꝫ celos. ſ. empireum: criſtallinum: ſydereum: igneuꝫ: olympium: ethereum: ⁊ aereum. Eſt enim celum ſancte trinitatis in quod lucifer aſcendere voluit vt ſupra dictum eſt. hec autē ab omnibus enumeratis differt. ergo inſufficienter videntur celi enūerari. ¶ Preterea. ſicut in ſphera aeris ⁊ ignis differt conuexum ⁊ concauum: ita etiaꝫ in ſphera celi empirei ⁊ criſtallini. ſed penes conuexum ⁊ concauum ignis ⁊ aeris ſumitur duplex celuꝫ vt infra dicetur. ergo ſimiliter in celo empireo debꝫ duplex celum aſſignari. ¶ Preterea. preter celū ſydereuꝫ in quo ſunt ſydera fixa: ſunt etiam orbes ſeptem planetarum: qui etiam celi nomē ſortiuntur. cū ẜ ꝗ ꝺ eis mētionē faciat: vr̄ īſufficiēter celos aſſignari ¶ Preterea. ſicut aer ⁊ ignis communicant cum celo in luce ⁊ diaphaneitate: ita etiā ⁊ aq̄. ſed ratione huius conuenientie aer ⁊ ignis celum dicūtur. ergo videtur ꝙ oportuiſſet ſimiliter aquaꝫ elementuꝫ inter celos computari. ¶ Sꝫ ꝯtra. videtur ꝙ nō ſint tot celi: ſed ſolum tres: per hoc quod legitur prime corint. xii. Paulus vſque ad tertium celum raptus. ¶ Reſpondeo dicendo: ꝙ celum poteſt nominari: aut ſolū ab aliqua celeſti ꝓprietate: aut ſiꝯ a ꝓprietate ⁊ natura. Natura eni corporis celeſtis eſt vt ſeparatū ſit a corruptione ⁊ a cōtrarijs. ꝓprietates auteꝫ eiꝰ precipue attēduntur in altitudine ſitus ⁊ claritatis participatione. Si ergo nōiemus celū a natura ⁊ proprietate celeſti ſic eſt triplex celoꝝ: quoꝝ vnū eſt informe ⁊ imobile. ſ. empireū. Scdꝫ vniforme ⁊ imobile. ſ. celū criſtallinū. Tertiū difforme in ptibꝰ ⁊ mobile. ſ. ſydereū. Si aūt dicatur celū a ꝓprietatibꝰ celeſtibus tm̄: ſic erit multiplex celū. Sunt. n. duo elementa que ſimul claritatē lucis participant ⁊ altitudinem ſitꝰ. ſ. aer ⁊ ignis: in quorum vtroque diſtinguitur pars ſuperior ꝗtum ad cōuexum ſphere ipſius: ⁊ pars inferior ꝗtum ad concauum. pars ergo ſuperior ſphere ignis dicitur celū igneū: eo ꝙ ignis ibi puriſſimꝰ eſt ꝓpriam naturam ſeruans. pars autem inferior eius celum olympium dicitur a quodam monte qui nominatur olympus in macedonia qui vltra nubes in altuꝫ dicitur porrigi. ſuperior vero pars aeris dicitur celum ethereum propter inflamationem illius partis ex propinquitate ignis. quia vt ī primo celi ⁊ mundi dicitur nomen etheris deſignat corpꝰ velocis motus cito inflamabile vel inflamans. inferior vero pars aeris dicitur celuꝫ aereum in qua eſt aer ſeruans proprietatem aeris nobis noti: ⁊ in vſuꝫ noſtrum venientis. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ celuꝫ ſancte trinitatis nominatur methaphorice ipſa celſitudine diuine maieſtatis ex tranſumptiua ſimilitudine qualis poteſt eſſe corporalium ⁊ ſpiritualiuꝫ ẜm ꝓportōabilitatē. ⁊ ideo non oportuit vt in eandē diuiſionem cum celis corporalibus veniret. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ corpus illō quod natura celum dicitur: non eſt alterabile ex contractu alterius corporis. ⁊ ideo eandem naturam retinet in qualibꝫ ſui extremitate. ⁊ ideo in talibus corporibus non diſtinguitur duplex celum ẜm ſuperiorem ⁊ inferioreꝫ partem: ſicut in aere ⁊ igne: cuius extremitates ex alteratione corporum contigentium diuerſis proprietatibus diſponuntur. ¶ Ad tertium dicenduꝫ ꝙ ſub celo ſydereo includuntur celi. vii. planetarum: qui omnes in hoc conueniunt cum ſphera ſtellarum fixarum ꝙ habent difformitatem in partibus ex eo ꝙ aliqua pars eſt lucida vt ſtella: ⁊ altera pars diaphōa: vt ſunt alie partes orbis. ¶ Ad quartum dicenduꝫ ꝙ ꝗuis aqua participet diaphonitatem: non tamen participat altitudinem ſitus: cum in pluribus ſit grauis ꝗꝫ leuis. eſt enim graue in loco ignis ⁊ aeris. leue vero in loco terre tm̄. ignis vero eſt leuis ſimpliciter aer autem in pluribus leuis ꝗꝫ grauis. vt dicitur in quarto celi ⁊ mundi. ⁊ ideo elementum aque non cōſequitur nomen celi. ¶ Ad quintum dicendum: ꝙ per triplex celum intelligitur ẜm glo. triplex genus viſionis: vel etiam triplex hierarchia. vel poteſt dici: ꝙ tertiū dicitur empireum vt tm̄ triplex celum ſumatur qđ naturam celeſtem habet: vt dictuꝫ eſt. ſ. empireū criſtallinum: ſydereum.

a Ad quintum ſic proceditur. videtur ꝙ inconuenienter opꝰ tertie diei deſcribatur. In tertia enim die facta eſt diſtinctio medii elemēti ab vltrioꝛ: ſꝫ ſub medio elemēto includitur ignis aer ⁊ aqua: vt dictum eſt. cum ergo ignis ⁊ aer ſint nobiliora ꝗꝫ aqua: videtur ꝙ incōuenienter eorum mentioneꝫ pretermiſit. ¶ Preterea cuilibet corpori debetur locus naturalis ẜm exigentiam ſue forme. Unde commen. dicit in octauo phyſicoꝝ: ꝙ quanto ignis accipit de ſpecie in generatiōe

tantum habet de vbi: ſed aqua etiam ante tertium diem formam naturalem habuerat: quod patz ex ſcriptura: que ipſius aque in principio mentionem facit. ergo a principio creationis in ſuum locum tendebat ergo non videtur 3ͤ diei opꝰ congregatio aquarū in vnum locum. ¶ Preterea. in elementis eſt talis ordo ꝙ ſubtiliꝰ ſe habet ad minꝰ ſubtile: ſicut continens ad contentum. vnde ignis continet aerē: ⁊ aer aquā ſed aqua etiam eſt ſubtilior terra. ergo aqua deb3 totam terram continere: ⁊ non in vnam partem eiꝰ congregari. ¶ Preterea. a loco in quem mouetur corpus naturaliter: non poteſt moueri niſi violenter: vt in ſecūdo ce. ⁊ mun. habetur. Si ergo aqua naturaliter congregatur in vnaz partem terre: videtur ꝙ ad alias partes defluere non poſſet: niſi violenter. Nullus autem motus violentꝰ eſt perpetuus: vt in primo ce. ⁊ mun. dicitur. Cum ergo ex mari: quod dicitur locꝰ congregationis aquarū: indeficienter aqua ad reliquas partes terre deriuetur: quod ipſa perēnitas fluuiorū oſtēdit: videtur ꝙ non naturaliter aq̄ in vnum locum congregentur: ⁊ ita inconuenienter talis congregatio in inſtitutione nature commemoratur. ¶ Preterea. in loco naturali vnūquodq3 elementum eſt purum ⁊ ſimplex. ſed aqua in mari nō videtur eſſe purum elementū: quod ipſa ſalſedo oſtēdit: cū aqua de natura ſua ſit inſipida. ergo videt ꝙ non naturaliter in locū. vnū. ſ. in mare aque congregentur. ⁊ ſic idē quod prius. ¶ Preterea. plante videntur ad ornatū terre pertinere. ſed ad ornatum deputantur tres vltimi dies. ergo in opere tertie diei de ꝓductione plantarū mentio facienda nō erat. ¶ Preterea. herbe quedā vel plante non videntur in tertia die eſſe ꝓducte. ſed poſt peccatū hominis. vt habet Gene. tertio. Spinas ⁊ tribulos germinabit tibi. ergo videtur ꝙ inconuenienter in tertia die dicatur terrā herbam virentem ꝓtuliſſe: cū hoc non ſit vniuerſaliter verum. ¶ Preterea. ſicut plāte generantur in terra: ita etiam et corpora mineralia. ergo videtur ꝙ inſufficienter rerum productionē determinet ſcriptura: cum in hac die de mineralibꝰ mentio non fiat. ¶ Reſpondeo dicēdo: ꝙ opꝰ diſtinctionis attendit ſm hoc ꝙ corporibꝰ que ſūt elementa mundi: conferūtur virtutes vniuerſaliter ad naturales effectꝰ mouentes: cuiuſmodi ſunt qualitates actiue ⁊ paſſiue elementorum. ⁊ ideo huiuſmodi qualitates in inferioribꝰ elementis tertia die collate intelliguntur: quibꝰ adinuicem ⁊ ꝓprietate ⁊ ſitu ſeparantur: eo ꝙ inter qualitates elementares etiam grauitas ⁊ leuitas continentur: que ſunt principia motus elementorum ad ꝓpria loca: ⁊ etiā quietis naturalis eorū in eiſdem: ſicut caliditas ⁊ frigiditas ſunt principia alterationis. ⁊ ideo ex collōne talis virtutis dicuntur aque tertia die in vnum locū congregate.

¶ Ad primū ergo dōm: ꝙ ignis ⁊ aer ſunt elementa magis latentia: eo ꝙ non ita ſenſu percipiūtur: ſicut aqua. ⁊ ideo legiſlator rudi populo legem proponēs ex manifeſtis que tetigit: occulta intelligenda reliqt

Vel dōm vt prius dictū eſt: ꝙ aer quantum ad ſuperiorem partē cōprehenditur notitie celi: quantū vero ad inferiorem nomine aque ꝓpter ſimilitudinē humiditatis quā cū aqua habet: cuiꝰ vaporibꝰ reſolutis quodammodo aer inſpiſſatur. ¶ Ad ſecūdū dicendū: ꝙ ſicut calor ⁊ frigus non ſunt forme ſubſtātiales elementorum: ita nec grauitas ⁊ leuitas: quia non poſſent eſſe aliis corporibus accidētales. vnde ſicut forma ſubſtantialis non eſt principium alterationis: niſi mediante calore vel frigore: ita nec eſt principium motꝰ vel quietis localis: niſi mediante grauitate ⁊ leuitate. ⁊ ideo q̄uis aqua formā ſubſtantialē ex opere creationis habuerit: non tamen ex h̄ ī proprium locum congregabatur. ſed per opꝰ ſiue diſtinctionis intelliguntur hec opera ordinata ſm tempus. ſiue ſm materiam tm̄. Verbum autem commentatoris intelligendum eſt de corporibus ſm ꝙ ſūt in ſui complemento quantum ad primum ⁊ ad ſecūdū eſſe. ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ quanto aliquod elementum eſt ſubtilius: tanto eſt maius in quātitate. ⁊ ideo aer eſt maior q̄ aqua: ⁊ aqua q̄ terra. ⁊ ideo aer cōplectitur iſta duo vndiq3 complens ſphericam figuram a quo deficit aqua que quidem terram cingit. ñ totam operiens ipſam: complens quidē circulum: ſed deficiens a completione ſphere. ⁊ h̄ etiam requirit neceſſitatem finis: vt in terra poſſit eſſe habitatio animalium reſpirantium ⁊ generatio plantarū. terra vero quaſi minima in cētro cōcluditur. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ corpora inferiora preter motus ꝓprios ſequuntur quodammodo motum ſuperiorum. ⁊ quanto eſt perfectius corpus inferius: tanto magis conſequitur de motu ſuperioris: quod patet ex hoc ꝙ in corporibus celeſtibus orbis inferior preter motum ꝓpriū retinet motū ſupioris orbis quo defertur: ita etiā eſt in elementis: ꝙ ex motu corporū celeſtiū aliquid conſequuntur de motu circulari preter motus ꝓprios naturales: quod euidentiſſime apparet in reflexu maris qui ſequitur motum lune. non tamen hoc fit per motum violentum: quia dicit cōmen. in quarto ce. ⁊ mun. ꝙ motꝰ quibꝰ elementa ſequuntur impreſſiones corporum celeſtium: non ſunt violenti: cum ſit ſ3 naturalem ordinē corporū: ꝙ inferiora impreſſionē ſuperiorū ſequantur: ⁊ tāto plus q̄to perfectius fuerit in natura corpus inferius. ⁊ per hunc modū ex impreſſione celi mouētis elementa admixtionē aqua ſubingreditur terrā vt ſit apta ad generationē mineralium ⁊ animalium ⁊ plantarum: ⁊ exinde in locum ꝓprium naturali motu reuertitur: vt dicitur eccle. primo: ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur ⁊c. Ad quintum dōz: ꝙ omnia elementa in loco vbi contingunt ſe alterantur a ſua natura: vt ſit quidam motus commixtionis in terea. ⁊ exinde in mari cauſatur ſalſedo ex admixtione vaporis terreſtris ſimul cū aduſtione radii ſolaris: ⁊ hoc precipue prope terram ⁊ ī ſuperficie. In profundo enim pellagi inuenitur aqua dulcis: vt p3 ex verbis philoſophi dicentis in lib. de animalibus ꝙ quidam piſcis qui dicitur malarie inuenitur valde magnus in locis pellagoſis: in quibus abundant aque dulces. ¶ Ad ſextum dicendum ꝙ de productione plantarum videtur eſſe diuerſitas inter Auguſtinum ⁊ alios ſanctos. Auguſtinꝰ enim videtī velle: ꝙ cum dicitur producat terra herbā virentē ⁊c. Non intelligitur tunc plantas eſſe productas in propria natura: ſed tunc terre datam eſſe virtutēm germinatiuā ad producendū plantas opere propagationis. aliis autē videtur: ꝙ tunc etiā plante ꝓducte ſint. vtroq3 autē modo conuenienter productio plantarū ad opus diſtinctionis pertinet: q2 ad earū pullulationē ſufficit virtus celeſtis loco patris. ⁊ virtus terre loco matris: vt philoſophꝰ dicit. Et ſic principia communia actiua que ad opus diſtinctionis ꝑtinent ſufficiunt ad generationem plantarum: nō aūt

ad ꝓductionē animaliū ad que requiritur virt⁹ formatiua in ſemine exiſtens. vel q: quelibet res pertinet ad ornatum illius loci in quo mouet̄: ⁊ non in quo quieſcit. Plante autem radicitus infixe terre adherent. ⁊ ideo ad ornatum eius non pertinent: ſed cum ipſa cōputantur: ſicut dicit Auguſtinus ſuper Geneſim. ii. ¶ Ad ſeptimum dōm: ꝙ plante nociue ſimul etiam cum aliis producte ſunt: non tamē homini ante peccatum nociue fuiſſent diuina prouidentia ipm̄ protegente. ſed poſt peccatum in nocumentum hominis eſſe ceperūt. vnde ſignanter dicitur germinabit tibi. ¶ Ad octauū dōm: ꝙ generatio mineralium eſt occulta in viſceribus terre. ⁊ ideo non oportuit ꝺ his populo facere mentionem: ſed de his ſolum q̄ manifeſta ſūt. ¶ Preterea mineralia nō participant aliquem gradum dignitatis in entibus ſupra elementa cum vita careant: propter quod nō oportuit de his ſpecialiter fieri mentionem. Quod de aquis factum eſſe credi poteſt ⁊c. Hoc intelligendū eſt quantū ad ꝓprietatem perſpicuitatis: ⁊ non q̄ntum ad naturam corporis elementaris: ſed hoc etiam credi poteſt: q: contra fidem nō eſt. Sed ſpūs ſanctus q̄uis ⁊c. Notandū ꝙ hic auctores noſtros nominant eos qui libros canonicos ediderūt. ſ. apoſtolos ⁊ ꝓphetas: qui hec ſcribere nō curauerunt. ſed ab aliis ſanctis aſſeritur ⁊ philoſophis probatur celum eſſe ſpherice figure: quod etiam rationibus naturalibus ⁊ etiam mathematicis demōſtratur. Quē autem ſiſtet ⁊c. ꝺ hoc etiam apud philoſophus eſt duplex opinio. Ariſto. n. vult tm̄ orbes moueri: ⁊ nō ſtellas hr̄e. ſꝫ ptholo. vlt ſtellas ꝓpriū motū ꝑꝑ mot⁹ orbis. q̄uis aūt vtroq; modo motus localis celeſtibus orbibus aſcribat̄. motus tamen varians aliquid in eius ſubſtantia ab eo excluditur: ex cuius priuatione firmamentum vocatur. Poſt hec queri ſolet ⁊c. Preter hanc rationem myſticam que in littera tangitur: aliam litteralē magiſter in hiſtoriis aſſignat: quā etiam ⁊ Raby moyſes tangit. quia ſcilicet in ſecunda die medium elementum a ſupremo diſtinguebatur. ⁊ ita non erat ꝑfecta diſtinctio medii elementi: niſi etiam ab infimo diſtingueretur. ⁊ ſic patet opus ſecunde diei in tertia die conſumatū eſſe. ⁊ ideo benedictio tertie diei ad vtrunq; refertur.

De opere quarte diei quando facta ſūt luminaria.

Di decimaquinta.

Equitur dixit deus Fiāt luminaria ī firmamēto celi: ⁊ diuidant diē ac noctē. In precedenti triduo diſpoſita ē vniuerſitatis hui⁹ mundi machina ⁊ partib⁹ ſuis diſtributa. Formata. n. luce prima die que vniuerſa illuſtraret duo ſequētes dies attributi ſūt ſupreme ⁊ infime pti mūdi: firmamēto. ſ. ⁊ aeri ⁊ terre ⁊ aque. Nā ſecunda die firmamentū deſuper expanſū eſt. Tertia vero aquaꝝ molib⁹ intra receptacula ſua collectiis terra eſt reuelata atq; aer ſerenat⁹. Quatuor igitur mūdi elementa illis dieb⁹ ſuis locis diſtincta ſunt ⁊ ordinata. Trib⁹ autem ſequentib⁹ dieb⁹ ornata ſunt illa quatuor elementa. Quarto enim ornatū eſt firmamentum ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. Quinta aer ī volatilibus ⁊ aqua in piſcib⁹ ornamēta acceperūt. Sexta accepit terre iumenta ⁊ reptibilia ⁊ beſtias: poſt que omnia fact⁹ eſt homo de terra ⁊ in terra. non tamen ad terram: nec ꝓpter terram: ſed ad celum ⁊ ꝓpter celum.

Ante alia de ornatu celi agit̄ ſicut prius factū eſt.

Uia ergo celum ceteris elemētis ſpecie preſtat prius q̄ aliis factū eſt. ideo añ alia ornat̄ in quarto die quo fiunt ſydera. Que ideo facta ſunt vt per ea illuſtraret̄ inferior pars ne eſſet habitātib⁹ tenebroſa. Infirmitatiq; hominum ꝓuiſum eſt: vt circūeunte ſole potirent̄ homines diei noctiſq; viciſſitudine ꝑꝑ dormiendi vigilandiq; neceſſitatem ⁊ etiā ideo ne nox indecora remaneret. ſꝫ luna ac ſyderibus cōſolarent̄ hoīes quib⁹ ī nocte operādi neceſſitas incumberet: ⁊ q: quedā aīalia ſunt que lucē ferre nō poſſūt. Qđ aūt ſubdit̄ ⁊ ſint inſigna ⁊ tempora ⁊ dies ⁊ annos: quomodo accipiendū ſit queri ſolet. Ita eni dictū videt̄: q̄ſi quarto die cepiſſent tempora: cū tn̄ prius triduū ſine tp̄e non fuerit. Ideoq; tp̄a que fiunt ꝑ ſydera nō ſpacia morarū ſed viciſſitudinē aeree qualitatis debemus accipere: quia talia motibus ſyderum fiunt ſicut dies ⁊ anni quos vſitate nouimus. Sunt enim inſigna ſerenitatis ⁊ tēpeſtatis ⁊ in tp̄a: q: ꝑ ea diſtinguim⁹ quatuor tp̄a āni. ſ. ver. eſtatē. autūnū. ⁊ hyemē. Uel ſūt ī ſigna ⁊ tp̄a. i. ī diſtinctione horarū tp̄is. q: prius ſꝫ fieret ordo tempoꝝ nullis notabat̄ iudiciis. vel meridiana hora vel qualibꝫ hora. hec q̄rta die facta ſunt.

De opere quinte die quādo creauit deus ex aquis volatilia ⁊ natatilia.

Dixit etiā de⁹. Producāt aque reptibile aīe viuentis: ⁊ volatile ſup terrā ⁊c. Op⁹ quīte diei eſt formatio piſciū ⁊ auiū: qb⁹ duo elementa ornant̄. ⁊ ꝺ eadem materia. i. ꝺ aq̄s piſces ⁊ aues creauit. Uolatilia leuās ī aera: ⁊ natatilia remittēs gurgiti.

De opere ſexte diei quando creata ſūt animalia ⁊ reptibilia terre.

Equitur dixit de⁹. Producat terra aīam viuentē: iumēta ⁊ reptibilia ⁊ beſtias terre ſcd̄m ſpēs ſuas ⁊c. Sexte diei opus deſcribit̄ cum terra ſuis animalibus ornari dicitur.

Utrum poſt peccatum venenoſa animalia noxia facta fuerint an propter peccatum nocere ceperint prius facta innoxia.

q Queri ſolet de venenoſis animalib⁹ ⁊ ⁊ pernicioſis vtrum poſt peccatū homini s ad vindictã creata ſint: an potius creata innoxia peccatoribus nocere ceperint. Sane dici poteſt ꝙ creata nihil homini nocuiſſent ſi non peccaſſ꜒. Puniendorū nanqꝫ viciorum ⁊ terrendorum: vel probande ⁊ perficiēde virtutis cauſa nocere ceperūt. Fuerunt ergo creata innoxia: ſed per peccatum facta ſunt noxia.

Utrum minuta animalia tūc creata fuerit.

d De quibuſdā etiā minutis aīantibus queſtio eſt: vtrum in primis conditionibus creata ſint: an ex rebus corruptis poſtea orta ſint. Pleraqꝫ enī de humidorum corporum viciis vel exaltationibus: ſiue de cadaueribus gignunt̄. Quedam etiã de corruptione lignorum ⁊ herbarum ⁊ fructuum: ⁊ deus auctor omnium eſt. Poteſt autem dici ꝙ ea que de corporibus animalium maxime mortuorum naſcunt̄ cū animalibus creata non fuerint: niſi potential'r ⁊ material'r. Ea vero que extra vel aquis naſcunt̄ vel ex herbis que terra germinante orta ſunt: tūc creata fuiſſe nō incōgrue dici pōt.

Quare poſt omnia factus eſt homo.

o Quibus autem creatis atqꝫ diſpoſitis nouiſſime factus eſt homo tanqꝫ dominus ⁊ poſſeſſor: qui ⁊ omnib⁹ preferendus erat. Unde ſequitur. Uidit de⁹ ꝙ eſſet bonum ⁊ ait. Faciamus. h. ⁊c. Sed antequã de hominis creatione tractemus: quod ſupra breuiter perſtrinximus: plenius verſantes: clarius faciamus. In hac enī rerum diſtinctione catholici tractatores diſſētire: vt ſupra diximus inuenimut̄. Aliis dicentibus res creatas atqꝫ diſtinctas ſcd'm ſpecies ſuas per interualla. vi. dierum. Quorum ſententie qꝛ littera geneſis magis inſeruire videtur atqꝫ catholica eccleſia magis approbat. ideo hactenus ſtudioſe docuimus quomodo ex illa cōmuni materia prius informiter facta: poſtea rerum corporalium genera per ſex dierū volumina diſtincta ſint formata. Aliis autē videt̄ ꝙ non per interualla temporū facta ſint ſed ſimul ita formata ad eſſe prodierint. Qd' Auguſtinus ſuper geneſim plurib⁹ modis nitit̄ oſtendere: dicens elementa quatuor ita formata: ſicut modo apparent ab initio extitiſſe: ⁊ celum ſyderibus ornatum fuiſſe. Quedam vero nō formal'r ſed material'r tunc facta fuiſſe: que poſt per tēporis acceſſum formaliter diſtincta ſūt: vt herbe: arbores: ⁊ forte animalia. Omnia ergo in ipſo temporis initio facta eſſe dicunt. ſed quedam formal'r ⁊ ſcd'm ſpecies quas habere cernim⁹: vt maiores mūdi partes. quedã vero material'r tm̄. ſed vt dicunt Moyſes loquens rudi ⁊ carnali populo locutionis modum temperauit de deo loquens: a ſimili hominis qui per moras tēporum opera ſua perficit: cum ipſe omnia opera ſua fecerit. Unde Auguſtinus: Ideoqꝫ inquit moyſes diuiſim refert deum illa opera feciſſe: qꝛ nō potuit ſimul ab homine dici: qd' a deo ſimul potuit fieri. Item potuit diuidere ſcriptura loquendi temporibus: quod deus operandi temporib⁹ non diuiſit. Illi qui his auctoritatibus ⁊ aliis huiuſmodi inherētes dicunt quatuor elementa atqꝫ celi luminaria ita formata ſimul eē ⁊ habuiſſe illos ſex dies: quos ſcriptura memorat ſex rerum genera. i. diſtinctiones appellant: que ſimul facte ſunt: partim formal'r partim cauſal'r.

Quomodo intelligendum eſt deum requieuiſſe ab omni opere ſuo.

i Iam de ſeptime die requie aliqd nos eloqui oportet. Scriptum eſt quia cōpleuit deus die ſeptimo opus ſuum ⁊ requieuit die ſeptimo ab vniuerſo ope qd' patrarat. Requieuiſſe dicitur deus ſeptimo die non quaſi operādo laſſus: ſed ab vniuerſo opere requieuit: quia nouam creaturã facere ceſſauit. Requieſcere enim ceſſare dicit̄. Unde in apocalipſi. Non habebant requiē dicentia. Sanctus: ſanctus: ſanctus. i. dicere non ceſſabāt. Requieuiſſe igitur deus dicitur quia ceſſauit a faciendis generibus creature: quia vltra noua non condidit. Uſque nunc tamen vt veritas in euangelio ait. Operatur pater cum filio: ſcilicꝫ ād'miniſtrationem eorundem generum que tunc inſtituta ſunt. Creatoris enim virtus cauſa ſubſiſtendi eſt omni creature. Quod ergo dicitur pater meus vſque modo operatur: ⁊ ego operor illd'. vniuerſe creature continuam adminiſtrationem oſtendit. Die ergo ſeptimo requieuit: vt nouam creaturam non faceret vlterius: cuius materia vel ſimilitudo non preceſſerit. ſꝫ vſque nunc operat̄. vt quod condidit continere ⁊ gubernare non ceſſet.

Qualiter accipiendum ſit ꝙ deus dicitur compleſſe opus ſuum ſeptimo die cum tunc requieuit ab omni opere ſuo.

f Sed queritur quomodo ſeptimo die dicatur deus compleuiſſe opus ſuū cum ab omni opere illo die requieuerit: nec aliquod genus nouū rerū fecerit. Alia tranſlatio habet. Conſumauit deus die

ſeptimo opera ſua: que nihil queſtionis affert. quia manifeſta ſunt que in eo facta ſunt ⁊ eo die omnium conſumatio perfecta eſt: ſicut ſcriptura oſtendit cum ait. Uidit deus cuncta que fecerat: ⁊ erant valde bona. Omnia quidem naturaliter bona erant: nihilq; in ſui natura vicii habentia. Et ſunt bona que condidit deus etiam ſingula ſimul vero vniuerſa valde bona: quia ex omnibus conſiſtit vniuerſitatis ammirabilis pulchritudo in qua etiam illud quod malum dicitur bene ordinatum ⁊ loco ſuo poſitum eminentiꝰ commendat bona vt magis placeant ⁊ laudabiliora ſint dum comparantur malis. Sexta ergo die facta eſt omnium operum conſumatio. Ideo premiſſa oritur queſtio: ſcilicet quomodo dicatur deus die ſeptimo opus ſuum compleſſe: quod hebraica veritas habet. in quo tamen nihil nouum creaſſe dicit̃: niſi forte dicatur die ſeptimo compleſſe opꝰ ſuum. quia ipſum benedixit ⁊ ſanctificauit: ſicut ſubiicit ſcriptura. Benedixit die ſeptimo ⁊ ſanctificauit illum. Opus enim eſt benedictio ⁊ ſanctificatio: ſicut Salomon aliquid operis fecit cum templuꝫ dedicauit.

Que ſit ſanctificatio ⁊ benedictio ſeptimi diei.

l Llum autem diem ſanctificaſſe et benedixiſſe legitur: quia miſtica pre ceteris benedictione ⁊ ſanctificatione eum donauit. Unde in lege dicitur. Memento ſanctificare diem ſabbati. Et inde eſt ꝙ numerando dies vſque ad ſeptimum procedimus: ⁊ dicimus ſepteꝫ eſſe dies quorum repetitione omne tempus agitur: non quin alius ſit ab illis dies octauus ⁊ nonus. ⁊ ſic de ceteris: ſed quia in ſex diebus rerum genera diſtincta ſunt. Et in ſeptimo licet non fuerit nouum genus reruꝫ inſtitutum. tamen fuit in eo quaſi quidaꝫ nouus ſtatus ſanctificationis operum: ⁊ requietionis opificis. Poteſt etiam ſic exponi illud. Compleuit die ſeptimo opus ſuuꝫ. i. cõpletum ⁊ conſumatum vidit.

ſ Equitur dixit deus fiant luminaria ⁊c. Poſt opus creationis ⁊ diſtinctõis hic incipit magiſter proſequi opus ornatum Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de operibꝰ triũ vltimorum dierum qui ad ornatum deputantur. In ſecunda determinat de quiete ſeptime diei: in qua totius operis conſumatio oſtenditur. ibi. Iam de ſeptime diei requie ⁊c. Prima in duas. In prima proſequit̃ opꝰ ornatũ ſcḋm ſniam aliquoꝝ ſanctorum. In ſecunda ꝑſequitur ſententiam Auguſtini de operibꝰ ſex dierũ. ibi. Sed anteq̃ꝫ de hominis creatione ⁊c. Prima in tres ſcḋm tres dies quibꝰ opus ornatũ perficit̃. In prima enim determinat de opere quarte diei. In ſecunda de opere quinte. ibi. Dixit deus: ꝓducat aque ⁊c. In tertia de opere ſexte diei. ibi. Sequit̃ dixit deꝰ. ꝓducat terra ⁊c. ¶ Circa primaꝫ duo facit. Primo diſtinguit opera ornatus abinuicem ⁊ ab operibꝰ diſtinctionis. Secũdo proſequitur ſpecialiter opꝰ q̄rte diei. ibi. q: ergo celũ ⁊c. Tertio mouet quandaꝫ dubitationẽ ⁊ ſoluit. ibi. Qḋ aũt ſubditur ⁊ ſint in ſigna ⁊c. Sequitur dixit deꝰ ⁊c. Hic deſcribitur opus ſexte diei. Et circa hoc tria facit. Primo ponit opꝰ qḋ ſexto die factum eſt. Secundo mouet circa hoc duas queſtiones: vnam de animalibꝰ nociuis ibi. Queri ſolet de venenoſis ⁊c. Aliam de animalibꝰ ex putrefactione generantis. ibi. de quibuſdam etiam minutis ⁊c. Tertio aſſignat rõnem ordinis eius: qḋ vltimo factum eſt ad opera precedentia. ibi. Omnibus autem creatis ⁊c. Iam de ſeptime die reqe ⁊c. Hic magiſter proſequitur ea que ad ſeptimũ diem pertinent. ⁊ circa hoc tria facit. Primo oſtendit quomõ intelligatur auctoris requies. Secũdo quomodo intelligatur operis cõſumatio. ibi. Sed querit̃ quõ ſeptima die ⁊c. Tertio oſtẽdit quomodo intelligatur ipiꝰ diei ſanctificatio. ibi. Illum aũt dieꝫ ſanctificaſſe ⁊c. Hic tria querunt̃. Primo de productione ſtellarum que ad quartum diẽ pertinet. Secũdo de productione animalium que pertinet ad quintum ⁊ ſextum. Tertio de quiete opificis que pertinet ad ſeptimum. ¶ Circa primum queruntur tria. Primo de ipſa ꝓductione ſtellarum. Secundo de effectu earum in inferiora corpora. Tertio de effectu earum in ea q̃ ſũt ex libero arbitrio.

a D primum ſic proceditur. videtur ꝙ ſtellaꝝ productio incompetẽter deſcribatur. Ea. n. que ſunt priora ſcḋm naturam per prius ab ordinatiſſimo auctore prodiere. ſed ſol ⁊ alie ſtelle naturaliter precedunt inferiora corpora: ſicut mouens precedit motum ⁊ agens paſſum. ergo inconuenienter deſcribitur productio ſolis ⁊ aliarum ſtellaꝝ poſt diſtinctionẽ inferiorum elementorum. ¶ Preterea. ſcḋm philoſophum in ſecundo celi ⁊ mundi. Stelle ſũt partes orbium immobiles in orbibus permanentes per eorum motum delate. Sed plante dicuntur ad ornatum non pertinere: q: terre affixe ſũt: ergo videtur ꝙ nec etiam ſtelle. ¶ Preterea. ſicut probant aſtrologi multe ſtelle ſunt maiores luna. Sed cum dicitur eſſe duo magna luminaria diſcretiue intelligitur excedens magnitudo. ergo videtur ꝙ inconuenienter h̃ de luna dicatur. ¶ Preterea. luminare vr̃ dici quod eſt vas luminis ſꝫ illḋ corpꝰ dr̃ vas lumis qḋ a ſe lumẽ hꝫ: qḋ lune non ꝯpetit. quã a ſole illũinari eclypſis lune ⁊ augmentatio ⁊ diminutio oſtendit. ergo videtur inconuenienter luna luminare dici. ¶ Preterea. vnumqḋq; luminare tempori illi preeſſe videtur in quo appareat. ſed luna quandoq; ẽt in die apparet. ergo non debet dici ſolum nocti preeſſe. ¶ Preterea. nobilius nunq̃ꝫ eſt propter vilius ſe: ſed non niſi abſurde dici poteſt minuta animalia: que lucem ſolis ferre non poſſunt: luna ⁊ ſyderibꝰ digniora eſſe. ergo videtur inconuenienter in litterra dici. ideo factam eſſe lunam ⁊ ſydera vt lucerent ꝓpter talia animalia. ¶ Reſpondeo dicendo: ꝙ ſicut

ſupra dictum eſt: preter principia communia actiua in tota natura exiguntur determinate virtutes mouentes ad determinatas ſpecies: ⁊ hmõi virtutes ꝑ opus ornatus rebus indite ſunt.. Sicut autem actõ virtutum inferiorum communiter agentium reducitur in virtutem celeſtem actiuaꝫ vniuerſaliter: ita etiam virtutes que ſunt in inferioribus mouentes ad determinatas ſpecies reducuntur in aliquas virtutes celeſtes determinatas. ⁊ huiuſmodi virtutes determinate conſiſtunt precipue in ſtellis que ſcḋuꝫ diuerſos aſpectus ⁊ coniunctiones imprimũt ad determinatas ſpecies vt dicit commentator in vndecimo methaphyſice. vnde virtutes inferiores ſũt ſicut inſtrumenta virtutum ſuperiorum: vt dicit commentator in octauo phyſicorum. ⁊ ideo vt ordo ornatus diſtinctionis ordini reſponderet primo ponitur ornatus ſupremi elementi ſecundum productionem luminariũ in qb⁹ determinate vtutes conſiſtunt. ſecundo ornatus medii elementi per formationem piſcium ⁊ auium. tertio ornatus infimi elementi in ꝓductione animalium terreſtrium.

¶ Ad primuꝫ ergo dicendum: ꝙ ħ qḋ dicitur Fiant lũinaria in firmamento celi: non intelligitur ꝙ huiuſmodi corpora luminarium ſecundum eſſe ſuũ ſpecificum ex preiacenti materia facta ſint. ſed corũ ſubſtantia prius exiſtente tunc primo virtutes determinate eis collate ſunt: ex quo vltimum complementũ ſui acquiſiere. Hec autem determinate virtutes corporum celeſtium non reſpondent communibus virtutibus que ſunt in elementis: ſed proprijs que ſunt in determinatis rebus: vt ſicut lucis productio elementorum diſtinctionem preceſſerat: ita luminariuꝫ inſtitutio precederet naturalium ſpecierum diuerſitatem. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ ad productionem plantarum ſufficiunt communes virtutes elementorum: que ex diuerſa commixtione elementoruꝫ diuerſimode ſpecies ſortiuntur: quod in animalib⁹ perfectis accidere non poteſt: ꝗuis quidam philoſophi hoc poſuerint. ⁊ hec eſt cauſa quare plante ad opus diſtinctionis pertinent. Unde nõ oportet ꝙ ſtelle pertineant ad opus diſtinctionis: in quibus ſunt virtutes mouentes ad determinatas ſpecies. Uel poteſt dici: ꝙ ſtelle ⁊ ſi non mouentur in celo ꝑ ſe mouentur tamen cum orbibus ſuis. plante vero nec ꝑ ſe nec cum alia mouentur. ¶ Ad tertium dcḋm ꝙ ſol dicitur magnum luminare ⁊ propter quantitatem et propter virtutem. Luna vero dicitur magnuꝫ: nõ tãꝫ propter quantitatem veram ꝗꝫ propter quantitateꝫ apparentem ⁊ propter exceſſum claritatis reſpectu aliaruꝫ ſtellarum ex propinquitate eius ad nos ⁊ propter euidentiaꝫ effectus queꝫ habet in rebus humidis. ¶ Ad quartũ dicenduꝫ: ꝙ ſicut philoſophi ꝓbant: ⁊ etiaꝫ Dioniſius aſſerit in quarto capitulo de diuinis nominibus. a ſole illuminantur omnia corpora ⁊ ſuperiora ⁊ inferiora: ⁊ non tantuꝫ luna. nec tñ hoc impedit quin alia corpora luminaria dicantur: quia cum lumen ſolis vt Dioniſius dicit recipiantur diuerſimode in diuerſis corporibus ſecundũ eorum proportioneꝫ quedam corpora recipiunt lumen predictuꝫ: vt lucentia ⁊ radios emittentia: ſicut luna ⁊ ſtelle ⁊ talia poſſunt luminaria ⁊ vaſa lũinis dici. quedam auteꝫ recipiunt non vt radios ex ſe emittentia. ⁊ hoc dupliciter: vel in profũdo vt aer: vel ĩ ſuperficie vt corpora opaca: quoꝝ neutrũ luminare dici põt. ¶ Ad quintũ dcḋm ꝙ ꝗuis luna in die appareat: non tñ lumen ſeius in die dominatur ꝓpter preſentiã maioris lũinis: ⁊ iḋ dicit noctĩ preeſſe nõ diei.

¶ Ad ſextũ dcḋm: ꝙ aliqd põt eſſe ꝑꝑ aliud dupliciter. aut qꝛ ordinat̃ ad ipſum ſicut ad finẽ proprium ⁊ principalẽ: ⁊ ſic inconueniens ẽ dicere ꝙ aliquid ſit propter vilius ſe: vt luna ⁊ ſtelle propter noctuas et veſpertiliones: cum finis potior ſit his que ſunt ad fineꝫ. Alio modo poteſt dici aliquid eſſe propter aliud: cui ex ipſo prouenit aliqua vtilitas: eo modo quo poſſet rex dici propter ruſticuꝫ: ex cuius regimine ꝓuenit ei pax. ⁊ per hunc moduꝫ eſt intelligendum qḋ in littera dicitur. omnes enim vtilitates que ex corporibus celeſtibus proueniunt in inferioribus ſunt a deo prouiſe qui corpora illa inſtituit.

a Ad ſecunduꝫ ſic ꝓceditur. videtur ꝙ corpora celeſtia non habeant aliquem effectum in inferioribus corporibus. Primo per hoc qḋ ĩ littera dicitur: ꝙ facta ſũt huiuſmodi corpora vt ſint in ſigna. Signuꝫ autem contra cauſaꝫ diuiditur. ergo videtur ꝙ non ſint cauſe aliquorum que in inferioribus contingunt. ¶ Preterea. Damaſcenus dicit. Nos autem dicimus ꝙ ipſa. ſ. corpora celeſtia nõ ſunt cauſa generationis eorum que generantur neqꝫ corruptionis eorum que corrumpuntur. ſed generatio ⁊ corruptio ad corporalia pertinent. ergo videt̃ ꝙ nec in corporalibus effectum habeant. ¶ Preterea. neceſſitas effectus procedit ex neceſſitate cauſe vt in quinto metaphyſice philoſophus dicit. Sꝫ motus corporum celeſtium ⁊ diſpoſitiones eoruꝫ ſũt de rebus neceſſariis ⁊ inuariabilibus: vt etiam dicit Dioniſius in epiſtola ad Policarpum. Si ergo ex corporibus celeſtibus cauſarentur alteratiões ⁊ motus corporum inferiorum oporteret ꝙ in inferioribus omnia ex neceſſitate contigerent. Hoc auteꝫ apparet eſſe falſum. ergo ⁊c. ¶ Preterea. omne agẽs agit ſibi ſimile. ſed corpora ſuperiora non afficiuntur qualitatibus inferiorum corporum. ſ. calore ⁊ frigore: vt philoſophus probat. ergo videtur ꝙ non poſſint eſſe cauſa motuum ⁊ alterationuꝫ ad has formas Si dicatur ꝙ cauſant calorem per motum ⁊ per naturam lucis. ¶ Contra. vbi eſt eadem cauſa ⁊ idem effectus. Sed omnia corpora celeſtia communiter motus ⁊ lumen habent. ergo omnia haberent eundẽ effectum: quod eſt contra omnes qui ponunt cauſalitatem corporum celeſtium ſuper inferiora cum quedam eorum dicantur effectiue calida vt ſol: quedaꝫ vero frigida: vt ſaturnus ⁊ luna. ¶ Preterea. cum mouens ⁊ motum oporteat eſſe ſimul ⁊ agens ⁊ paſſum: vt probatur in ſeptimo phyſicorum non poteſt ab vno extremo prouenire actio in alterum niſi per impreſſionem factam in medio. ſed inter ſtellas ſuperiores ⁊ corpora inferiora ſunt medii orbes planetarum. cum ergo illi orbes non recipiant impreſſionem caloris ⁊ frigoris: non videtur ꝙ ad minus a ſuperioribus ſtellis aliqua impreſſio in inferiora corpora fiat: nec etiam ab aliquo planetarum: niſi forte a luna. ¶ Sed contra eſt quod dicit Auguſtinus in libro de ciuitate dei. Non vſqꝫquaque abſurde dici poteſt ad ſolas corporum differentias afflatus queſdam ſydereos peruenire. Dioniſius etiã dicit ĩ q̃rto capitulo de diuinis nominibus de radio ſolari tractans: generationem viſibiliũ corpoꝝ ꝯfert: ⁊ ad vi-

tam ipſam mouet ⁊ auget ⁊ nutrit ⁊ pficit. h etiā ipſe
ſenſus oſtendit precipue quantum ad effectuz ſolis
⁊ lune. ¶ Reſpondeo, dō ꝙ circa hāc qōnez fuit mul
tiplex error. Quidam eniz antiqui naturales non in
telligentes aliquam ſubſtantiam preter corpora eſſe
ea que ſunt nobiliſſima in corporibus poſuerunt eſſe
nobiliſſima in entibus. vnde etiaz ſcientiam natura
lē primam ſcientiaruz dicebant vt in. iiij. metha. dr̄.
et propter hoc corpora celeſtia deos appellabāt cre
dentes etiam ea eſſe animata q: ⁊ ipſam animā cor-
pus eſſe dicebāt vt in primo de anima pz. ⁊ iō ſeque
batur corpora celeſtia habere primam influentiam
in inferiora corpora ex ſe ⁊ non ab alio: ⁊ hec fuit cā
in Anteus ydolatriam. Sed h poſitio oſtenditur er-
ronea non tantum per ſcripturas ſanctas: ſed etiam
per rationes philoſophorum qui ſubās intellectua-
les primas eſſe probauerunt quarum vnam eſſe pri
mam omnium oſtendunt. ſ. deum. Alia poſitio ē quo
rundam philoſophorum qui quidem concedunt no
biſcum corpora celeſtia non eē primas cās inferio
rum ſed ipſa eſſe ab alio habere ⁊ virtutem agendi.
dicunt tamen ꝙ eſſe corporum inferiorum procedit
a deo mediantibus corporibus celeſtibus. vnde
et materiam elementorum Auicenna dicit a ſub-
ſtantia celi cauſari: ⁊ hoc vt oſtendat omnia a deo
ſecūdū ordinem proceſſiſſe. ſ. animas mediantibus
intelligentiis ⁊ corporalia mediantibus ſpiritualib⁹
⁊ corruptibilia mediantibus incorruptibilibus. Sz
hec poſitio erronea eſt ⁊ contra fidem que ponit de-
um ſolū materie ⁊ omnium rerum creatorem eſſe vt
ſupra dictum eſt. ¶ Aliorum poſitio eſt ꝙ omnino
nullum effectuz in corporibus habent. Sed hoc om
nino eſt contra ſenſum ⁊ contra ſanctorum auctorita
tes. Et ideo aliter dicendum eſt ꝙ ſm Auicennam
duplex eſt agens. ſ. agens diuinuz quod eſt dans eē
⁊ agens naturale quod eſt tranſmutans. Dico ergo
ꝙ primus modus actionis ſoli deo conuenit: ſed ſe-
cundus modus etiam aliis conuenire poteſt. ⁊ per
modum iſtum dō eſt corpora celeſtia cauſare genera
tionem et corruptionem in inferioribus in quantuz
motus eorum eſt cauſa omnium inferiorum mutatio
num. Sed cuz omnis motus ſit actus motoris ⁊ mo
ti oz ꝙ ī motu relinquat virtus motoris ⁊ vr⁹ mobil'.
vnde ex ipſo mobili quod corpus eſt habet virtutez
mouendi inferiora corpora ad diſpoſitiones corpo
rales: ex parte aūt motoris qui eſt ſubſtantia ſpiri-
tualis quecūqz ſit illa habet virtutem mouendi ad
formas ſubſtantiales ſm quas eſt eſſe ſpecificuz qđ
diuinum eſſe dicitur. relinquitur autem virtus ſpiri
tualis ſube in motu corporis celeſtis ad modū quo
virtus motoris relinquitur in inſtrumento: ⁊ p hunc
modum omnes forme naturales deſcendunt a for-
mis que ſunt ſine materia vt Boetius dicit in libro
de tri. ⁊ cōmen. in. xi. metha. ſicut forme artificiato-
rum ab artifice. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ cō
tingit aliquando idem eſſe ſignum ⁊ cām: cāz inquā
tum operatur ad effectum: ſignum inquantum ſen-
ſibus repreſentatum in cognitionem effectus ducit.
Vnde per hoc ꝙ dicuntur ſigna non excluditur eo-
rum cauſalitas quam tamen ſcriptura ſubticuit ne
ydolatrie aliqua occaſio daretur ad quam tunc tem
poris homines proni erant. ¶ Ad ſecundum dicen
dum ꝙ Dama. intendit negare a corporibus celeſti
bus illam cauſalitatem que ydolatriam inducebat

vt patet ex predictis. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ
impreſſio alicuius agentis non recipitur in aliquo
niſi per modum recipientis: ⁊ quia natura inferior
eſt talis que impediri poteſt ⁊ deficere ī minori par
te, Ideo impreſſiones corporum celeſtium non reci-
piuntur in corporibus inferioribus ſecundum neceſ
ſitatem vt ſemper: ita eueniat ſed vt in pluribus. ſi
cut expreſſe habetur a philoſopho in fine de ſomno
et vigilia. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ ſimilia ſunt
que in eadem forma communicant: ſed contingit ꝙ
illam formam non vniformiter participant quedaz
quia quod eſt in vno deficienter: in altero eſt eminē
tius. ⁊ h oportet inueniri ſecundum Dyoniſium in
omnibus cauſis eſſentialibus. ⁊ ideo ipſe dicit ꝙ ſol
vniformiter pre accepit in ſe omnia ea que diuiſim
per eius actionem in aliis cauſantur: ⁊ ſecundū hoc
dico ꝙ calor ⁊ frigus ⁊ huiuſmodi inueniuntur ī cor
poribus celeſtibus nobiliori modo ꝙ̄ in elementis
non ꝙ in iſtis qualitatibus afficiantur ⁊ denominen
tur: ſed ſunt in eis ſicut in virtute actiua ⁊ talis ſimi
litudo ſufficit ad actionem agentis non vniuoce.
¶ Ad quintum dicendum ꝙ lux quantum eſt de ſe
ſemper eſt effectiua caloris etiam lux lune. Vnde di
cit philoſophus in li. de animalibus ꝙ noctes pleni
lunii ſunt calidiores. ſed preter naturam lucis que
communis eſt omnibus corporibus celeſtibus que-
libet ſtella habet virtutem determinatam conſequē
tem ſuam ſpeciem ratione cuius lux eius ⁊ motus
habet vel infrigidare vel humectare: ⁊ ſic de aliis
ſicut etiam ⁊ preter motum communem qui eſt mo-
tus diurnus quilibet orbis habet motum proprium.
¶ Ad ſextum dicendum ꝙ cuiuſlibet agentis habē
tis ſitum actio prius recipitur in medio ꝙ̄ in termi-
no non tamen oportet ꝙ recipiatur in vtroqz eodez
modo: ſed ſecundum ꝙ exigit diſpoſitio vtriuſqz ſi-
cut ponit exemplum cōmen. in octauo phiſicorum
de piſce qui retentus in rethi ſtupefacit manum pre
ter hoc ꝙ ſtupefaciat rethe que ſtupefactionis ca-
pax non eſt ⁊ tamen ſecundum aliquem modum
rethe alteratur ex virtute piſcis: ita etiam oportet
ꝙ virtutes ſuperiorum ſtellarum prius recipiantur
in mediis orbibus ꝙ̄ in inferiora corpora ꝙ̄uis non
eoſdem effectus vtrobiqz habeant.

a — Ad tertium ſic proceditur. videtur ꝙ cor-
pora ſuperiora habeant cauſalitatem eti-
am ſuper motus li. ar. Dyoniſius enim in
quarto capitulo de diuinis nominibus de
corporibus celeſtibus tractans ea inquit que ſunt in
tempore determināt ⁊ numerant ⁊ ordinant ⁊ conti-
nent: ſed opera que ſunt ex li. ar. ſunt in tempore. er-
go determinantur. ⁊ ordinantur virtute corporum
celeſtium. ¶ Preterea omne quod non eſt eodem
modo ſe habens oportet reducere in cauſam ſemper
eodem modo ſe habentem quia contingentia proce
dunt ex neceſſariis ⁊ difformia ab vniformibus: ſed
actus ex li. ar. dependentes maxime ſunt variabiles
ergo oportet eos reducere in motus celeſtes ſicut in
cauſas vniformes. ¶ Preterea ſicut ſe habet mo-
uens ⁊ mobile: ad aliud mouens ⁊ mobile: ita ſe habz
motus ad motum: ſed motor corporis celeſtis eſt
nobilior motore corporis humani ⁊ potens in ipſum
imprimere ⁊ ſimiliter corpus celeſte in corpus hu-
manum. ergo ⁊ motus celeſtis eſt aliquo modo cauſa
operum humanorum que ex li. dependent ar.

¶ Preterea precognitio aliquorum futurorum non poteſt accipi niſi ex illis in quibus illa futura ſunt aliquo modo ſicut in cauſis ſiue per ſe cognoſcantur ea uſe ille ſiue per aliquos effectus qui dicuntur eorū ſigna ⁊ per conſequens aliorum effectuum: ſed precognitiones operum humanorum ex libertate ar. dependentium accipiuntur ex motibus celeſtibus. ſicut patet ex aſtrologis qui multa de hiis diuinando predicunt. ergo videtur ꝙ corpora celeſtia habeant cauſalitatē ſuper ea que ex libertate ar. dependēt. ¶ Sed contra. ſicut dicit philoſophus in tertio de anima agens oportet eſſe preſtantius paciente: ſed corpus celeſte eſt multo inferius in ordine entium ꝙ̄ anima rationalis. ergo non poteſt in ipſa agere vt cauſet aliquem effectum eius. ¶ Preterea vt probat philoſophus in tertio ethicorum in nobis eſt bonos vel malos eſſe ſed boni vel mali efficimur per actus noſtros. ergo in nobis eſt ꝙ nos actus noſtros faciamus. ergo non cauſantur ex aliqua virtute impreſſionis celeſtis. ¶ Reſpondeo dicendum ꝙ cū propria rei operatio ſequatur naturam ipſius: illud tantum cauſa operationis eſſe poteſt: quod aliquo modo naturam in eſſe producit. et ideo cum actus ex libertate ar. procedentes ex hoc ꝙ voluntarij ſunt et in poteſtate noſtra actus humani proprie dicantur: non poſſunt in aliquam cauſam directe reduci que ipſius anime cauſa non ſit: ⁊ ideo ſecundū diuerſas poſitiones de cauſalitate rationalis anime conſecute ſunt diuerſe opiniones de operibus humanis.

¶ Quidam enim antiqui philoſophi ſenſum ⁊ intellectum idem eſſe dixerunt in tantum ꝙ ſicut ex tranſmutatiōe corporis tranſmutatur ſenſus ita etiā amitteretur itellect⁹ vt de Democrito philoſophus narrat ⁊ cum omnes virtutes corporales ex corpore dependentes reducantur in virtutes primorum corporū ſicut in cauſis: ſequebatur ꝙ corpora celeſtia directe cauſalitatem haberent ſuper animam rationalem ⁊ per conſequens ſupra operationes eius. vnde ponebant ꝙ qualis vnuſquiſqꝫ eſt ſecundum diſpoſitionem quam ex natiuitate ſortiebatur ſecundum impreſſionem ſuperiorum corporum talis finis videbatur ei: ⁊ ſecundum hoc diuerſificabant electiones hominum: quibuſdam hoc quibuſdam aliud eligentibus. hec autem poſitio reprobata eſt a philoſophis ⁊ quantum ad cauſam. quia probauerunt intellectum non eſſe virtutem corporalem nec actum eius proprium organo corporali expleri: tum etiam quantum ad id quod ſequitur oſtendentes bonam vel malam electionem in noſtra poteſtate eſſe alias iniuſte darentur pene vel premia. Similiter etiam damnata eſt a ſanctis tanꝙ̄ fidei contraria.

Alij vero philoſophi ponentes intellectum a ſenſu differre in hoc ꝙ ad corpus non dependet nec corporali organo ſuum actum explet dixerunt nullam virtutem corporalem cauſalitatem ſuper intellectū humanum habere: ſed omnino ab extrinſeco eſſe: et ideo etiam electionem humanam non dependere ex corporibus celeſtibus niſi per accidens in quantum videlicet ex diſpoſitione corporis quā impreſſio celeſtis relinquit aliquo modo anima inclinatur ad ſequendum affectiones corporis per modū quo paſſiones corporales rationem inclinant: ⁊ quandoqꝫ deducunt. Sed tamen quia ponunt animas humanas creari a deo mediantibus intelligentijs ponunt ꝙ motores orbium cauſent ipſos motus volūtatis preter ordinem motus vt Auicen. dicit in fine met ha. ſiue ꝙ varietas operum voluntatis reducitur. ſicut in cauſam in conceptiones vniformes motorum celeſtium: nec tamen ponunt ꝙ tollatur libertas electionis cum impreſſio recipiatur per modū recipientis: Hec etiam poſitio falſa eſt et contra fidem que immediate animas humanas a deo creari ponit. vnde relinquitur ꝙ electionis humane nō ſit cauſa per ſe loquendo neqꝫ corpus celeſte neqꝫ anima eius vel intelligentia mouens ipſum: ſed ſolus deus qui operatur omnia in omnibus. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ actus li. ar. non ſunt temporales niſi per accidens in quantū. ſ. habent ordinē ad virtutes corporales a quibus ratio ſcientiam accipit ⁊ voluntas earum paſſionibus inclinatur.

¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ motus voluntatum reducitur in vnam cauſam vniformem: ſed illa cauſa non eſt motus celeſtis aut aliqua virtus creata ſꝫ ipſa voluntas diuina a qua eſt omnis voluntas.

¶ Ad tertium dicendum ꝙ actuum qui dependēt ex li. ar. quidam in ſola electione conſiſtunt ſicut interiores actus ⁊ in hos non habent cauſalitatem celeſtia corpora niſi forte per modum diſpoſitionis ſꝫ ꝙ ex qualitate corporis inclinatur anima ad hanc vel ad illam electionem: ⁊ ſi etiā poneretur ꝙ cēnt ex impreſſione ſuperiorum motorū h eſſet preter ordinem motus quod tamen falſum eſt niſi deum immediate celos mouere dicamus. Alij vero motus ſunt per organa corporalia cōpleti vt ambulare ⁊ huiuſmodi: ⁊ ſup hos actus non eſt dubium motus corporum celeſtium cauſalitatem habere non quidem a parte illa qua ſunt a voluntate imperati: ſꝫ ſm ꝙ cōſiſtunt i executione corporis cum omnes motus inferiorum reducantur in ſuperiores motus ſicut in cāsa.

¶ Ad quartum dicendum ꝙ ſicut dictū eſt electio anime multum inclinatur ex complexione corporis. vnde etiam medici iudicant aliquem eſſe inuidum vel triſtem vel laſciuū vel aliqd huiuſmodi quorū iudicia frequenter vera ſunt eo ꝙ vt in pluribus ratio paſſionibus ſuccumbit ⁊ ab eis deducitur ꝙ̄uis non de neceſſitate eo ꝙ ratio imperium ſuper paſſiones habet. ⁊ per hunc etiam modum ex motibus corporum celeſtium aliqua poſſunt de operibus humanis preſciri cum non ſit dubium diſpoſitiones corporis humani impreſſiones corporum celeſtium ſequi ꝙ̄uis talibus predictionibus non ſit tutum nimis intendere vt dicit Auguſtinus. ij. ſuper Gene. cū plerūqꝫ aſtrologi de futuris vera prenuntient non tam ex ſignis celeſtibus ꝙ̄ ex occulto demonis inſtinctu quem humane mentes interdum neſcientes patiuntur: ⁊ ſic cum huiuſmodi diuinationibus quodammodo fedus initur.

d Einde queritur de productione animalium que ad quintam ⁊. vi. diem pertinet. et circa hoc queritur duo. Primo de materia ipſorum. Secundo de locis que eis ornari dicuntur.

a Ad primum ſic proceditur. videtur falſū eſſe quod dicitur quedā animalia ex aqs quedam ex terris materiam ſuſcepiſſe. Corpus enim cuiuſlibet animalis oportet eſſe ſenſibile: ſed nihil eſt ſenſitiuum ſine ca-

lore vt philoſophus dicit in ſecūdo de anima. ergo in corporibus animalium precipue debet ignis dominari qui eſt fons caloris. ¶ Preterea inter omnia corpora iferiora ſunt nobiliſſima corpora animalium quod patet ex hoc ꝙ nobiliſſimam perfectionem ſortiuntur .ſ. animam. cum ergo corpora rariora .ſ. ignis et aer ſint nobiliora quaſi plus habentia de ſpecie ⁊ minus de materia videtur ꝙ ex ipſis precipue animalium corpora conſtare debeant.

¶ Pre. vt dicit philoſophus i quarto methaurorum quecunq; ex calido condenſantur terre ſunt magis que vero ex frigido aque: ſed corpora omnium animalium condenſantur ex calore digerēte ⁊ humores in membra conuertente. ergo non videtur eſſe aliquod animal in quo dominetur aqua. ¶ Preterea vnicuiq; corpori mixto debetur locus ſm elementū predominans in ipſo vt dicitur in primo celi ⁊ mundi: ſed locus auium eſt aer vt in littera dicitur. ergo videtur ꝙ non aqua: ſed aer precipue in auibus dominetur. ¶ Sed contra eſt quod in littera dicitꝰ ꝙ ex aqua piſces ⁊ aues producuntur: ex terra autem alia animalia. ¶ Reſpondeo dō ꝙ elementum predominari in aliquo corpore poteſt intelligi dupliciter vel ſm ſuum genus vel quantum ad id quod eſt proprium illi corpori in genere illo. cum enim alicui generi deputatur aliqua complexio: hoc non eſt ſm aliquē indiuiſibilem gradum: ſed ſm latitudinem quādam ita ꝙ eſt inuenire aliquos terminos vltra quos non ſaluatur complexio illius generis: ſed inter illos terminos eſt multa diuerſitas ſm ꝙ acceditur ad vnū vel ad alterum. verbi gratia. complexio debita corpori humano eſt complexio temperatiſſima: ⁊ tamen ſunt multi gradus temperamenti ſecundum quos quidam dicuntur melancolici quidam colerici: ⁊ ſic de aliis ſm propinquitatem ad terminos complexionis humane ſpeciei vel in calore vel in frigore. ita tamē ꝙ eſt aliquis gradus caloris vel frigoris quē nō trāſit humana complexio. Dico ergo ꝙ ſi loquimur de elemento predominante in corpore animalis quantum ad complexionem conſequentem ipſum genus oportet ꝙ elementa inferiora groſſiora ſecundū quātitatem excedant elementa ſubtiliora que tamen excedunt ſecundum virtutem ſcilicet ſm calidum ⁊ humidum in quo vita conſiſtit que ſunt qualitates principales ignis ⁊ aeris. cum enim corpora animalium debeant eſſe aliis temperatiora ⁊ magis a cōtrariis remota vt per equalitatem complexionis nature corpori celeſti aſſimilata perfectionem magis ſimilem ſortiantur virtuti que mouet celos; oportet inferiora elementa que ſunt minus actiua eo ꝙ habent plꝰ de materia ⁊ minus de forma ſecundum quantitatē excedere vt virtutis defectum ſuppleat quantitatis exceſſus: ſed tamen cōplexio in qua ſaluatur natura animalis habet multas diuerſitates ⁊ ſm ꝙ accedit ad vnum extremum vel ad alterum dicitur in altero dominari hoc vel illud elementum.

¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ ignis dominatur ſm virtutem in corpore ſenſitiuo eo ꝙ calor eſt inſtrumentum anime non tamen poteſt eſſe ꝙ ignis dominetur ſecundum quantitatem materie eo ꝙ cum ſit maxime actiuus alia elementa conſumeret. ⁊ ideo nō dicitur animalis corpus ex igne materialiter formatum. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ in quolibet genere tanto aliquid eſt nobilius quanto magis accedit ad nobiliſſimum in genere illo. ⁊ ideo ſimpliciter loquendo per reſpectum ad vltimam perfectionem equalis perfectionis in quo ſecundum quantitatem excedunt corpora groſſiora eſt nobilius corpore ignis vel aeris: quia nihil eſt corpori celeſti ſimilius. ſed nihil prohibet quantum ad aliquas virtutes corporales vt calorem ⁊ frigus ⁊ huiuſmodi ſubtiliora corpora nobiliora eſſe. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ in corporibus omnium animalium ſimpliciter dominatur terra ſecundū quantitatem eo ꝙ aqua eſt quaſi continuans partes vt non cōminutionē ſz commixtionem faciant: ſed illa animalia que plus habent de aqua aliis animalibus dicuntur ex aqua cōſtare penſata eorum propria complexione ſecundum comparationem ad complexionem debitam generi cōmuni ⁊ ſecundum hoc ex aqua dicuntur eſſe piſces quantum ad id quod in ea groſſius eſt. Aues autem quantum ad id quod in ea ſubtilius eſt quod quidem in vapore reſolutum eſt quaſi medium inter aerem ⁊ aquam ⁊ propter hoc aues in aere eleuantur ⁊ piſces gurgiti remittuntur. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ philoſophus loquitur de loco naturali qui ē terminus motus naturalis: ⁊ in quo naturaliter quieſcit corpus ſic etiam aer non eſt locus auium quia non in aere: ſed in terra quieſcunt ſed eſt locus eorum ſecūdum motum aīalem cuius principium non eſt grauitas ⁊ leuitas.

D ſecundum ſic proceditur. videtur ꝙ incon
a ueniēter ornatus trium elementorum ſecūdum tria genera animalium deſcribatur. Ignis enim eſt principalior inter elementa: ſed ei nullus ornatus aſſignatur. ergo videtur ꝙ inſufficienter ornatus elementorum aſſignetur. ¶ Preterea locus naturalis eſt locus quietis ſed aues non quieſcunt in aere vt dictum eſt. ergo videtur ꝙ aer auibus non ornetur. ¶ Preterea reptile eſt genus terreſtris animalis: ſed diuerſorum elementorum diuerſus eſt ornatus. ergo videtur ꝙ incōuenienter in ornatu aque reptile commemoratur. ¶ Preterea nobiliori corpori debetur nobilior locus: ſed animalia greſſibilia ſunt nobiliora auibus vel piſcibus: quia ſunt magis completa vt eorum generatio oſtendit ⁊ mēbrorum diſpoſitio. ergo cum aer ⁊ aqua ſint nobiliora elementa quā terra videtur ꝙ inconuenienter aues ⁊ piſces aeri ⁊ aque animalia nō greſſibilia terre deſcribantur. ¶ Preterea ſecundum philoſophum in libro de animalibus quedam animalia ſunt media inter terreſtria ⁊ aquatica que vtrobiq; morantur. horum autem mentio nulla facta eſt. ergo videtur inſufficienter elementorum ornatus deſcribi per animalia. ¶ Preterea plus diſtat homo a greſſibilibus quā greſſibile a volatile: quia eſt in alio gradu entium ſcilicet rationalium cum omnia bruta in vno gradu entium: ſcilicet ſenſibilium computentur: ſed non eadē die producta ſunt greſſibilia ⁊ volatilia. ergo videtur ꝙ nec eadem die debuit homo cum aliis animalibus fieri. ¶ Preterea quorum eſt maior ſimilitudo eſt etiam maior continuatio: ſed vt dicit Auicen. corpus humanum eſt ſimillimum corporibus celeſtibus. ergo videtur ꝙ ſtatim poſt ornatum celorū corpus hominis formari debuit ante alia animalia.

¶ Reſpondeo dicendo ꝙ animalia non dicuntur ornamenta elementorum niſi ſecundum ꝙ comparātur ad elementa vt locatum ad locum. Comparatio autem corporis ad locum ſuum eſt ſecundum motum ⁊ quietem: motus autem animalis eſt duplex

vnus conſequens naturam corporis eius ſm̄ virtu
tum elementi dominantis in ipſo. Alius conſequit̄
apprehenſionem ⁊ appetitum ⁊ hic eſt motus ꝓpriꝰ
animalis inquantum eſt animal. ⁊ ideo ad illius ele
menti ornatum alr̄ pertinet in quo motum animalem
habet propriuꝫ non ad quod mouetur motu ꝯñte na
turā ſui corporis huiuſmodi eni motus non ſequitur
alr̄ in quantum huiuſmodi: ſed ſm̄ ꝙ ꝯponit̄ ex graui
bus ⁊ leuibus. ⁊ ideo animalia greſſibilia ad ornatuꝫ
terre pertinere dr̄ q2 in ea motum animalem habēt
⁊ pari ratione natatilia ad ornatum aque ⁊ volatilia
ad ornatum aeris. ¶ Ad primuꝫ ergo dō ꝙ q̄uis ali
que res cōmixte poſſint ad tempus ſine leſiōe i igne
ſeruari: tamen nulla res eſt que tandem ab igne non
conſumatur ſi diu in eo permaneat vt Galienus di
cit in libro de ſimplici medicina. ⁊ ideo non eſt poſſi
bile aliqḋ animal viuere i igne vt in libro de ꝓprie
tatibus elementorum phs dicit niſi forte ad modicū
tēpus vt de ſalamandra dicitur. ¶ Ad ſecundū dō
ꝙ anima auis in motu animali mouetur contra natu
ram corporis. ⁊ ideo talis motus eſt cum labore ⁊ pe
na vt in ſecundo ce. ⁊ mun. dr̄. ⁊ ideo oꝫ ꝙ quies qua
huic labori ſuccurritur ſit in loco conuenienti nature
corporis ex quo tamen non habetur ꝙ terra ſit pro
prius locus auis inquantum eſt alr̄. ¶ Ad tertiū dō
ꝙ reptilium quedam genera ſunt terreſtria quedam
aquatica. ⁊ ideo reptile cum vtroqꝫ cōmemorat̄. dr̄
enim reptile quod ſe rapit. h autem contingit multi
pliciter. quoddam enim rapit ſe virtute coſtarum vt
ſerpentes: quoddam vi quorundam anulorū vt aīa
lia anuloſa. quoddaꝫ vi oris vt quidaꝫ vermes qui
ore terre affixo totū corpus poſt ſe trahunt: quoddā
vero vi pēnularum quarundam ſe mouet vt piſces
⁊ vlr̄ omne animal videtur reptile dici cuius corpꝰ
non multum a terra eleuatur per inſtrumenta motꝰ.
¶ Ad quartuꝫ dō ꝙ nobilioribus animalibus debe
tur nobilior locus per comparationeꝫ ad ipſa anima
lia: q̄uis aūt aer ſit nobilior terra in natura ſua tamē
terra in quantum competit in diſpoſitionibus aīaliū
eſt nobilior aqua vel aere: q2 in ea nutrimenta aīaliū
magis habundat ⁊ magis competit locus iſte equa
litati cōplexionis. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ aīa
lia meꝰ cōputantur cum illo extremorū cum quo ma
gis cōicant non enim inuenitur aliquod alr̄ quod al
terius naturam non magis ſapiat. ¶ Ad ſextum dō
ꝙ illud hominis quo ceteris aīalibus ante ponit̄ non
eſt aliquid corporale vel corporalis forma ſed intel
lectus: ſed quantum ad naturam corporis ſui non ē
inconueniens ꝙ magis cōicat cum quibuſdā aīalibꝰ
q̄z quedam cum alijs ſm̄ materiam. Alia enim depu
tantur diuerſis diebus vel vni ſm̄ materiam ex qua
corpus producitur: diuerſis vero elemētis in ornat̄
ſm̄ diuerſum motum qui etiaꝫ corporalibus organiſ
complet̄. ¶ Ad ſeptimum dicendum ꝙ in via ge
nerationis quanto aliquid eſt perfectius ⁊ magis
aſſimilatum agenti tanto tempore poſterius eſt q̄uiſ
ſit prius natura. ⁊ ideo q2 homo perfectiſſimum aīa
lium eſt vltimo inter aīalia fieri debuit: ⁊ non imme
diate poſt corpora celeſtia que cum inferioribus cor
poribus non ordinantur ſm̄ viam generationis cuꝫ
in materia non cōicent cum eis.

Einde q̄rit̄ de hiis q̄ ad. vij. diem pertinēt
d ⁊ circa h queruntur tria. Primo de cōſuma
tione operum diuinorꝫ. Secundo de quie
te dei. Tertio de ſanctificatione. vij. diei.

D primum ſic proceditur. videtur ꝙ deus
a non conſumauerit. vij. die opus ſuum. perfe
ctus. n. numerus ꝯſumationi operꝝ diuinorꝝ
ꝯuenit: ſꝫ ſenariꝰ numerꝰ pfectꝰ ē ⁊ ñ ſeptēnariꝰ. ḡ die
ſexto ⁊ ñ ſeptio deꝰ opꝰ ſuū ꝯſumar̄ debuit. ¶ Pre.
ꝯſumatio operis attenditur: ſꝫ h ꝙ aliq̄ pfectio opi
adicitur: ſed nulla perfectio poteſt rei operate accre
ſcere niſi ex actu opantis. cū ergo deus die ſeptima
quieuerit vt ſcriptura dicit non videtur illa die opꝰ
ſuum conſumaſſe. ¶ Pre. q̄zdiu artifex ab ope ſuo
non ceſſat opus ſuum non conſumat: ſed deus nūq̄z
ab opatione ſua ceſſat cum operatio ſua ſit eſſentia
ſua que eterna eſt. ergo deus die. vij. opus ſuum nō
cōſumauit. ¶ Preterea ſm̄ Auicennā omne agens
quod non agit per motum non habet actionem i effe
ctu ſolum q̄z diu fit ſed q̄zdiu in eo perdurat: cum nō
tantum ſit cauſa fieri ſed eſſendi: ſed deus eſt cauſa
agens rei non per motuꝫ cum non requirat materiā
ex qua agat quam oporteret eſſe ſbm motus. ergo vi
detur ꝙ ipſe q̄zdiu mundus durat ſua actiōe eē mū
do influat: ⁊ ita videtur ꝙ. vij. die nō ceſſauerit ab
opere: ⁊ ſic idem quod prius. ¶ Preterea deus nō
tantum rerum factor eſt: ſed etiam conſeruator ſed ñ
poteſt dici ꝙ conſeruet niſi per aliquam actioneꝫ in
res. ergo videtur ꝙ q̄zdiu res in eſſe conſeruant̄. ꝙ
deus in res operetur ergo ⁊c. ¶ Preterea dies ſep
timus creatura quedam eſt: ſed omnis creatura ē ex
operatione diuina nec prius diem. vij. fecit q̄z eſſet
q2 eſſe ſucceſſiuorum eſt in fieri. ergo videtur ꝙ die
ſeptimo nouam creationem fecerit: ⁊ ita non ab om
ni opere ceſſauit. vnde vt prius. ¶ Preterea vt di
cit philoſophus in. xvij. de animalibus frequenter
apparent noue ſpecies animalium que prius nunq̄z
apparebant: vt patet in illis que ex putrefactiōe ge
nerantur. ergo videtur ꝙ nec etiam ab inſtituendis
nouis ſpeciebus deus die. vij. ceſſauerit. ⁊ ſic idem
quod prius. ¶ Preterea quedam ſunt in quibus ſo
la diuina virtus operatur. ſicut in creatione anima
rum in infuſione gratie ⁊ miraculorum operatione
ergo videtur ꝙ tunc non ceſſauerit ab operatione ⁊
inſtitutione nouarum creaturarum. ergo ⁊c. ¶ Con
tra h eſt quod dicitur Gene. primo ꝙ conſumauit
deus die. vij. ⁊c. ¶ Preterea in perfectione operiſ
cuiuſlibet diei. ſ. ſ. ſignificatur. cum dicitur vidit de
us ꝙ eſſet bonum vt dicit Aug. in primo ſup Gene.
ſed ſeptenarius numerus. ſ. ſ. attribuitur qui ſeptifor
mis in munere dicitur. ergo conuenienter conſuma
tio operuꝫ. vij. diei aſſcribitur. ¶ Reſpondeo dō ꝙ
ſicut magiſter dicit in littera in hoc diſcordat noſtra
tranſlatio ab alia quam. Aug. expoſuit. In noſtra eni
tranſlatiōe conſumatio operum aſcribitur diei. vij.
in alia vero diei. vi. vtraqꝫ autem veritatem habe
re poteſt ſiue intelligatur ſeptimus dies ſequi alios
vi. ſucceſſiōe temporis vt alij ſancti volunt ſiue po
nātur. vii. dies vnus dies vt Aug. vult ſeptempl̄r
rebus preſentatus ſcilicet cognitio angelica. loquen
do enim ſm̄ Auguſtinū diſtinguenda eſt rei duplex
perfectio. Una enim eſt perfectio totalitatis quā reſ
habet ex h ꝙ ex omnibus partibus ſuis eſſentialibuſ
integrata eſt ⁊ talis perfectio mundi ſexte diei com
petit quia poſt ſex primos dies nulla creatura mun
do addita eſt que non aliquo modo in operibus. vi.
dierū eſſet vt patebit. Alia vero perfectio rei ē quā
habet ex ratione finis que eſt vltima perfectio ⁊ talr̄
perfectio mundi debet̄. vij. diei in qua deus ab oībꝰ

operibus requieuit in ſe ſicut in fine ſed ſequēdo alios ſanctos diſtinguenda eſt iterū duplex perfectio vna eſt perfectio prima quam.ſ.res habet ſm eſſe ſuum: ⁊ h̄ perfectio mundi completa eſt. vi.die quia nulla pars mundi poſtmodum addita eſt que in primis ſex diebus non precelſerit aliquo modo. Alia ē perfectio ſecunda que eſt operatio rei vt dicitur.ij. de anima ⁊ talis perfectio mundi fuit in.vij.die qꝛ ex tunc ceſſante operatione qua deus naturam inſtituit incepit operatio propagationis in toto vniuerſo ſm ꝙ ex naturis iam conditis res alie producuntur quam operationem in rebus omnib⁹ deus vſq; nūc facit Jo.v.pater me⁹ vſq; modo operatᷣ ⁊ ego opoꝛ. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ ſenarius numer⁹ ratione ꝑtium perfectus dicitur:qꝛ ex omnibus ꝑtibus eius aliquotis agregatis conſurgit:⁊ ideo perfectio ſenarius congruit illi perfectioni mundi que cōſiſtit in totalitate partium quantum ad eſſe primum ⁊ ſicut partes aliquote ſenarij ordinatim:⁊ continue ſibi ſuccedunt ſine alterius numeri interpoſitiōe.ſ. vnum duo tria:ita etiam in ꝓductiōe ꝑtium vniuerſi ordo ſeruatus eſt vt poſt productionem prime ꝑtis ſtatī narrareᷣ productio ſecūde ꝑtis:⁊ ſic deinceps vſq; ad ſextum. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ conſūmatio operum intelligitur ſm aliquid perfectiōis ipſis rebus collatum quod eſt ipſa operatio per quā natura propagatur. Hec autem operatio eſt a deo ⁊ a virtute creature:⁊ ideo ⁊ deus dicitur conſūmaſſe opus cuius virtute natura mota in operationē erit. nec tamen aliquid nouum in natura efficitur:qꝛ operatio conſequitur ex virtute nature prius rebus collata. Conſūmatio autem que eſt ex ꝑte finis non ē ſ; aliquid additum in re. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ deus non dicitur ceſſare ab operatione niſi ex ꝑte effectus ꝯñtis.ipſe enim non agit aliqua operatione media vel intrinſeca vel extrinſeca que non ſit ſua eſſentia:qꝛ ſuum velle eſt ſuum facere ⁊ ſuum velle eſt ſuum eſſe nec tamen ab eterna operatione ſequitur effectus niſi ſm determinationē voluntatis vt prius dictum eſt. vnde dicitur incipere operari vel ab operatione ceſſare ex parte effectus. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ ſicut influentia ſolis per irradiationem eſt ſemper q̄ȝdiu aer illuminatur vt poſſit dici ſol facit lumen in aere ita diuina bonitas ſemper eē rebus influit non aliud ⁊ aliud: ſed vnum ⁊ idē.nec tñ res dr̄ ſemper fieri vel creari vel inſtitui apud nos: ſed tunc cum primo eſſe acceperint. Et ideo dicitur ꝙ ceſſat creare vel facere mundum. ¶ Ad q̄ntum dicendum ꝙ conſeruatio rerum in eſſe nihil aliud eſt q̄ȝ influentia eſſe rei ſm ꝙ dictum eſt.ſ.ꝙ de⁹ q̄ȝdiu res eſt cauſat ⁊ efficit eſſe rei.nec tamē talis conſeruatio repugnat predicte ceſſationi:qꝛ eſſe rei conſequitur principia eſſentialia ſicut operatio virtutem. ¶ Ad ſextum dicendum ꝙ dies ille ſeptim⁹ preceſſerat ſecundum ſimilitudinem ad minus in ṗmis ſex diebus. ¶ Et preterea eē rei cauſatur a ṗncipiis naturalibus prius nature collatis:quia mot⁹ eſt cauſa temporis vel eſt idem dies cum precedentibus ſecundum Auguſtinum. ¶ Ad ſeptimum dicendum ꝙ ille noue ſpecies producuntur ex virtute celleſti que tenet locum virtutis formatiue in animalibus ex putrefactione generatis:⁊ ideo iſte ſpecies fuerunt producte in operibus ſex dierum in ſuis ṗncipijs:ſcilicet materia ⁊ in rationibus ſeminalibus ſicut etiam alia que per operationē; nature ꝓducūᷣ. ¶ Ad octauum dicendum ꝙ nihil facit deus in creatura quod aliquo modo in primis diebus non preceſſerit ſed diuerſimode. Quedam enim fuerunt in operibus.vi.dierum vt in principiis actiuis ⁊ materialibus ⁊ ſecundum ſimilitudinem ſpeciei vt ea que generantur ex ſibi ſimilibus in natura:quedam vero ſicut in principiis actiuis ⁊ materialibus:ſ; nō ſm ſimilitudinem ſpeciei.ſicut quedam alimalia ex putrefactione generata:quedam vero ſicut ex principiis diſponentibus ⁊ non actiuis ⁊ ſecundum ſimilitudinem ſpeciei ſicut anima rationalis:queda; vero vt in potentia obedientie tantū ſicut ea que per miraculum fiunt.

a D ſecundum ſic proceditur. videtur ꝙ incōuenienter dicatur deus die ſeptima requieuiſſe. Oppoſita eni nata ſunt fieri circa idē. Sed quies opponitur motui. ergo cum deus nō mouetur Ja.i. Apud quem non eſt tranſmutatio ⁊c. videtur ꝙ nec poſſit dici quieſcere. Si dicatur ꝙ quies dicitur de deo non ſm ꝙ opponitur motui ſ; ſm ꝙ opponitur labori. ¶ Contra ſecundum philoſophum in.vii. ⁊ decimo ethicorum operatio cui non adiungitur motus eſt ſm ſe delectabilis ⁊ nullo modo laborioſa:quia labor in operatiōe cauſatur ex motu innaturali ſed operatio dei eſt omnino ſine motu quia immobilis manens dat cuncta moueri vt dicit Boetius. ergo nullus labor ſibi accidit in hoc ꝙ res creauit. ergo nec quies que opponitur labori ſibi conuenit. Si dicatur ꝙ deus dicitur requieuiſſe in quantum facit nos in ſe requieſcere ſicut dicitur cognoſcere aliquem quando facit nos illud cognoſcere vt Gene:xxij. dicit abrahe nunc cognoui ꝙ timeas deū. ¶ Contra reges ſeptime diei cū diuidiᷣ ꝯtra operationē; ſex dierū ſed in ſex diebus dicitur deus feciſſe quia ipſemet fecit. non quia fecit nos facere. ergo ⁊ in.vij. die ipſemet requieuit non ſolum fecit nos requieſcere. Si dicatur ꝙ deus quieuiſſe dicitur ſicut voluntas quieſcit in fine. ¶ Contra. ſicut quies corporis opponitur motui eius ita quies voluntatis opponitur motui eius vt vtrunq; per ſimilitudinem de voluntate dicatur:ſed motus volūtatis non poteſt eſſe niſi ſecundū ꝙ procedit de his q̄ ſunt ad finē i finē ipſū. cū igitur talis motus deo non cōmunicat qui ex rebus aliis nec in ſui cognitionem nec in ſui amorem venit videtur ꝙ nec quies voluntatis ſibi cōuenire poſſit. ¶ Preterea ea que ſunt eterna non conuenienter connumerantur inter ea que ex tempore inceperunt:ſed quies voluntatis diuine in ſuo fine eſt eterna. ergo inconuenienter dies quietis diuine connumeratur diebus creationis rerum que ex tempore inceperunt. ¶ Preterea finis diuine voluntatis non eſt aliud a deo. Si igitur intelligitur requieuiſſe propter voluntatem quieſcētem in fine videtur inconuenienter dici in.die.vij. requieuiſſe cum dies.vii. creatura ſit. ¶ Si dicatur ꝙ non requieuit in die.vii. ſicut in obiecto quietis ſed ſicut in tempore quietis. ¶ Contra illud qḋ eſt eternum non eſt in tempore ſed ſupra tempus:ſ; quies diuine voluntatis eſt eterna igitur non eſt in vii. die ſicut in tempore. ¶ Preterea ſicut quies dei qua in ſe quieſcit non habet finem ita non hab; principium ſed ſicut veſperū eſt finis diei ita mane eſt principium eius ergo dies.vii. ſi dicto modo ac

cipiatur quies non debet habere mane ſicut nec ha
bet veſpere. ergo cum aſſignetur ſibi mane non po-
teſt dici deuz die. vii. modo p̄dicto quieuiſſe. ¶ Sꝫ
contra deutro. xxij. dei perfecta ſunt opera ſed om
nis artifex perfecto opere ſuo quieſcit. ergo deo poſt
nature iſtitutionem que ſuit in ſex diebus quies die
ſeptima conuenit. ¶ Preterea homo bene diſpoſi-
tus dicitur ex operibus ſuis in deo requieſcere quia
opera ſua ad dei bonitatem refert. Cum ergo deus
omnia propter bonitatem ſuā operetur vt dicit Au-
guſtinus ⁊ dictum eſt in prima d. i. li. videtur ꝙ ſibi
communicat ex hiis que fecit in ſe ipſo requieſcere.
¶ Reſpondeo d͛d͛ ꝙ quies proprie loquendo mo-
tui opponitur: quia vero motus cauſat laborem in
operationibus noſtris vt dicit philoſophus inde cō
ſecutum eſt vt quies labori opponatur: ⁊ ex his dua
bus ſignificationibus quietis tranſumpte ſunt alie
due: quia enim noſtris operationibus motus adiun-
gitur inde in vſum venit vt omnis operatio motus
dicatur ꝗ̃uis in proprie. ⁊ ſecundum hoc omnis ceſ
ſatio a quacūqꝫ operatiōe quies dicitur ⁊ hec ſigni-
ficatio tranſumitur a prima. Sed quia nihil laborat
niſi ex hoc ꝙ a perfectione proprie nature diſtat vt
patet in motibus violentis inde eſt vt in illo res re
quieſcere dicatur in quo ſufficientiā inuenit. ⁊ ſecun
dum hunc modum voluntas quieſcit in vltimo fine
⁊ hec ſignificatio quietis tranſumitur a ſecunda.
¶ Conſtat ergo ꝙ deo non poteſt quies attribui ꝗ̃
tum ad primam vel ſecundam ſignificationem: ſed
quantum ad tertiam vel quartam poteſt. Sed quan
tum ad tertiam ſciendum vt ex precedenti articulo
patet ꝙ deus ab operatione ceſſare non dicitur qua
ſi ipſa operatio qua operatur deficiat cum ſua ope-
ratio ſit eſſentia eius: ſed ratione effectus h͛ dicitur
quia operatione eterna facit vt aliquis effectus tē-
poraliter ſit. Nec ſic tamen ex parte effectus opera
tio eius ceſſare dicitur die. vii. quaſi nihil in rebus
fecerit poſtea vel ſaltem in die. vii. quia ſi operatio
eius in creatura vel ad momentum ceſſaret creatu
ra eſſe deſineret vt dicit Auguſtinus. iiii. ſuper Ge
ne. ſed ſic dicitur ab opere ceſſaſſe, die. vii. q: a die
vii. ⁊ deinceps nouam creaturam non fecit que nō
aliquo modo in operibus ſex dierum preceſſerit vt
ſupra dictum eſt. ¶ Sed quantum ad quartum no
tandum ꝙ quies voluntatis diuine in fine poteſt ac
cipi dupliciter vel abſolute ſecunduꝫ ꝙ in ſe ipſo ſuf
ficientiam inuenit ⁊ ſic quies eterna eſt. ¶ Alio mo
do poteſt intelligi per relationem ad creaturam ſm
ꝙ creatura deo placet non tamen ita vt ea indigeat
quaſi in ea ſufficientiam ſue beatitudinis inueniens
ſed eam ad ſeipſum ordinans in ſeipſo ſufficientiam
inuenit: ⁊ ſic quieſcere dicitur deus proprie a rebuſ
conditis quod non poteſt intelligi niſi rebus iam cō
ditis quod eſt poſt ſenarium diem ⁊ ita quies dei ſe
cundum duas vltimas acceptiones conuenienter
vii. diei aſſcribitur. ¶ Ad primum ergo ⁊ ſecunduꝫ
concedimus quia deo non attribuitur quies oppoſi
ta motui vel labori. ¶ Tertiū ſimiliter ꝯcedim⁹ q:
non ſolum illo modo dicitur deus quieuiſſe. vii. die
ſed vt dictum eſt alijs modis. ¶ Ad quartum dicē
dum ꝙ motus voluntatis diuine methaphorice di
citur non ex hoc ꝙ voluntas eius finem conſequa-
tur per aliqua media ſed quia ea que ab ipſo ſunt in
ſeipſum ordinat. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ ꝗ̃uis
deus ab eterno in ſeipſo quieuerit non tamen quie
uit a creaturis conditis in ſeipſo ſed ſolum quieuit
ſic quando iam creature fuerant condite.
¶ Ad ſextum dicenduꝫ ꝙ dies ſeptimus nullo mo
do ponitur vt obiectum quietis. ſed vel ſecundum
Auguſtinum deus dicitur in. vii. die quieuiſſe in
quantum quietem propriam qua in ſe ipſo a rebus
conditis quieſcit nature angelice monſtrauit cuius
cognitionem diem appellat: vel ſecunduꝫ alios ſan
ctos: dies ſeptima ſignificat tempus quoddam non
ita ꝙ quies diuina tempore menſuretur: ſed quia ſi
mul cum tempore eſt. per quem modum verba tem
poralia de deo dicuntur. vnde patet reſponſio. vii.
¶ Ad octauum dicendum ꝙ ꝗ̃uis quies dei prin-
cipium non habeat tamen quies creature a deo ſe-
cunduꝫ ꝙ in eo ſtabilitur principium habet. ſed non
fineꝫ: q: qualitercūqꝫ creatura mutetur nunꝗ̃ in nō
ens ſimpliciter cedit vt dicit Auguſtinus. iiii. ſuper
Gene. Uel aliter dicenduꝫ ꝙ etiam ipſa quies qua
deus quieſcit quodammodo principium habet non
inquantum quieſcit in ſe ipſo abſolute: ſed in quan-
tum quieſcit in ſe ipſo a rebus conditis eis non
egendo quod tamen finem non habet quia eis nun
ꝗ̃ egebit: ⁊ ideo dies. vii. habet mane ſed non
veſpere.

a D tertium ſic proceditur. videtur ꝙ dieꝫ
ſeptimum deus pre alijs ſanctificare non
debuit. Operatio enim nobilior eſt ocio
vt dicitur decimo ethicorum vnde non in
ocio: ſed in operatione felicitas cōſiſtit ſed. vi. die-
bus deus operatus eſt. vii. vero die ab opere ceſſa-
uit. ergo. vi. dieꝫ potius ꝗ̃. vii. ſanctificare debuit.
¶ Preterea ſanctificatio ⁊ benedictō congrue boni
tati reſpondet ſed bonum eſt cōmunicatiuum ſui vt
dicit Dyoniſius. cum ergo deus in. vi. diebus boni
tatem ſuam cōmunicauerit res in eſſe producendo
videtur ꝙ eiſdem. vi. diebus magis ꝗ̃. vii. ſancti-
ficatio competat. ¶ Preterea vt dicit Raby moy.
Obſeruatio ſabbati in lege fuit iſtituta vt in fide po
puli firmiter permaneret nouitas mundi ex qua fa-
cillima probatio ſumitur ad oſtendendum deum eē
⁊ omnipotentiam eius ⁊ alia huiuſmodi. ¶ Sed
ſecundum apoſtolum Ro. i. per ea que facta ſunt in
inuiſibilia dei deuenimus. ergo potius. vi. dies in q
bus creature facte ſunt: ſanctificari deberētur ꝗ̃ di
es. vii. ¶ Preterea ei cui nihil decreſcit in operā
do aliquid exterius non eſt acceptior quies ꝗ̃ ope-
ratio ſed deo nihil decreſcit in faciendo creaturas
quia faciendo non laborat vt dictum eſt: neqꝫ virtus
eius exhauritur. quin ſemper in infinita poſſit. nec i
tellectus eius diſtrahitur quin ſemper in ſui con-
templatione perfecte maneat. ergo non debuit ma-
gis ſanctificare diē quietis ꝗ̃ dies in quibus ope-
ratus eſt. ¶ Preterea magis indicat diuinam po-
tentiam operatio qua deus operatur inſtituendo na
turaꝫ ꝗ̃ illa qua operatur in natura operante ad na
ture propagationem: ſed in primis. vi. diebus deus
operatus eſt naturam inſtituendo nullo mediante.
In. vii. vero die ⁊ deinceps operatus eſt naturam
conſeruando ⁊ mouendo motibus nature ⁊ princi-
pijs. ergo ſenarius dierum magis manifeſtat diuinā
potentiam ꝗ̃ dies ſeptimus: ⁊ ita magis ſanctifica-
ri debuit. ¶ Sed contra: ſanctificatio ⁊ benedictio
bonitati debetur: ſed bonum ſecundum philoſophuꝫ

in tertio methaphiſice dicitur ex ratione finis: cum
igitur perfectio rerum que eſt ex ordine ad finem de
beatur diei. vii. ille dies pre aliis ſanctificari ⁊ be-
nedici debuit. ¶ Preterea vita contemplatiua ac
tiue prefertur. vnde luc. x. Optimam partem elegit
ſibi maria. per quam vita contemplatiua ſignatur:
ſed ſenarius dierum attribuitur actioni qua de-
us res produxit: ſeptenarius autem quieti diuine cō
templationis qua ſeipſo deus perfruitur. ergo ſanc-
tificatio et benedictio precipue diei ſeptime debe-
tur. ¶ Reſpondeo dō ꝙ ſeptime diei duo attribuū-
tur: ſcilicet conſumatio operum ⁊ quies opificis quā
tum vero ad primum debetur dici ſeptime benedi-
ctio quia ſecundum Gregorium benedictio dei ſi-
gnificat collationem donorum eius ⁊ multiplicatio-
nem eorūdem: multiplicatio autem creaturaꝝ pre
ſupponit duplicem perfectionem rerum illam: ſcili-
cet qua vniuerſum perfectum eſt ex omnibus ſuis
partibus eſſentialibus conſtans. Unde philoſophus
in quarto methaurorum dicit ꝙ perfectum eſt vnū
quodqꝫ quando poteſt facere alterum quale ipſum
eſt: ⁊ aliam: qua ſcilicet vniuerſum perfectum eſt ex
ordine ad finem quia multiplicatio creaturaꝝ per
generationem eſt ad hoc vt diuinum eſſe quantum
poſſunt participent vt in ſecundo de generatione dici
tur. omnis etiam creature operatio naturalis ad fi-
nem ordinata eſt: ⁊ ideo benedictio diei ſeptime de
betur in qua poſt perfectionem primaꝫ vniuerſi que
ſexto die completa eſt etiam in ordine ad finem vni
uerſum perfectum eſt. ſed quantum ad ſecundum
quod eſt quies opificis debetur diei ſeptime ſancti-
ficatio. In ſacra enim ſcriptura ſanctificatio inter-
dum dicitur ex hoc ꝙ aliquid ad cultum dei dedica
tur: ſic enim dicitur tabernaculum ſanctificari ⁊ va
ſa eius ⁊ miniſtri: ⁊ ita etiam dies ſeptimus ſanctifi-
catus eſt. i. ad cultum dei dedicatus eſt: vt ſicut ſci-
licet deus qui res condidit non in ipſis rebus condi
tis quaſi in fine quieuit: ſed a rebus conditis in ſe ip
ſo in quo beatitudo ſua conſiſtit cum non ſit beatus
ex hoc ꝙ res fecerit: ſed ꝙ factis non eget in ſe ipſo
ſufficientiam habens: ita etiam ⁊ nos nō i operibus
eius aut in operibus noſtris diſcamus quieſcere ſi-
cut in fine: ſed ab operibus in ipſo deo in quo beati
tudo noſtra conſiſtit. propter hoc enim inſtitutum ē
vt homo ſex diebus laborans in operibus propriis
ſeptimo die quieſceret eius cultui vacans hec autem
quies in deo chriſtianis non ad tempus ſed perpe-
tue indicitur quibus indicitur ſine intermiſſiōe ora-
re. i. te ſ. v. et ideo illa temporalis obſeruatio in lege
noua ceſſat. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ felici
tas dei non conſiſtit in operatione qua creaturas cō
didit ſed in operatione qua ſeipſo perfruitur creatu
ris non egens: ⁊ hec operatio ad quietem ſeptime
diei pertinet. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ q̄uis
bonitas dei manifeſtetur in hoc ꝙ eſſe cōmunicauit
rebus per creationeꝫ tamen perfectio bonitatis oſtē
ditur in hoc ꝙ rebus conditis deus non eget ſed in
ſeipſo ſufficientiam habet. ¶ Ad tertium dicenduꝫ
ꝙ creature ſunt ſicut via per quam deuenitur in co
gnitionem creatoris perfectio autem non conſiſtit
in via ſed in termino vie. vnde non debuit ſanctifi
cari dies i quo creature ſunt cōdite ſed dies in quo
ſicut in finem quieſcitur. ¶ Ad quartum dicendum
ꝙ q̄uis per operationem qua res in eſſe producit
nihil deo decreſcat tamen h̄ potius apud eum eſt ꝙ
aliis non eget in ſeipſo quieſcens q̄ꝫ ꝙ alia facit: et
ideo dies quietis magis benedicitur q̄ꝫ dies produ
ctionis creature. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ de
us eadem virtute qua eſſe rebus tribuit eas in eſſe
proprio conſeruat. vnde non magis oſtendit diui-
nam potentiam productio creaturarum q̄ꝫ earum
conſeruatio. Iumenta ⁊ reptilia ⁊ beſtias. Quid
ſit reptile dictum eſt. Iumenta vero dicuntur que
adiutorium homini conferunt precipue vehendo
ipſum vt equi vel aſini ⁊ huiuſmodi. Beſtie dicun
tur propter crudelitatem quaſi vaſtie vt leones vr
ſi: ⁊ huiuſmodi creata non fuerunt niſi potentialiter
⁊ materialiter vt intelligatur tam de potentia acti-
ua q̄ꝫ de materiali. Quia non potuit ſimul ab homi
ne dici ⁊c. videtur h̄ nihil eſſe quia licet non potue-
rit ſimul pronuntiare potuit tamē dicere ea que ſuc
ceſſiue narrabat ſimul eſſe facta. Sed dicendum
ꝙ dicitur non potuiſſe dicere non quia non ſimpli-
citer non potuit dicere ſimul eſſe facta: ſed quia nō
potuit h̄ dicere ſecundum conuenientiam diſcipline
vt faciliter quod dicebatur a rudibus caperetur vt
faciunt geometre in deſcriptionibus figurarum li-
neam poſt lineam protrahentes que tamen ſimul fi
guram conſtituunt. Alia tranſlatio habet conſuma-
uit deus die ſeptimo. vtraqꝫ trāſlatio veritatem cō
tinet ſi vt predictū eſt completio diſtinguatur.

## Diſtinctio. Decimaſexta.

De hominis creatiōe: vbi conſiderandū
eſt quare creatus ſit homo: ⁊ qualiter ſit in-
ſtitutus: que duo ſupra tractata ſunt. ⁊ qua
lis factus ⁊ qualiter lapſus poſtremo quo-
modo ſit reparatus: que diſcutiēda ſunt.

IS excurſis q̄ ſupra
de hominis creatio
ne pmiſimus: effectum mā
cipare atqꝫ ordine expla-
nare nūc ſuſcipimꝰ. Ubi
hec conſideranda vidētur
ſ. quare creatus ſit homo.
⁊ qualiter inſtitutus. ⁊ qualis ⁊ quomodo fa
ctꝰ deinde qualiter ſit lapſus. poſtremo qua
liter ⁊ per quem ſit reparatus. Horum autē
primo loco ⁊ ſecundo poſitā cauſam creatio
nis humane. ⁊ modum inſtitutionis ſuperi-
us pro modulo noſtre facultatis tractauimꝰ
Ideoqꝫ ſupereſt vt qualis vel quomodo fa-
ctus ſit. diſcutiamus. In geneſi legitur. facia
mus hominem ad imaginem. ⁊ ſi. no. In eo
ꝙ dicit faciamus. vna operatio trium perſo-
narum oſtendit̄. In hoc vero ꝙ dicit ad ima
gi. ⁊ ſi. no. vna ⁊ equalis ſubſtantia triuꝫ per
ſonarum monſtratur. Ex perſona eniꝫ pr̄is
hoc dicitur ad filium ⁊ ſpiritum ſanctum. nō
vt quidam putant angelis: quia dei ⁊ angelo
rum non eſt vna ⁊ eadem imago ⁊ ſimilitudo.

Quod imago ⁊ ſimilitudo hͤ a diuerſis accipitur varie. a quibuſdam increata. ab aliis creata ⁊ increata vel eſſentia trinitatis: vel filius ⁊ ſ. ſ.

Imago autem ⁊ ſimilitudo in hoc lo-
i co vel increata intelligitur. i. trinita-
tis eſſentia: ad quã factus eſt homo vel creata in qua factus eſt homo: ⁊ ipſa homini cõcreata. Increatam enĩ imaginē que deus eſt videt̃ intellexiſſe Beda cũ. dic̃ non eſſe vnam imaginē dei ⁊ angelorum: ſed trium perſonarum: ⁊ iõ pſonis nõ angelis fit ibi ſermo. Improprie tñ imago dr̃: qꝛ imago relatiue ad illud dicitur cuius ſimilitudinē gerit ⁊ ad quod repreſentandum facta ē. ſicut imago ceſaris que ipſius ſimilitudinē pferebat: ipſumqꝫ quodãmõ repreſentabat. Improprie aũt imago dr̃ id ad qđ aliud fit. ſicut exēplũ proprie dicit̃ quod ſumitur ex aliquo ⁊ exēplar ex quo ſumitur aliquid. Ponitur tamẽ aliquando abuſiue alterum pro altero. Ita ⁊ minus proprie accipitur imago eſſentia trinitatis: ſi tamen ea nomine imaginis in hoc loco intelligitur.

Opinio eorum qui putauerunt filium p imaginem ⁊ ſimilitudinem hic accipi.

Filius vero ꝓprie imago patris dr̃:
f ſicut ſupra in tractatu de trinitate di-
ximus. Unñ fuerũt nõnulli q ita diſtinxerũt: vt imaginē ĩ hoc loco itelligerēt filiũ: hoīem vero nõ imaginē: ſꝫ ad imaginē factũ dicerēt quos refellit apl'us dicēs. Uir qdẽ ē imago ⁊ gloria dei. hec namqꝫ imago. i. homo cum dicitur fieri ad imaginē: non quaſi ad filiũ dicitur fieri.. alioquin non diceret ad imaginē noſtrã: quõ enim noſtrã diceret: cũ filius ſolus patris imago ſit? Fuerũt autem ⁊ alii perſpicatius hec tractantes: q per imaginem filiũ: ⁊ p ſimilitudinē ſpm̃ ſcm̃ intelligerent: qui ſimilitudo eſt patris ⁊ filii. ⁊ ideo pluraliter putauerunt dici noſtram id referētes ad ſimilitudinem tantum. ad imaginem vero ſubintelligendum eſſe meã. Hominem vero ⁊ imaginē eſſe: ⁊ ad imaginē ⁊ ſimilitudinē factũ eē tradiderũt: ⁊ imaginem imaginis eſſe ⁊ ſimilitudinis:

Neqꝫ horum ſententiam approbat: ſꝫ imaginem ⁊ ſimilitudinem dei in homine qrendã ⁊ cõſiderãdã docet: vt imago ⁊ ſimilitudo creata intelligatur.

Erũt tamē hec diſtīctõ lꝫ reprobabil'
v penitus non videat̃: qꝛ tñ de medio-
mõtiũ in auctoritatibus ſanctorum nõ manet: cõgruētius in ipſo hoīe imago ⁊ ſimilitudo dei qrēda ē ⁊ ꝯſiderãda. Fact⁹ ē ergo homo ad imaginem dei ⁊ ſimilitudinem ſm mentem qua irrationalibus antecellit. Sed ad imaginē ſm memoriã itelligētiã ⁊ dilectionē. Ad ſimilitudinē ſm innocētiã ⁊ iuſtitiã que in mente rõnali naturaliter ſunt. Uł imago conſideratur in cognitione veritatis: ſimilitudo in amore virtutis. Uel imago in aliis oibus: ſimilitudo in eſſentia quia immortal' ⁊ indiuiſibilis. Unde Aug. in libro de quãtitate anime. Anima facta eſt ſimilis deo: qꝛ immortalē ⁊ indiſſolubilē fecit eã deus. Imago ergo ptinet ad formã ſimilitudo ad naturã. Factus ē ergo hõ ſcdm aiam ad imaginē ⁊ ſimilitudinē dei. nõ pr̃is vel filii vel ſpirit⁹ ſancti: ſꝫ totius trinitati. Ita ⁊ ſm animã dr̃ hõ eē imago dei: qꝛ imago dei ĩ eo ē. Sicut imago dr̃ ⁊ tabula ⁊ pictura q̃ ĩ ea ē. ſꝫ pp picturã q̃ ĩ ea ē ſimul ⁊ tabula imago appellat̃. Ita pp imaginē trinitatĩ ēt illud in quo ē hec imago: noīe imaginis vocat̃.

Quare hõ dicit̃ imago ⁊ ad imaginẽ: filius vero imago ⁊ non ad imaginem.

Uo circa homo ⁊ imago dicit̃ ⁊ ad
q imaginem eſt: filius autem imago: nõ
ad imaginem. quia natus eſt: nõ creatus. equalis ⁊ in nullo diſſimilis homo creatus eſt a deo: non genitus: non pilitate equalis: ſed quadã ſimilitudine accedens ei. Unñ Aug. in. vii. li. de tri. In Geneſi legit̃. faciamus hominem ad imaginem ⁊ ſimilitudinē noſtrã. Faciamus ⁊ noſtram plr̃ dixit. Et niſi ex relatiuis. i. perſonis accipi non oportet: vt facere intelligant̃ pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus ſcilicet ⁊ imaginem patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti: vt ſubſiſteret homo imago dei. Sed quia non omnino equalis fiebat illa imago tanq̃ non ab illo nata: ſed ab eo creata: ideo ita imago dicitur quod ⁊ ad imaginem quia non equatur parilitate. ſed accedit quadam ſimilitudine. Filius autem eſt imago: ſed non ad imaginem. quia equalis eſt patri. Dictus eſt ergo homo ad imaginem propter imparem ſimilitudinem. ⁊ ideo noſtram vt imago trinitatis eſſe homo intelligatur non trinitati equalis ſicut filius patri. Ecce oſtenſum eſt ſecundum quid homo ſit ſimilis deo ſcilicet ſecundum animam. Sed in corpore quandã proprietatem habꝫ que hoc indicat: quia eſt erecta ſtatura. ſecundũ quam corpus anime rõnali congruit quia in celum erectum eſt.

b Is exercurſis ⁊c. Determinato de natura pure ſpūali.ſ.angelica:⁊ d̄ natura pure corporali. Hic tertio multipliciter proſequitur de natura cōpoſita ex ſpūali ⁊ corporali.ſ.de homine. Diuiditur ergo pars iſta in partes duas. In prima determinat d̄ homine quantum ad primā ſui inſtitutionem. In ſecūda q̄ntum ad eius caſū.xxi.di.ibi. Uidēs ergo diabolus ⁊c. Prima in duas. In pˀma determiat conditionis humane principiū. In ſcđa oſtendit hōis conditi ſtatū.xix.di.ibi. Solent plura queri de pˀmi hominis ſtatu ⁊c. Prima i duas. In pˀma oſtendit formationem hominis ſm̄ ꝙ exit a ſua cauſa:⁊ in ſimilitudine eius vt oſtendat̄ quodāmodo eſſe actio vniuoca. In ſecunda determinat inſtitutionem hominis ſm̄ ꝙ exiſtis partibus conſtat.xvii.di.ibi. Hic de origine anime. Prima in tres. In prima oſtendit hominem ad imaginem ⁊ ſimilitudinem dei inſtitutum. In ſecūda ponit horum expoſitionem ibi. Imago aūt ⁊ ſimilitudo ⁊c. In tertia oſtendit ſm̄ quam partem hominis eſſe ad imaginem ſibi conueniat.ibi. Factus eſt homo ſm̄ animam. Secūda pars diuiditur in tres. In prima ponit ſuam expoſitionem. In ſecūda excludit alias quorūdam expoſitiones.ibi. Filius vero imago patris dicitur. In tertia ſupplet quoddam ad ſuam expoſitionem quod in aliis expōnibus tāgebatur.ſ.in quo imago ⁊ ſimilitudo differant.ibi. Uerumtamen hec diſtinctio. Factus eſt homo ⁊c. Hic oſtendit ſm̄ quam partem in homine ſit imago aſſignanda. Et primo oſtendit ꝙ ſm̄ animam. Secūdo oſtendit ꝙ huiuſmodi inditum etiam in corpore oſtenditur.ibi. Sed in corpore q̄ſdam hꝫ ⁊c. ⁋ Circa primum duo facit. Primo ponit hominem eſſe ad imaginem trinitatis nō ſolam prīs vel filii:vt alii dicebant:⁊ hoc ſm̄ animam. Secundo oſtendit quomodo differenter ymago ſm̄ animam homini ⁊ filio dei conueniat.ibi. Quo circa homo ⁊ imago. Hic quatuor querūtur. Primo vtrum in aliqua creatura imago dei inueniri poſſit. Secundo in quibus inueniatur. Tertio vtrū in illis in quibus inuenitur:equaliter inueniatur. Quarto de differentia imaginis ⁊ ſimilitudinis.

a Ad primum ſic proceditur. videt̄ ꝙ nulla creatura poſſit dici ad imaginem dei eſſe: cuiuſcunq̄ȝ eſt aliqua imago creata ei contingit aliquā imaginē ponere.ſed deo non contingit aliquam imaginē ponere. Yſa.xl.cui ſimilem feciſti deum:aut quā imaginē po.ei.ꝗ ⁊c. ⁋ Pre. proprietas vnius non inuenitur in alio:ſed imago indicat proprietatem filii vt in primo dictum eſt: qui increatus eſt.ergo nulli creature conuenit. ⁋ Preterea.in imagine importat̄ ꝯuenientia q̄dam in aliquo vno.vn̄ dicit Hilariꝰ imaginē eſſe ſpēm differentē eiꝰ rei ad quā imaginat̄.ſed quecunq̄ȝ ꝯueniūt in aliquo vno habent aliquid priꝰ ⁊ ſimplicius ſe.ſiue ſit conuenientia analogie ſiue vniuocationis.eſt.n.ens prius ſubſtantia ⁊ accn̄te:ſicut aial prius hoie ⁊ equo:deo aūt nihil eſt pꝰ ⁊ ſimplicius.ergo nō poteſt eſſe eius imago i creatura. ⁋ Preterea de rōne imaginis eſt equalitas Dicit.n.Hilarius imaginē eſſe rei ad rē coequādam.ſed nulla equalitas poteſt eē creature ad deum.ergo nec imago eius eſſe poteſt. Item infinite diſtantium non poteſt eſſe indiſcretio ⁊ vnio.ſȝ imago vt dicit Hilarius eſt ſimilitudo indiſcreta ⁊ vnita. ergo creatura non poteſt eſſe ad imaginem dei a quo in infinitum diſtat. ⁋ Contra eſt quod habetur Geneſis primo. Faciamus hominem ad imaginem ⁊ ſimilitudinem noſtram. ⁋ Preterea.ad perfectionem operis exigitur vt perducatur in ſimilitudinem agentis.ſed dei perfecta ſunt opera. Deutro.xxxii.ergo oportet eē aliquod operum eius in quo ipſius imago repreſentetur. ⁋ Reſpondeo dicendo:ꝙ imago ꝓprie dicitur qđ ad alterius imitationem eſt:nec quelibet imitatio rationem imaginis perficit: vt ſi hoc ſit album ⁊ illud album:non ex hoc dicitur eius imago:ſed ad rationem imaginis exigitur imitatio in aliquo quod ſpeciem exprimat ⁊ eſſentiam.ꝓpter quod ab Hilario dicitur ſpecies indifferens. Et inde eſt ꝙ in corporalibus ſecundum imitationem figure potiſſimum imago attenditur:quia figura eſt quaſi certum ſignum oſtendens vnitatem ⁊ differentiam ſpeciei.hec autem imitatio poteſt eē dupliciter.aut ſimul quantum ad ſpeciē ⁊ ſignū ſpeciei.⁊ ſic imago hominis eſt in filio ſuo qui ipſum i humana ſpecie ⁊ figura imitatur:⁊ hec eſt perfecta imago.aut quantum ad ſignum tantum:⁊ non quantum ad veritatem ſpeciei:ſicut imago hominis eſt ſtatua lapidea:⁊ hec eſt imperfecta imago. Et primo modo filius eſt imago patris:ſicut in natura communicans. Secundo autem modo imago dei eſt in creaturis:⁊ ideo creatura poteſt eſſe imago dei:licet non perfecta. ⁋ Ad primum ergo dicendum:ꝙ propheta loquitur contra ydolatras qui deum corporalibus figuris imaginari nitebantur:⁊ ideo non eſt ad propoſitum. ⁋ Ad ſecundum dicendum:ꝙ imago ſecundum perfectā rationem indicat proprietatem filii.⁊ ſic creature non conuenit:ſed ſecundum imperfectam ſignificationem:vt ſic nomen imaginis a filio in creaturas deſcendat:ſicut a patre nomen paternitatis: ad epheſios tertio. Ad tertium dicendum:ꝙ conuenientia poteſt eſſe dupliciter.aut duorū participantium aliquod vnum:⁊ talis conuenientia non poteſt eſſe creatoris ⁊ creature:vt obiectum eſt.aut ſecundum ꝙ vnum per ſe eſt ſimpliciter ⁊ alterum participat de ſimilitudine eius quantum poteſt:vt ſi poneremus calorem eſſe ſine materia ⁊ ignem conuenire cum eo:ex hoc ꝙ aliquid caloris participaret:⁊ talis conuenientia eē poteſt creature ad deum:quia deus dicitur ens hoc modo: ꝙ eſt ipſum ſuū eſſe.ſȝ creatura vero non eſt ipſum ſuum eſſe dicitur ens:quaſi eſſe participans ⁊ hoc ſufficit ad rationem imaginis.

Ad quartum dicendum:ꝙ ad rationem imaginis non exigitur equalitas equiparantie cum magni hominis in parua pictura imago exprimatur ſed exigitur equalitas proportionis:vt ſcilicet eadem ſit proportio partium ad inuicem in imagine que eſt in imaginato:⁊ talis equalitas inuenitur i aia reſpectu dei.q2 ſicut ex patre filiꝰ et ex vtroq̄ȝ .ſ.ſ.ita ex mente notitia:⁊ ex vtroq̄ȝ amor ꝓcedit.

Ad quintum dicendum ꝙ vbi eſt perfecta imaginis ratio:ibi eſt perfecta idiſcretio ⁊ vnitas: vt patet in filio ad patrem:creatura aūt quantum ad hoc ꝙ deum imitatur nō diſcernitur:ſed quodam

modo ſibi vnitur vnitate conuenientie: ꝗ̃uis ſem per remaneat maioꝛ differentia: ⁊ ſic nõ ex toto tol litur ratio imaginis: ſed ſolũ imaginis perfecte.

a D ſecundum ſic proceditur. videtur ꝙ nõ tantum in rationalibus creaturis imago dei inueniatur. Ad rationẽ enim imaginis qualis in creaturis eſſe poteſt non exigitur perfecta ſimilitudo vt dictum eſt: ſed ſufficit imperfecta imitatio. ſed quelibet creatura ex hoc eſſe habet: ꝙ diuinam perfectionẽ imitatur. ergo quelibꝫ creatura dici debet ad imaginem dei. ¶ Preterea. dicit Boeti. in libꝛo de conſo. phie de deo loquens: Mundum mente gerens ſimiliqꝫ imagie foꝛmans. ſed quelibet creatura in eſſe pꝛodiit: ex hoc ꝙ in mente diuina per ſuam ideam geſtabatur. ergo quelibet creatura poteſt dici facta ad imaginem dei. ¶ Preterea. vbi eſt expꝛeſſioꝛ ſilitudo ibi magis ſaluatur ratio imaginis. ſed perfectio diuine bonitatis expꝛeſſius repꝛeſentatur i toto vniuerſo ꝗ̃ in aliqua parte eius. ꝗ totũ vniuerſum magis debet dici ad imaginem dei ꝗ̃ aliqua creatura rationalis. ¶ Preterea. Dioniſius in quarto capitulo de diuinis no. oſtendit ſimilitudinem diuine bonitatis maxime apparere in radio ſolari. ſꝫ expꝛeſſio ſimilitudinis cauſat imaginem. ergo radius ſolaris debet dici eſſe ad imaginem dei. ¶ Preterea. illud quod maxime expꝛimit ꝓpꝛietatem alicuius: maxime videtur ad ipſum cõuenientiam habere. ſed i fine celeſtis hierarchie dicit Dioniſius ꝙ in igne maxime oſtenduntur diuine pꝛopꝛietates. ergo ignis maxime debet dici ad imaginẽ dei. ¶ Sed contra. ex hoc anima dicitur imago dei: quia eius capax eſt: vt Auguſtinus dicit. ſed ſola creatura rationalis ẽ capax dei ergo ipſa ſola eſt ad imaginem dei. ¶ Preterea. quantum aliqua creatura eſt perfectioꝛ: tanto eſt deo ſimilioꝛ. ſed inter alias creaturas rationalis natura altiſſimũ gradũ tenet. In ipſa ergo pꝛecipue imago dei inuenitur. ¶ Reſpondeo dicendo ꝙ vt dictum eſt illa imitatio rationem imaginis conſtituit que eſt in aliquo ad ſpeciem pertinente expꝛimo autem ⁊ communi nihil ſoꝛtitur ſpeciẽ. ſed ex vltimo ⁊ pꝛopꝛio: ſicut eſt differentia conſtitutiua. Conſideratis autem diuine bonitatis pꝛoceſſibus in creaturis: quibus nature create conſtituuntur i ſimilitudinem nature increate vltima inuenitur itellectualis dignitatis participatio ⁊ que omnes alias pꝛeſuppponat. ⁊ ideo itellectualis natura attingit ad imitationem diuinam: in quo quodãmodo conſiſtit ſpecies nature eius. ⁊ inde eſt ꝙ in eadem operatione ponimus vltimam ſelicitatem intellectualis creature: in qua eſt felicitas dei. ſ. i cõtemplatione intellectiua. ⁊ ideo ſola intellectualis creatura rationabiliter ad imaginem dei dicit eẽ. ¶ Ad pꝛimum ergo dicendum: ꝙ ꝗ̃uis quelibet creatura aliquid participet de ratione ſimilitudinis diuine: non tamen poteſt dici eius imago ratione pꝛedicta. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ ſimilitudo operis poteſt dici ad operantem dupliciter. aut quantũ ad id quod habet in natura ſua: ſicut homo generat hominem: aut quantũ ad id quod habet in intellectu ſuo: ſicut artificiatum ab artifice in ſimilitudinem artis ſue pꝛocedit: vtroqꝫ modo pꝛocedit creatura a deo in ſimilitudinem eius. Pꝛimo modo: qꝛ ab ente ſunt entia: ⁊ a viuo viuentia. Secundo modo: quia pꝛocedunt a rationibus idealibus. cum ergo vnaqueqꝫ res pertingat ad perfectam imitationem eius: quod eſt in intellectu diuino: quia talis eſt: qualem eam eſſe diſpoſuit. ⁊ ideo quantum ad hunc modum ſimilitudinis quelibet creatura poteſt dici imago idee in mente diuina exiſtentis. Unde dicit Boetius in libꝛo de trinitate: ꝙ foꝛme que ſunt in materia poſſunt dici imagines: eo ꝙ ab his foꝛmis venerũt: que ſine materia ſunt. ſed quantum ad alium modum ſola intellectualis natura pertingit ad vltimum gradum imaginis: vt dictum eſt. ⁊ ideo ipſa ſola dicitur imago dei. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ ſimilitudo diuine bonitatis quantum ad nobiliſſimas participationes ipſius non reſultat in vniuerſo: niſi ratione nobiliſſimarum partium eius ꝗ̃ ſunt intellectuales nature: nec per ſe de toto põt dici: ⁊ pꝛimo quia non conuenit ſibi ratione omnium partium: vt in ſexto phyſicoꝛum dicitur frequenter. ⁊ ideo vniuerſum non poteſt dici imago dei: ſed intellectualis natura. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ ſimilitudo radii ſolaris ad diuinã bonitatem tota attenditur quantum ad cauſalitatẽ: ⁊ non quantum ad dignitatem nature que ratione imaginis perficit. ¶ Ad quintum dicendum: ꝙ ꝓpꝛietates diuine oſtenduntur in creaturis dupliciter. vel ſecundum ſimilitudinem analogie ſicut vita: ſapientia: ⁊ huiuſmodi: que analogice deo ⁊ creaturis conueniũt. ⁊ ſic diuine bonitates pꝛecipue oſtenduntur in rationali natura. vel ſecundum ſimilitudinem pꝛopoꝛtionis: ſecundum ꝙ ſpirituales pꝛopꝛietates coꝛpoꝛalibus methaphoꝛice deſignantur. ⁊ hoc modo in genere oſtenduntur pꝛopꝛietates diuine: vt. in pꝛimo lib. di. xxxiii. dictum eſt. ſed hec ſimilitudo non facit rationem imaginis. vnde Dioniſius vocat eam in ſecundo capi. cele. hierar. diſſimilem ſimilitudinem.

a D tertium ſic pꝛoceditur. videtur ꝙ imago non magis in angelis ꝗ̃ in hominibus inueniatur. Ea enim que ſequuntur naturam equaliter inueniuntur in omnibus habentibus naturam illam: vt viſibile in hominibus. ſed eſſe ad imaginem dei conſequitur intellectualem naturam. ergo in omnibus habentibus intellectũ eſt equaliter. ¶ Preterea. ſecundum Auguſtinũ eo ipſo eſt anima imago dei ꝙ capax eius eſſe poteſt. ſed nõ magis capax dei eſt angelus ꝗ̃ homo: cum in fruitõe diuinitatis homines angelis equãtur. ergo eſſe ad imaginem non magis angelis ꝗ̃ hoibus ꝯuenit. ¶ Pre. vt dicit Aug. inter mentẽ noſtram ⁊ deum nihil eſt medium. ſed quod magis imitatur deum: cadit medium inter ipſum: ⁊ quod minus imitatur ipſum. ergo angelus nõ magis eſt ad imaginem dei ꝗ̃ mens humana.
¶ Preterea ad hebꝛeos. ii. dicit gloſa: ꝙ natura mentis humane quã chꝛiſtus aſſumpſit nihil poſt deum eſt melius. ſed chꝛiſtus aſſumpſit mentem eiuſdem nature cum noſtris mentibus. cum ergo vnumquodqꝫ tanto ſit melius quanto expꝛeſſioꝛi imagine deum imitatur: videtur ꝙ eſſe ad imaginẽ nõ magis angelis ꝗ̃ hoibꝰ ꝯueniat. Pre. ð btã ṽgine dicit Hieronimꝰ: ꝙ exaltata ẽ ſuper choꝛos

angelorū ad celeſtia regna. ſed hoc non poſſet eſſe: ſi ipſa eſſet minus ad imaginem dei ꝗ angeli. ergo cum ipſa vere ⁊ pure naturam humanam habeat videtur idem quod prius. ¶ Sed contra eſt quod dicit Gregorius: quod angelus dicitur ſignaculum ſimilitudinis: quia in eo diuine imaginis ſimilitudo magis inſinuatur expreſſa. ſed ſecundum hoc aliqd dicitur eſſe magis ad imaginem ſecundum ꝙ expreſſiꝰ imago dei i ipo relucz. ergo angeli ſūt magis ad imaginē dei ꝗ homo. ſimiliter etiaz vr̄ ꝙ vir magis ꝗ mulier per id quod prime cor. xi. quidam gradus inter virū ⁊ mulierē ↄſtituit̄ duz dicitur vir imago dei: ⁊ mulier imago viri: ⁊ ita non in omnibus habentibꝰ imaginē imago equalr̄ inuenit̄. ¶ Reſpondeo. dd̄: ꝙ de imagine poſſumus loqui dupliciter. aut quantum ad id in quo proprie conſiſtit imaginis ratio: aut quantū ad id ad quod ſecundario aſſignat̄ ſimilitudo imaginis proprie .ſ. ⁊ principalr̄ imago intellectualem naturam conſequitur. vnde oportet: ꝙ vbi intellectualis natura perfectius inuenitur: etiā ibi ſit imago expreſſior: ⁊ ſic cuz natura intellectualis multo ſit dignior in angelis ꝗ in homine: eo ꝙ ꝓpter obumbrationem intellectualis luminis hō rōnalis dicitur: cuz ratio ſit quidam intellectus obūbratus: oportet ꝙ in angelis ſit expreſſior dei imago ꝗ in anima ⁊ in angelis ſuperioribus ꝗ in inferioribus ⁊ in viro ꝗ in muliere: ꝗuis iſta diuerſitas ſit minor ꝗ prima: q2 nō ſequitur diuerſitatem nature ſcḋm ſpeciem. aſſignatur etiaz imago dei in homine: ſed non ita proprie ꝗtum ad aliquas proprietates conſequētes: ſicut ꝙ homo dominatur inferioribus creaturis ſicut etiaz deus in toto vniuerſo: ⁊ eſt quodammodo finis earum. ⁊ hoc innuitur Gene. i. vbi poſt id qḋ dictum eſt: faciamus hoīem ad imaginē ⁊c. ſubiūgit̄ vt ꝑſit piſcibꝰ ⁊c. Et ſilr̄ ſicut deus eſt totꝰ in ꝗlz pte vniuerſi: ita aīa in qualibz parte corporis. ⁊ ſcḋz hoc ⁊ hmōi alia nihil ꝓhibet hominem magis ad imaginē dei eſſe ꝗ angelum: ſed hoc eſt ſcḋm quid ⁊ nō ſimpliciter: q2 iudiciuz ſimilitudinis vel diuerſitatis quod ſumitur ab eſſentialibus rei eſt multo firmius. ¶ Ad primū ergo dd̄m ꝙ ea que ↄſequunt̄ naturaz equaliter inueniuntur in omnibus habentibus naturaz illaz equaliter. natura autem intellectualis non equaliter inuenitur in angelis ⁊ in hominibꝰ: ſed in angelis multo nobilior. ¶ Ad ſcḋm dicendū ꝙ imago inuenitur in homine ⁊ in angelo ꝗtū ad naturalia ſua non ꝗtum ad habitum gratie vel glorie. Cōſideratis autem naturalibus angeli ⁊ hoīs magis ē capax diuine cognitionis angelus ꝗ homo: ⁊ ꝙ homo ad equalitatem angelorum perducitur: in diuina fruitione eſt gratie ⁊ non nature: ⁊ ideo obiectio non procedit. ¶ Ad tertiuz dd̄m: ꝙ inter mentem noſtrā ⁊ deum nihil eſt mediū quaſi obiectū beatitudinis: ſed immediate in deum noſtra mens tendit: a quo etiā immediate per gratiam viuificatur: ⁊ tamen eſt aliquid mediū ꝗtum ad gradum nature. ſ. angelica natura: vt patet ex Dioniſio in quarto capitulo celeſtis hierarchie. Auguſtinus etiaz dicit angelum ꝓpe deum factuz ⁊ materiaz prope nihil: ⁊ ideo obiectio nulla ē ¶ Ad quartum dd̄m ꝙ natura mentis humane quā chriſtus aſſumpſit eſt multo nobilior ꝗ quelibz creatura: ſed hoc habet ex vnione diuinitatis: ⁊ nō ex principiis eſſentialibus. ⁊ ideo non ſequitur ſimilis ratio de mentibus humanis non vnitis. Aſſumpſit enim dei filius humanam naturam: vt Damaſcenus dicit in athomo .i. in indiuiduo ⁊ non in ſpecie: ⁊ ſic etiam natura mentis humane in gloria predicta accipitur. ¶ Ad quintum dicendū: ꝙ exaltatio beate virginis ſuper choros angelorū: non fuit nature ſz gratie: ⁊ ideo per hoc nihil probatur.

a D quartum ſic proceditur. videtur ꝙ incōuenienter imago ⁊ ſimilitudo in littera diſtinguantur. Illud enim quod ponitur in diffinitione alicuius: vt genus non diſtinguitur ab ipſo: ſicut animal ab homine. ſed ſecundum Hilarium imago eſt rei ad rem coequandam imaginata ⁊ indiſcreta ſimilitudo. ergo imago ⁊ ſimilitudo diſtingui non debent. ¶ Preterea. ſecundum quorundam opinionem homo in gratuitis creatus non eſt. ſed innocentia ⁊ iuſtitia ad gratiam pertinent. ergo inconueniēter ſimilitudo in qua homo factus eſt per iuſtitiam ⁊ innocentiam exponitur in littera. ¶ Preterea. cognitio ⁊ amor nominant actum ⁊ paſſionem. ſz actus ⁊ paſſio non ſemper remanent in animo. Cum ergo imago ſemper maneat: videtur ꝙ inconueniēter imago ſecundum dilectionem vel cognitionem aſſignet̄. ¶ Preterea. amor ad voluntatem pertinet voluntas autem eſt pars imaginis. ergo inconuenienter diſtinguitur ſimilitudo ab imagine: per hoc ꝙ ſimilitudo in amore virtutis conſiſtit. ¶ Preterea. voluntas ad cognitionem non pertinet: ⁊ tamen pars imaginis ab auguſtino ponitur. ergo videtur ꝙ inconuenienter dicatur imago ad cognitionem veritatis ptinere. ¶ Preterea. natura intellectualis ad eſſentiā anime pertinet: ſed naturam intellectualem ſequitur imago: vt dictum eſt. ergo videtur inconuenienter dici ꝙ ſimilitudo ad eſſentiam pertineat. imago vero ad alia que ſunt in anima. ¶ Reſpondeo dicēdo: ꝙ in ratione imaginis includitur ſimilitudo: ⁊ non e conuerſo. vnde ſi ſimilitudo contra imaginem diſtinguatur: oportet ſpecialiter ſumi ſimilitudinem que deficit a ratione imaginis; ſicut proprium ↄdiditur diffinitioni nomē commune quod de diffinitione predicatur. ſed ſecundum illam rationem determinate acceptum qua deficit a perfectione diffinitionis. cuz ergo imago importet imitationem in his que pertinent ad ſpeciem demonſtrandam: oportet ꝙ ſimilitudo accipiatur in eo ꝙ deficit a demonſtratione ſpecialis nature. hoc autem contingit dupliciter. aut quia eſt prius ⁊ communius ꝗ ſit natura ſpeciei: ſicut proprietates conſequentes naturam generis. aut quia eſt poſterius his que ſpeciem demonſtrant: vt accidentia conſequētia principia indiuidui. Si ergo accipiatur defectus primo modo: ſic eſt vltima diſtinctio que in littera aſſignatur: ſecundum hoc enim dicetur ſimilitudo ſecundum conuenientiam in illis q̄ conſequuntur eſſentiam inquantum eſt eſſentia: ⁊ nō inquantum eſt intellectualis: vt incorruptibile ⁊ indiuiſibile. ⁊ huiuſmodi. imago autem attenditur ſecūdum ea que proprie intellectualem naturam conſequitur. Si autem attendatur defectus ex hoc ꝙ eſt poſterius: hoc eſt dupliciter. quia aut hoc eſt ſecundum ordinem potentie naturalis ad potentiam: ⁊ ſic primum demonſtrans naturam intellectualez eſt potentia cognoſcitiua ⁊ actus eius ⁊ poſterius erit voluntas ⁊ actus eius que ↄſequit̄ apphenſionē cognoſcitiue ṽtutis: ⁊ ſic erit ſcḋa diſt. q2 imago pertinebit

ad cognitionem veritatis que eſt primum demon/ſtrans naturam intellectualem. ſilitudo autem ad amorē virtutis: aut ſm ordinem potentie ad habituʒ ⁊ ſic erit prima diſtinctio ſm ꝙ imaginatio pertinet ad potētias. ſ. memoriā: intelligentiā: ⁊ volūtatē. Similitudo vero ad habitꝰ ꝯ̄ñtes. ſ. innocentiaʒ ⁊ iuſtitiam. ¶ Ad p̄mū ergo dōm ꝙ ſimilitudo coiter ſumpta nō diuiditur ꝯtra imaginem. ſed ſimilitudo deficiens a rōne imaginationis: ſicut proprium contra diffinitionē. ¶ Ad ſcōm dōm ꝙ etiā ſi ponat̄ hō non creatus in habitibus gratuitis: conſtat tamen cū eſſe creatū in habitibꝰ naturalibus integris ⁊ perfectis: ⁊ q̄tuʒ ad hoc ſimilitudo attendet̄. ¶ Ad tertiuʒ dōʒ ꝙ potentie innoteſcunt ꝑ actus ⁊ paſſiones. ⁊ ideo ꝑ cognitionē ⁊ amorē debet intelligi potentia cogneſcitiua ⁊ amatiua que eſt voluntas. ¶ Ad quartum dicendū ꝙ ratio illa non valet q᷑ procedit ex diuerſis diſtinctionibꝰ: nec eſt icōueniēs vt ſm vnā diſ. aliquid pertineat ad imaginem: ⁊ ſecundum aliam pertineat ad ſimilitudinem: quia in vna comparatione poteſt aliquid accipi: vt prius aliquo quod i anima accipitur. ⁊ poſterius reſpectu alterius ſecundū quem modū poſſunt comparari potentie intellectiue nature ad habitus: quibus inueniuntur priores. vel vna ad alteram: ⁊ ſic eſt vna prior altera. Et ita ſicut aliquid eſt prius ⁊ poſterius in aliqua comparatione diuerſimode acceptum: ita etiam poteſt ad imaginem ⁊ ſimilitudinem pertinere ratione predicta. Et ſimiliter dōm eſt ad quintum. ¶ Ad ſextum dicenduʒ ꝙ intellectualitas q̄uis pertineat ad eētiam nature intellectualis: non tamen eſt de rōne eētie inquantū eſſentia: ⁊ ideo non pertinet ad ſimilitudinem que aſſignatur ſecundū cōmunes differētias entis. ſ. ſimplex ⁊ compoſitum: corporale ⁊ incorporale: ⁊ huiuſmodi. Quare creatus ſit homo. i. cauſa finalis hominis: ⁊ qualiter inſtitutus: quia ex anima ⁊ corpore hec duo in prima diſtinctione huius libri dicta ſunt. Et qualiter ⁊ quomodo factus hic incipit proſequi. Deinde qualiter ſit lapſus: hoc ꝓſequit̄ .xxi. diſtin. Et deinceps poſtremo qualiter ⁊c. hoc in tertio libro ⁊ in quarto. Que in mente rationali naturaliter ſunt. hoc poteſt intelligi etiam de habitibꝰ gratuitis ad quos anima naturaliter eſt ordinata non ꝙ per principia nature cauſentur. vel poteſt intelligi de habitibus innatis: ſicut philoſophꝰ in ſexto ethicorum ponit etiaʒ quaſdaʒ vnitates naturales. imagio ergo pertinet ad formam ſcilicʒ ſpecialem ſimilitudo ad naturam. ſ. cōmunem: ⁊ hoc ſecundum vltimam diſtinctionem quaʒ poſuit. Quo circa homo eſt imago ⁊c. Ratio huius eſt q᷑ hec prepoſitio: ad: notat diſtantiaʒ. quia vt dicit Auguſtinus. ſilius ē imiginatio patris nulla ex parte ei diſſimilis. ideo ita dicitur imago ꝙ non ad imaginem homo autem: quia ipſe deum imitatur in natura intellectuali et a perfecta imitatione filii diſtat in quam tamē tendit vt pōt. ideo imago dicit̄ ⁊ ad imaginem.

## Diſtinctio decimaſeptima.

Hic de creatione anime vtrum de aliquo facta ſit: vel non: ⁊ quando facta: ⁊ quaʒ gratiam habuerit in creatione.

Hic de origine anime plura queri ſolet. ſeʒ vnde
b creata fuerit: ⁊ quam gratiaʒ habuerit in creatiōe. Sicut hominis formatio ſecundū corpꝰ deſcribitur: cum dicitur. Formauit deus hominem de limo terre: ita euiſdem ſm animaʒ deſcribitur factura: cum ſubditur. Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vite. Corpus cuiʒ de limo terre formauit deus: cui animam inſpirauit. Vel ſm aliam litteram. flauit vel ſufflauit. Non ꝙ faucibus ſufflauerit: vel manibus corporeis corpus formauerit. ſpiritus enim deus eſt: nec lineamentis membroruʒ compoſitus eſt. Non ergo corporaliter putemus deum corporeis manibus formaſſē corpus: vel faucibus inſpiraſſe animam. ſed potius hominem de limo terre ſm corpus formauit: iubendo: volēdo. i. voluit: ⁊ verbo ſuo iuſſit vt ita illa fieret. Et inſpi. in fa. eius ſpi. vite. i. ſubſtantiam anime in qua viueret. creauit: non de materia aliqua corporali vel ſpirituali: ſed de nihilo. Putauerunt enim quidam heretici deum de ſubſtantia ſua animaʒ creaſſe: verbis ſcripture peruicaciter inherentes quibꝰ dicitur. Inſpirauit vel ſufflauit ⁊c. Cum flat inquiunt vel ſpirat homo: de ſe flatum emittit. Sicut ergo cum dicitur deꝰ flaſſe vel ſpiraſſe ſpiraculum in faciem hominis ex ſe ſpiritum hominis emiſiſſe intelligitur. i. de ſua ſubſtantia. Qui hoc dicunt non capiunt tropica locutione dictum eſſe: ſufflauit: vel flauit. i. flatum hominis. ſ. animam fecit. flare enim eſt flatum facere. flatum facere eſt animam facere. Unde dominus per Iſaiaʒ. Omne flatum ego feci. Non ſunt ergo audiendi qui putant animam eſſe partem dei. Si enim hoc eſſet: nec a ſe nec ab alio decipi poſſet: nec ad malum faciendū vel patiendū compelli: nec in melius vel deterius mutari. Flatus ergo quo hominem animauit: factus eſt a deo: non de deo: nec de aliqua materia: ſed de nihilo.

lis peccati ex ipſo create: ⁊ ſic maxima pena ipſiꝫ p̄
mum peccatum ſecuta eſt: ſed grauitas huius pene
non cōmenſuratur quātitati pꝛimi peccati: vt fuit qͦd
dam perſonale peccatum: ſed ſm̄ ꝙ coꝛrūpit naturā.
¶ Ad quartū dd̄ ꝙ q̄uis gratia excedat naturā: tn̄
qꝛ potentia naturalis eſt que ſubſtantiam actus ām
niſtrat qui ex gratia informat᷑: ideo defectus natura
lis boni magis excuſſat peccati actum q̄ꝫ etiaꝫ carē
tia gratie. gratia eniꝫ non eleuat hominem: vt ſtatiꝫ
eliciat actum intellectus deifoꝛmis qͦd tamen ange
lus ex natura hꝫ: ⁊ ideo magis facit ad iremedicta
tem peccati ſuperioritas nature q̄ꝫ exceſſus gratie.
Cauſa tamen quare peccatuꝫ angeli eſt iremiſſibile
⁊ non peccatum hominis ſupra in tractatu de angel'
dicta eſt. ¶ Ad quintuꝫ dicendū ꝙ ſicut homo p ſe
gratiam amittere poteſt nec tamen per ſe pōt gra
tiam recuperare: qꝛ gratia virtutem nature excedit
ita etiam homo potuit integritatē innocentie amitte
re que conditionem nature excedebat vt dictum eſt
nec tamen potuit eam recuperare niſi ille qui ſupra
naturam erat: nam gratia que poſtmodum ade redi
ta creditur non niſi ad actus perſonales ſe extende
bat. vnde naturam in illud quod ſupra ſe eſt eleua
re non poterat. ſ. in originalem iuſtitiam ⁊ impaſſibi
litatem que ſupra conditionem principiorum natu
re humane erat.

Ad tertium ſic proceditur. videtur ꝙ Adam
a in primo ſtatu venialiter peccare potuit. di
ſpoſitio enim precedit perfectionē: ſꝫ veniale
eſt diſpoſitio ad mortale. ergo videtur ꝙ prius ve
nialiter q̄ꝫ mortalit᷑ peccauerit. ¶ Preterea li. ar.
ſe habet ad oppoſita: ⁊ precipue ſi confirmatum nō
ſit: ſꝫ li. ar. hōis i p̄mo ſtatu ꝯfirmatū ñ erat. g̃ ſicͭ pote
rat ñ peccar᷑ venialit᷑: ita ēt poterat peccar᷑ venialit᷑.
¶ Pre. quicūqꝫ poteſt id qͦd plus ē poteſt illud qͦd
minus eſt: ſed plus eſt peccare mortaliter q̄ꝫ venia
liter. cum ergo potuit peccare moꝛtaliteꝛ potuit pec
care venialiter. ¶ Preterea mortale peccatum
magis repugnat rectitudini ⁊ gratie q̄ꝫ peccatū ve
niale: ſed rectitudo innocentie non impediebat qn
moꝛtaliter peccare poſſet. ergo multo minus impe
diebat quinetiaꝫ venialiter peccaret. ¶ Preterea
impoſſibile eſt ꝙ aliquis credat vel extimet illud d̄
cuius contrario certus eſt. ſed Adaꝫ vt dicit Aug.
credidit peccatum quod ipſe committeret veniale
eſſe. ergo ipſe neſciebat ſe non poſſe venialiter pec
care: ſed ſi non potuiſſet ſciuiſſet ſe non poſſe: qꝛ hoc
nobilitatis in eo erat: ⁊ inconueniens eſt nos hr̄e no
biliſſimos habitus ⁊ nos lateant vt philoſophus di
cit in ſecundo poſterioꝛum. ergo Adaꝫ venialit᷑ pec
care potuit. ¶ Si dicatur ꝙ non potuit peccare ve
nialiter: qꝛ non poterant inferioꝛes vires auerti ni
ſi prius ratio ſuperioꝛ auerteretur. ¶ Contra in rō
ne ſuperioꝛi non tantum eſt peccatum moꝛtale: ſꝫ ēt
veniale. ergo potuiſſet deoꝛdinatio aliqua i ſuperio
ri rōne fuiſſe per veniale peccatum ſicut ⁊ quando
aliquis aliquem motum infidelitatis ſentit. ¶ Sed
ꝯtra. peccatuꝫ veniale in nobis creatur ex pꝛonitate
ad peccandum: ⁊ ex quadam impulſione carnis coꝛ
rupte: ſed hoc totum per peccatuꝫ ſecutum eſt. ergo
videtur ꝙ ante moꝛtale peccatū veniale peccatum
eſſe non potuit. ¶ Preterea puū motiuū non cōmo
uet magnā virtutem: ſed veniale peccatū puū habꝫ
motiuū in quo appetitus nō vt in fine quieſcit. ergo
cum virtus humana in pꝛimo ſtatu eſſet foꝛtiſſima
videtur ꝙ p veniale peccatū cōmoueri nō poterat.
¶ Rn̄ͦ dd̄ ꝙ ſicut ſupra dictū ē tal'erat p̄mi ſtatus re
ctitudo vt ſuperioꝛ ps ratiōis deo ſubiceret᷑ cui ſubi
cerēt᷑ iſerioꝛes vires qb᷒ ſubiceret᷑ coꝛp᷒: ita ꝙ p̄ma
ſubiectio erat cā ſecūde: ⁊ ſic deinceps manēte autē
cauſa maneret effectus. vñ ſicut q̄ꝫdiu hō erat ſubdi
tus deo nihil in coꝛpoꝛis partibus contingere pote
rat contrarium anime ita etiam nihil in viribus ani
me contingere poterat qͦd ſuperioꝛ ratio non oꝛdina
ret in deum. quod autem in deum recte oꝛdinatum
eſt veniale peccatum non eſt: ⁊ ita veniale peccatū
in pꝛimo ſtatu ꝯtingere non poterat: ſicut nec moꝛs
niſi prius oꝛdo mētis ad deum tolleretur quod ſine
peccato moꝛtali fieri non potuit. ¶ Ad pꝛimū er
go dicendū ꝙ duplex eſt diſpoſitio. quedam eſt que
neceſſaria eſt ad eſſe eius ad quod diſponit: ⁊ h ſem
per pꝛecedit illud ad quod diſponit: ſicut caloꝛ foꝛ
mam ignis. quedam vero diſpoſitio oꝛdinatur ad fa
cilitatem eius ad quod diſponit quod quidem ſine
ea eſſe poteſt: ſed non ita de facili: ſicut ꝙ ligna per
funditur oleo vt inflāmētur citius: ⁊ ſic veniale pec
catum eſt diſpoſitio ad moꝛtale. ¶ Ad ſecundū dicē
dū ꝙ Adam in pꝛimo ſtatu habebat li. ar. ad peccā
dum venialiter: ſed h non poterat in actuꝫ exire niſi
pꝛius peccaret moꝛtaliter: ⁊ ratio huius dicta eſt. vl'
poteſt dici ꝙ cōparando li. ar. ad obiectum ſiuꝫ con
firmatū non erat: ſed cōparando vnum oꝛdinem ad
aliuꝫ habebat quandam confirmationem vt. ſ. infe
rioꝛ oꝛdo ſuperioꝛem inuiolabiliter ſequeretur. ¶ Ad
tertiuꝫ dicendū ꝙ differt in potentijs actiuis ⁊ paſſi
uis: qꝛ in potentijs actiuis quod poteſt in plus eti
am in minus poteſt vt qui poteſt ferre C. lib. poteſt
etiam ferre. x. In potentijs autem paſſiuis eſt econ
uerſo: qui enim poteſt pati a paruo poteſt etiam pa
ti a maioꝛi: vt ſi aliquis poteſt vinci ab vno poteſt
etiaꝫ vinci a duobus: ſed nō conuertitur: ⁊ talis poᵃ
ē poᵃ peccandi. qui enim peccat a peccati ſui concu
piſcentia vincitur. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ rec
titudo oꝛiginalis iuſtitie in tantum repugnabat cul
pe moꝛtali: vt ſimul cum ea eſſe non poſſet tm̄ culpa᷑
moꝛtalis que ei oppoſita erat ipſaꝫ pꝛiuare poterat.
Uenialis autē culpa nec pꝛiuare iuſtitiam oꝛigina
lem poterat cuius principium erat in oꝛdine ſuperio
ris ptis in deum a quo veniale peccatum non ſepat
nec ſimul poterat cum ea eſſe propter oꝛdinem infe
rioꝛum ſub ſuperioꝛi. ¶ Ad quintū dicendū ꝙ Adā
⁊ ſi peccare non poſſet venialiter tamen poterat de
hoc certus non eſſe. ꝙ enim habitus nobiliſſimi nos
ñ lateant intelligitur de hītibus cognitiue ptis d̄ q̄ꝫ
pfectōe certitudo eſt nō aūt d̄ hītibus affectiue q latēt
vt in caritate patet. ¶ Ex pꝛeterea ſi ſciuiſſet in vni
uerſali poterat in pticulari non cōſiderare. Uel me
lius dicendū ꝙ veniale dicitur tripliciter. ſ. venia
le ex genere vt verbū otioſum veniale ex cauſa: vt
ꝙ ex infirmitate vel ignoꝛantia geritur ꝙ excuſabili
tatem quandaꝫ habet ⁊ eſt veniale ex euentu: ſicut
culpaꝫ pꝛecedenteꝫ moꝛtalem confirmatio ſequens
venialeꝫ facit vt Ambroſius dicit: qꝛ relinquit᷑ rea
tus tempoꝛalis pene. cuꝫ ergo Augu. dicit ꝙ credi
dit peccatum eſſe veniale intelligitur veniale ex cā

quiod quandoq; etiā; mortale eſt ſimpliciter. ¶ Ad tertium dicendum q̧ ſicut in pte intellectiua ſpeculatiua ſuprema pars eſt que principiis per ſe notis inheret: ita in ratione practica ſuprema ps eſt que fini adheret: q: finis in operabilibus eſt ſicut principiū primum indemonſtrabile in ſpeculatiuis vt in ſexto ⁊ ſeptimo ethicorum phus dicit ⁊ hec ps non poteſt deordinata eſſe niſi per peccatum mortale quod finē xriū ponit ab ordine aūt huius ptis totus ordo originalis iuſtitie dependebat: ⁊ ideo niſi prius mortaliť peccaſſet nulla inordinatio in eo eſſe potuiſſet. Diabolus per ſerpentem temptabat in quo loquebatur. Modus i quo angeli boni vel mali i aſſumptis corporib⁹ loqui poſſunt ſupra. d. viii. tactus ē. Serpēs dictus eſt eſſe callidior ⁊c. videtur hoc eſſe falſū; q: quodcūq; aľ Diabolus aſſumpſiſſet eandem calliditatem habuiſſet: ſi propria calliditate aſtutus nō erat vt ipſe ſubdit. Sed dō q̧ in hīs que viſibiliter gerebantur ea que non videnť intelligī poterāt. ſerpēs autem: ⁊ ſi aſtutiam ad nocendū hōi ſpūaliter ex ſe ñ hñet hab; tamen aſtutiam ad nocendū ſibi corporaliter. vnde aſtutia exterior ſerpentis aſtutiam ſpūalē; demonis deſignat. ⁊ iō callidior aliis aīantibus dicitur ppť aſtutiā demonis qua mouebať p quā: ⁊ diabolus deſignabať. Sicut per energuminos ⁊ phanaticos Energumini dicunť quaſi interius laborantes ab en quod eſt in et erge quod eſt labor phanatici dicuntur ex hoc q̧ in phanis vel templis ydolorum a demonibus reſponſa accipiebant: ſed vtrūq; hic pro arreptis a demone accipitur Auaritia imoderata hūdi cupiditas ⁊c. Hoc quod hic dicitur de auaritia ñ eſt intelligendū de ea ſm q̧ eſt ſpāle vitium vnū de vit. capitalibus: q: ſic non differt a ſuperbia que eſt appetitus imoderatus proprie excellentie. ſed ſumitur hic auaritia prout eſt generale vitiū ad omnia peccata que in appetitu quorūcūq; bonorū naturaliū conſiſtunt vt curioſitas ſuperbia ⁊ huiuſmoni vt diſtinguit Aug. xi. ſuper Gene.

## Di. Uigeſimaſecunda.

De origine illius peccati.

b Ic uidetur diligenter inueſtigandū eſſe, que fuerit origo ⁊ radix illi⁹ peccati. Quidam putant quandam elationem in animo hominis preceſſiſſe: ex qua diaboli ſuggeſtioni conſenſit. Quod videtur Aug. innuere ſup Geneſim ita dicens. Non eſt putandum q̧ hō deiiceretť niſi preceſſiſſet in eo quedam elatio comprimenda vt per humilitate; peccati ſciret q̄ falſo de ſe preſumpſerit: ⁊ q̧ non bene ſe habe; natura ſi a faciente receſſerit. Item ī eodem. Quomodo verbis temptatoris crederet mulier deum ſe a re bona ⁊ vtili prohibuiſſe: niſi ineſſet eius menti amor ille pprie poteſtati: ⁊ de ſe ſuperba preſumptio? Que per temptationem fuerat conuincēda aut primendam. Deniq; non contenta ſuaſione ſerpentis: aſpexit lignum bonum eſu: ⁊ decorū aſpectu: nec credens ſe inde poſſe mori forte putauit deum alicuius cauſa ſignificationis illud dixiſſe. Ideo comedit ⁊ dedit viro ſuo fortaſſis cum aliqua ſuaſione quam ſcriptura intelligenda reliquit. Uel forte nō fuit ſuaderi neceſſe: cum eam mortuam eſſe illo cibo non videret vir. Sicut ergo non eſt permiſſus diabolus temptare feminam niſi per ſerpentem: ita nec virum niſi per feminā. Ut ſicē preceptum dei per virum venit ad mulierem ita diaboli temptatio per mulierem ad viru; tranſiret.

Quod aliter locutus eſt diabolus muliere q̄ in ſerpente.

i N muliere vero que rationalis erat non eſt ipſe locutus vt in ſerpente: ſ; perſuaſio eius q̄uis inſtructu adiuuaret interius: quod per ſerpentem gerebat exterius. Ex predictis temptationis mod⁹ atq; progreſſus inſinuať. Nec non etia; quod prediximus innui videť. ſ. q̧ temptationem preceſſerit quedam elatio ⁊ preſumptio in mente hominis.

Obiectio contra illos qui dicunt elationem preceſſiſſe in mente.

q Uod ſi illa fuerit: non igiť alterius ſuggeſtione poſterius peccauit: cum auctoritas tradat: ideo peccatum diaboli incurabile eſſe: quia non ſuggeſtione: ſ; propria ſuperbia cecidit. hominis vero curabile quia non per ſe: ſed per alium cecidit. et ideo per alium ſurgere potuit. Quocirca predicta Aug. verba pium ac diligentem lectorem efflagitant: que ſic itelligere ſane quim⁹. Nō deiiceretť homo. ſ. in actū iſtius peccati vt ſcilic; lignum vetitū ederet: ⁊ in has miſerias per temptationem diaboli: niſi elatio comprimenda preceſſiſſet: non vtiq; temptationem: ſed opus peccati. Talis enim fuit ordinis proceſſuſ. Diabolus temptando dixit. Si comederitiſ eritť ſicē dii: ſcientes bonū ⁊ malum. quo audito ſtatim menti mulieris ſubrepſit elatio quedam ⁊ amor proprie poteſtatiſ. Ex quo placuit ei facere quod diabolus ſuadebat: ⁊ vtiq; fecit. Suggeſtione igiť peccauit. quia temptatio preceſſit ex qua in mente eius orta eſt elatio: quam peccatū operis ſecutum eſt ⁊ pena peccati.

Que fuit elatio mulieris.

e T talis quidem elatio in mente mulieris fuit p certo: qua credidit ⁊ voluit habere ſimilitudine; dei cū equalitate quadam putans illud eſſe verum quod

diabolus dicebat. ⁊ ideo ſpecialiter mulierē commemorat Aug. inquiens. Quomodo crederet mulier diabolo niſi eſſet in mēte eiꝰ de ſe ſuperba preſumptio. Et quod ibi ſequitur. ſcilicet que per temptationem fuerat cōuincenda vel perimenda: ad mulierem referēdum eſt: vt intelligatur: que mulier non elatio fuerat per temptationem ⁊c.

Que fuit elatio viri: an crediderit ⁊ voluerit quod mulier.

Olet queri vtrum illa talis elatio et
s amor proprie poteſtatis in viro fuerit
ſicut in muliere. Ad quod dicimus quia Adaz non fuit ſeductus eo modo quo mulier. Non enim putauit eſſe verum quod diabolus ſuggerebat. In eo tamen fuiſſe ſeductum credi poteſt q̄ commiſſum veniale putauerit quod peremptorium erat. Sed nec prior ſeductus fuit: nec in eo in quo mulier: vt crederet deum illud lignum ideo tangere phibuiſſe: quia ſi tangerent fierent ſicut dii. Uerumtamen preuaricator fuit Adam vt teſtatur apoſtolus. Potuit ergo aliqua elatio menti eius ineſſe illico poſt temptationem ex qua voluit lignum vetitum experiri: cum mulierem non videret mortuam eſca illa percepta. Unde Augu. ſuper Geneſim. Cum apoſtolus Adam preuaricatorem fuiſſe oſtēdat dicens in ſimilitudinem preuaricationis Ade: ſeductum tamen negat. Ubi ait Adaz non eſt ſeductus: ſed mulier. Unde ⁊ interrogatus non ait: mulier ſeduxit: me ſ; dixit. dedit mihi ⁊ comedi. Mulier vero inquit. ſerpens ſeduxit me. Hanc autem ſeductionem proprie vocauit apoſtolus per quam id q̄d ſuadebatur cum falſum eſſet: verum putatuz ē. ſ. q̄ deus lignuz illud ideo tangere prohibuerit: quia ſciebat eos ſi tetigiſſent ſicut deos futuros tanq̄ eis diuinitatem inuideret: qui eos homines fecerat. Sed ⁊ ſi virum propē aliq̄ mentis elationem que deum latere non poterat: ſollicitauit aliqua experiendi cupiditas: cum mulierem videret: accepta illa eſca nō eſſe mortuam. non tamen eum arbitror ſi iaz ſpūali mente preditus erat vllo modo crediſſe quod diabolus ſuggerebat.

Quis plus peccauit Adam vel Eua.

X quo manifeſte aīaduerti pōt quis
e eorum plus peccauerit: Adam. ſ. vel
Eua. Plus eni videtur peccaſſe mulier que voluit vſurpare diuinitatis equalitatē ⁊ nimia preſumptione elata: credidit ita eſſe futurum. Adaz vero nec illud credidit: ⁊ de penitentia ⁊ dei miſericordia cogitauit dum vxori morem gerens eius perſuaſioni cōſenſit: nolens eam contriſtare: ⁊ a ſe alienataz relinquere: ne periret. arbitratus illud eē veniale: non mortale delictuz. Unde Aug. apoſtolus inquit. Adam non eſt ſeductus. Quod vtiq; ita accipi poteſt: vt intelligatur non eē ſeductus prior. ſ. vel ī eo in quo mulier vt. ſ. crederet illud eſſe verum. Eritis ſicut dij. Sed putauit vtrunq; poſſe fieri: vt ⁊ vxori morez gereret. ⁊ per penitentiam veniaz haberet. Minus ergo peccauit qui de penitētia ⁊ dei miſericordia cogitauit. poſtq̄ enim mulier ſeducta manducauit: eiq; dedit vt ſimul ederēt noluit eam contriſtare: quam credebat ſine ſuo ſolatio contabeſcere: ⁊ a ſe alienatam omnino interire. Non quidem carnali victus concupiſcentia. quam nondum ſenſerat: ſed amicabili quadaz beniuolentia. qua pleruq; fit. vt offendatur deus ne offendatur amicus. q̄d eum facere non debuiſſe. diuine ſententie iuſtus exitus indicauit. Ergo alio quodāmodo ipſe etiam deceptus eſt. Inexpertus eniz diuine ſeueritatis in eo falli potuit. vt veniale crederet eſſe commiſſum. ſed dolo illo ſerpentino quo mulier ſeducta eſt. nullo modo arbitror illum potuiſſe ſeduci. Ex his datur intelligi q̄ mulier plus peccauerit in qua maioris tumoris preſumptio fuit. Que etiam in ſe ⁊ in proximum ⁊ in deum peccauit. Uir autem tantum in ſe ⁊ in deum peccauit. inde etiaz colligitur q̄ mulier plus peccauerit. quia grauius punita eſt. Cui dictum eſt. in dolore paries filios ⁊c.

Q̄d predicte ſnie aduerſari videtur.

Ed huic videtur contrariuz q̄d Aug.
s ſup Geneſim de viro ⁊ muliere peccatum ſuum excuſantibus ait. Dixit Adam. Mulier quaz dediſti mihi. dedit mihi ⁊ comedi. Non dicit peccaui. Superbia eni habet confuſionis deformitatem: non cōfeſſionis humilitatem. Nec etiam mulier confitetur peccatum. ſed refert in alterū dicens. Serpens decepit me. ⁊ comedi. in impari ſexu: ſ; pari faſtu. Ecce hic dicit Augu. quia parem faſtum habuit mulier cum viro. Pariter ergo ſuperbierunt ⁊ pariter peccauerunt. Sed hoc ita determinari poteſt vt dicamus parez vtrinſq; fuiſſe faſtum in excuſatione peccati ⁊ in eſu ligni vetiti. ſed diſparem ⁊ in muliere multo maiorem in eo q̄ credidit ⁊ voluit eſſe ſicut deus. quod non vir. Uerumtamen ⁊ de viro legitur q̄ voluit eſſe ſicut deus. dicit enim Augu. ſuper illum locum pſalmi. Quando rapui tunc exoluebam. Rapuit enim Adaz

⁊ Eua preſumens vt diabolus de diuinitate. Rape voluerūt diuinitatē ⁊ ꝑdiderūt felicitatē. Itē ſup illū locū pſalmi. Deus qs ſimilis tibi. Qui ꝑ ſe vult eſſe vt deus: ꝑuerſe vult eē ſimil' deo. vt diabol⁹ q noluit ſub eo eē ⁊ hō q vt ſeruus noluit teneri precepto ſꝫ voluit vt. nullo ſibi dominante eſſe quaſi deus. Itē ſup illū locū eple. nō rapinā arbitratus ē eē ſe equalem deo. Quia nō vſurpauit qđ ſuū nō eēt: vt diabolus ⁊ primus homo.

Quorundam ſnia. q̄ Adam ambierit eſſe vt deus: ſed non credidit eſſe poſſibile.

i Deo quibuſdā videť q̄ etiam Adā ambierit eſſe ſic̄ deus: non tamen id credidit poſſe fieri. ⁊ iō falſum eē qđ diabolus promittebat: cognouit. ⁊ lꝫ diuinitatꝭ equalitatēꝫ concupinerit: non tamē adeo exarſit: nec tanta eſt affectus ambitione: ſic̄ mulier q̄ illud poſſe fieri putauit. ⁊ iō magis illud ambiendo ſuperbiuit. Uirū aūt aliqua forte ambitionis. ſubreptio mouit: ſed non ita vt illud putaret verum vel pōſſibile fore. Aliis autem videť ideo dictum eſſe q̄ Adā illud voluerit: qꝛ mulier de eo ſumpta illud voluit ſic̄ inquiunt peccatum dicit̄ per vnuꝫ hominem intraſſe in mundum. i. in humanā naturam: cum tamen mulier ante virum peccauerit: quia ꝑ mulierem intrauit de viro factam. Uel potius ideo per hominem dicit̄ intraſſe: quia etiam peccante muliere: ſi vir nō peccaſſet humanum genus minime peccatꝭ corruptū periret. Minus ergo peccauit vir q̄ mulier.

Obiectio contra id quod dictum eſt virum minus peccaſſe.

h Is autem opponi ſolꝫ hoc modo tribus modis vt ait Iſidorus peccatū gerit̄. ſ. ignorantia infirmitate ⁊ induſtria. Et grauius ē infirmitate peccare q̄ ignorantia. Grauiuſqꝫ induſtria q̄ infirmitate. Eua autem videť ex ignorantia peccaſſe: qꝛ ſeducta fuit. Adam vero ex induſtria: qꝛ non fuit ſeductus vt apoſtolus ait. Ad quod dicimus: qꝛ lꝫ Eua in hoc ꝑ ignorantiā deliquerit: q̄ putauit uerum eſſe quod diabol⁹ ſuadebat: non tamen in hoc quin nouerit illud dei eſſe mandatum: ⁊ peccatuꝫ eſſe ⁊ contra agere. ⁊ ideo excuſari a peccato per ignorantiam non potuit. Eſt enim ignorantia que excuſat peccantem: ⁊ eſt ignorantia que non excuſat. ⁊ eſt ignorātia uincibilis: ⁊ eſt ignorātia in vincibilis. Excuſatio oīs tollit̄ vbi mandatum non ignorat̄.

De triplici ignorātia q̄ excuſat ⁊ q̄ non.

e St autem ignorantiā triplex: eorum ſ. qui ſcire nolunt cum poſſint. que non excuſat: quia ⁊ ipſa peccatum ē. ⁊ eorum qui volunt: ſed non poſſunt. que excuſat ⁊ eſt pena peccati ⁊ non peccatum: ⁊ eorum qui quaſi ſimplicit̄ neſciunt: non renuentes vel proponentes ſcire. que neminem plene excuſat: ſed ſic fortaſſe ut min⁹ puniat̄ Unde Augu. ad ualentinum. eis aufert̄ excuſatio qui mandata dei nouerūt. quā ſolet habere homines de ignorantia. ⁊ licꝫ grauius ſit peccare ſcienter q̄ neſcienter. non ideo tamen confugiendum eſt ad ignorantie tenebras ut in eis quiſq̄ excuſationem requitat. Aliud eſt enim neſciſſe. aliud ſcire noluiſſe. quia in eis qui intelligere noluerunt ipſa ignorantia peccatum eſt. In eis uero que nō potuerūt pena peccati. Ignorātia uero que non eſt eorum qui ſcire nolunt. ſed eorꝫ qui tanq̄ ſimpliciter neſciunt nullum ſic excuſat ut eterno igne non ardeat. ſed fortaſſe ut minus ardeat. Non igitur mulier excuſationē habuit de ignorantia cum ⁊ mandatum nouerit: ⁊ peccatum eſſe ſecus agere non ignorauit.

Unde proceſſerit conſenſus illius peccati cum natura hominis eſſet incorrupta.

s Olet etiam queri: cum ſine vitio eēt natura hominis: unde cōſenſus mali proceſſerit? Ad quod reſponderi poteſt. quia ex libero arbitrio proprie uolūtatis fuit. ⁊ in ipſo enim ⁊ in alio cauſa extitit. ut fieret deterior. In alio quia in diabolo: qui ſuaſit. in ipſo quia uoluntate liberi arbitrij conſenſit. ⁊ cum liberum arbitrium ſit bonum. ex re utiqꝫ bona. malus ille conſenſus prouenit. ⁊ ita ex bono maluꝫ manauit. De hoc autem in ſequenti plenius tractabit̄ bus. cum origo mali. ⁊ in qua re caleſcat: inueſtigabit̄.

An uoluntas preceſſerit illud peccatum.

s I uero queritur utrum uoluntas illud peccatum preceſſerit? Dicimus quia peccatum illud. ⁊ in uoluntate ⁊ in actu conſiſtit. ⁊ uoluntas actum preceſſit. Sed ipſam uoluntatem alia hominis uoluntas mala non preit atqꝫ ex diaboli perſuaſione ⁊ hominis arbitrio. illa uoluntas mala prodiit. qua iuſticiam deſeruit. ⁊ iniquitatem inchoauit ⁊ ipſa uoluntas iniquitas fuit.

b Je diligenter videtur inueſtigandū ⁊c. Poſtq̄ determinauit principium humani caſus ex pte temptatoris. Hic determinat principium intrinſecum ex pte ipſius hominis peccātis. Et diuidit̄ i ptes duas. In prima inquirit quod fuerit in homine primum peccatum origo ⁊ radix peccatorum ſequentium. In ſecunda inquirit quid fuerit principium illius primi peccati. ibi. Solet etiam queri ⁊c. Prima diuiditur in partes tres. In prima dicit ꝙ primum peccatū i hoie fuit elatio. In ſecunda oſtendendo ꝙ diuerſimode fuit in viro ⁊ muliere. ibi. Et talis quidem elatio. In tertia ex h̄ concludit peccatum mulieris grauius peccato viri fuiſſe. ibi. Ex quo manifeſte animaduerti poteſt. Circa primum tria facit. Primo ponit quorūdā opinionem ⁊ rōnis eorum ponentium ſuperbiam in corde hominis etiam temptationem demonis preceſſiſſe. Secundo obicit in contrarium. ibi. Quod ſi ita fuerit ⁊c. Tertio determinat veritatem. ibi. Quod circa predicta Aug. Et tal' quidā ⁊c. Hic oſtendit qual' fuerat elatio viri a mulieris. Et pmo qual' fuerit elatio mulieris. 2° qual' fuerit elatio viri. ibi. Solet q̄ri vtrū tal' ex q̄ maiſeſte ⁊c. Hic ꝯcludit ex p̄dictꝭ ꝙ peccatū mulieris grauiꝰ fuit peccato viri. Et pmo oſ̄dit ꝓpoſitū. Secundo obicit in contrarium. ibi. Sed h̄ videtur contrarium. ꝙ autem peccatum mulieris grauius fuerit oſtendit tripliciter. Primo ex motiuo ad peccandum: q: ex maiori ſuperbia. Secundo ex offenſa: q: in plures peccauit. ibi. Que etiam i ſe. Tertio ex pena: quia grauius punita eſt. ibi. Inde ēt colligitur. Sed h̄ videtur contrariū ⁊c. Hic obicit ꝯ̄ hoc quod dictum eſt. Et primo oſt̄edit equale fuiſſe peccatum. Secūdo oſ̄dit peccatū viri fuiſſe grauius. ibi. His autem opponi ſolet. ¶ Circa pmum duo facit ſm ꝙ duas auctoritates contra definita inducit. Secunda incipit. ibi. Uerumtamen ⁊ de viro ⁊c. Quelibet autem iſtaꝝ ptiū diuidit̄ in obiectionē ⁊ reſponſionem. Solet etiam queri ⁊c. Hic inquirit quod fuerit principiū illius peccati: ⁊ diuidit̄ i duas ptes ſm ꝙ duas mouet q̄ones. Secūda incipit. ibi. Si vero queritur ⁊c. Hic duo querunt̄. Primo de peccato primi hoīs. Secūdo de ignorantia. ¶ Circa primum querunt̄ tria. Primo quod fuerit primū peccatum ſm genus. Secundo qd hō peccando appetiit. Tertio q̄s plus peccauit vtrū vir vel mulier.

a D primū ſic ꝓcedit̄. videt̄ ꝙ ſupbia nō fuit primū hoīs peccatū. Diſſ̄edere enim verba diuina peccatū infidelitatis eſt: ſed peccatū hoīs ex hoc ꝓceſſiſſe: vr̄ ꝙ verba dei diſſ̄edidit: vel de eis dubitauit vt ſupra dictū eſt. ergo pmū peccatū hoīs fuit infidelitas. ¶ Pre. in ſpūali edifitio primū fundamētū eſt fides vt heb. xi. dr̄: ſed fidei opponit̄ infidelitas. ergo etiā in ꝓgreſſu ꝑditionis humane pmū peccatū fuit īfidelitas: ⁊ nō ſupbia. ¶ Pre. Ro. v. dr̄ per inobedientiā vnius hoīs peccatores conſtituti ſunt multi: ⁊ loquit̄ ibi de peccato pmi hoīſ per peccatū enī mors in mūdū intrauit. ergo pmum peccatū eſt inobediētia. ¶ Pre. ſpecies peccati determinatur ex motiuo ad peccandū: ſed mulier mota fuit ad peccandum ex delectabili ſm guſtum. vnde dicitur Gene. iii. videns. ergo mulier lignū ⁊c. Cum ergo circa delectabile ad eſum ſit gula: videt̄ ꝙ primum hominis peccatum non gulla. ¶ Prete. promiſſio demonis mulierem ad peccandū inſtigauit: ſed demon promiſit perfectionem ſcientie. ergo ex appetitu ſcientie peccauit: ſed imoderatus appetitus ſciendi ē curioſitas. ergo pmū peccatū ē curioſitas. ¶ Preterea. quicūq̄ non facit illud qd̄ facere tenet̄ peccat peccato omiſſionis: ſed tenebat̄ homo i temptatione conferre de precepto iniūcto: q: ſi contuliſſet non peccaſſet. ergo videtur ꝙ peccato omiſſionis primo peccauerit. ¶ Preterea. primum peccatum hominis fuit radix ⁊ origo ſequentium peccatorum: ſed ſicut dr̄. i. Thi. vult. Radix oīum maloꝝ eſt cupiditas. ḡ vr̄ ꝙ pmū peccatū fuit cupiditas: et non ſupbia vel electio vt in lr̄a dr̄. ¶ Sꝫ ꝯ̄. ē qd̄ dr̄ eccle. xi. initium oīs peccati ſuperbia eſt: ſed in pmo peccato hoīs oē peccatū initium ſumpſit ergo peccatū fuit ſuperbia. ¶ Pre. diabolus temptās hominē ſui imitatorē coactus eſt reddere: ſed demon per ſuperbiā peccauit vt ſupra dictū ē. ergo ⁊ hō. Reſpondeo dd̄ ꝙ contingit q̄nq̄ i vno actu plurīū peccatorū deformitates inueniri: ſed illa deformitas eſt principalior ⁊ formalitor cōplēs ſpēꝫ peccati que ex principali motiuo relinquit̄ in qd̄ ordinant̄ alia. q: finis ē id qd̄ pmū cadit in voluntate ex qua eſt origo peccati: ⁊ ex fine actus morales ſpecificant̄. vnde phs dicī. i. vi. ethicoꝝ ꝙ ſi aliquis mechat̄: vt accipiat lucrū magis auarus ſeu iniuſtus q̄ͣ mechus eſt. ſm hoc dico ꝙ in primo peccato hoīs multe deformitates apparent. vnde magiſter ſupra in eo notauit gullā inanē gloriam ⁊ auaritiam propter quod vnum peccatū multiplex poteſt dici: nihilominus tamen ſunt oīa alia materialia reſpectu ſuperbie: q: ad finē excellētie cōtinere omnia ordinant ſic promiſſio demonis ē que ad peccatum inſtigauit dicit enim: Eritis ſicut dij Gene. iii. ⁊ merito vtrinſq̄ peccatum ⁊ demōis ⁊ hominis incepit: q: omnium aliorum peccatorum defectus aliquis occaſio ſolet eſſe ſola vero ſuperbia eſt que fundamentum ex perfectione ſumit. vnde Aug. dicit ꝙ etiam bonis operibus inſidiatur vt pereant. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ non crediderunt deum falſum dixiſſe h̄ enim ſimpliciter infidelitatis fuiſſet: ſed crediderunt forte alio modo intelligendum fore metha. vel ad aliquid ſignificādū dictum. Uel dd̄ ꝙ ex ipſa electione qua illud qd̄ promittebatur appetebant oculis mentis impeditus ſuit ne actualiter veritatem diuini dicti attenderēt ſm ꝙ oīs malꝰ aliquo modo ignorans eſt: ſꝫ talis ignorantia vel dubietas etiam credendorum infidelitatem non facit. ¶ Ad ſecundum dicendū ꝙ ordo cōpoſitionis eſt contrarius ordini reſolutionis: q: qd̄ ē primum in compoſitione eſt vltimum in reſolutione ⁊ ideo non ſequitur ꝙ ſi fides ē prima in compoſitione edificii ſpiritualis ꝙ infidelitas ſit prima in reſolutione eiuſdem. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ inobedientia dupliciter ſumitur. quandoq̄ enim eſt ſpāle peccatum quando. ſ. ex contemptu precepti aliquis ſpecialiter peccat: quandoq̄ autem ſumitur prout ē conditio generalis conſequens omne peccatum mortale. cum enim preceptum legis actus omnium virtutū ordinet ꝯ̄ns eſt vt quodlibet vitiū tranſgreſſionem annexam precepti habeat ⁊ inobedientiā: ⁊ ſic dicitur per inobedientiam vnius ⁊c. ¶ Ad quartū dicendum ꝙ motiuū gule non fuit principale motiuū ſꝫ ſecūdariū ⁊ ordinatū ad aliud vt dictum ē. ¶ Ad q̄ntū dd̄ ꝙ n̄ peccauit mulier i hoc ꝙ appeteret ſciāꝫ eoꝝ q̄ ad ipſam nō ꝑtinebāt: q: h̄ curioſitas fuiſſet: ſꝫ in hoc ꝙ in ſcīa eminētiā deſiderauit vt in hoc quo-

dāmodo deo equaret. ¶ Ad. vi. dō. ꝙ nō tenebat tūc ꝯſerre: q: ēx ſine collatiōe poterat tēptationi reſiſtere. Uel dō melius ꝙ fuit ibi omiſſio nō ꝓut ē ſpāle peccatū: ſ ꝓut ē ꝯñs oē peccatū. In oī. n. pctō cōe ē h ꝙ aliquis nō facit qđ in ſe eſt ad reſiſtendum peccato quod ſi faceret non peccaret. ¶ Ad. vii. dō ꝙ cupiditas tripl'r ſumitur. Uno mō ꝓut eſt ſpāle peccatum: ⁊ hȝ materiā ſpālem. ſ. bona ad vſum vite ptinētia prout poſſident: ⁊ ſic non eſt radix oīs peccati niſi ſm ꝙ infra magiſter dicit ꝙ nō eſt aliqđ genꝰ peccati qđ non interdū ex auaritia oriatur. Secūdo mō dr̄ cupiditas vt eſt generale peccatum prout eſt īmoderatus appetitus habendi quodcūqꝫ vel ſciaȝ vel poſſeſſionē vel quodlibet aliud: ⁊ hoc mō ſimilr̄ dixit in pmo peccato hoīs eſſe auaritiā: ⁊ hos duos modos ponit Aug. xi. ſuper Gene. Tertio modo ꝓut non eſt peccatū: ſed radix peccati prout dicit quādā ꝓnitatem appetitus vt incliuet ad aliquid inordinate apetendum in actu: ⁊ conſtat ꝙ primo modo vt cupiditas eſt ſpeciale peccatum homo ex auaritia non peccauit.

a D ſecūdū ſic ꝓcedit. videt ꝙ peccatū hoīs non fuerit in hoc ꝙ appetit eſſe ſicut deus cōpleta eni volūtas prudētis de ipoſſibili eē nō pōt: ⁊ pcipue de illo qđ i apprehēſione non cadit: ſed aliquā creaturā eē ſicut deus ē ipoſſibile nec i intellectu capi pōt. ḡ h mō non appetiit cū prudentiaȝ ⁊ reliquas virtutes hr̄t vt infra magiſter dicit. Si dicat ꝙ non appetiit eſſe ſicut deus ꝑ equalitatē: ſ ꝑ ſimilitudinē. Cōtra. ſicut dicit Aug. amor eſt eorū que habent: ſed appetitus eoꝝ q̄ nō habent. cū ergo hō in ſui creatione ad dei ſimilitudinē factus ſit: vr̄ ꝙ h hō nō appetiit. ¶ Pre. conſtat ꝙ malū ꝑ expientiā deus ſcire nō pōt: ſed ſcia boni ⁊ mali intelligitur de malo ꝑ expientiā que prius erat per cognitioneȝ tm̄. ergo vr̄ ꝙ ex h ꝙ appetiit ſciam boni ⁊ mali dei ſimilitudinē non affectauit. ¶ Pre. phs dicit in. x. ethicoꝝ ꝙ debemus nos in diuina trahere quantuȝ poſſumus: q: ipſe nobis diuina nō inuidet vt quidā poeta mentiebat. Dyo. aūt ⁊ Aug. dīt ꝙ ad deum accedit nō loco: ſed ſimilitudine. cū ergo ad ipſuȝ accedere debeamus vt in ps. dr̄ accedente ad eum et illu. vr̄ ꝙ non peccauit in hoc ꝙ dei ſimilitudinē appetiit. ¶ Pre. nullus peccat in appetendo illud qđ naturaliter deſiderat: ſed oēs homines vt phs dic natura deſiderāt ſcire. cū ḡ nō appetiit diuinā ſimilitudinē niſi in ſcia vt verba ſerpētis oſtēdūt: vr̄ ꝙ i appetēdo dei ſimilitudinē nō peccauit. ¶ Sȝ ꝯ eſt qđ in lr̄a dr̄ ꝑ Aug. qui peruerſe vult eſſe ſicut deus ꝑuerſe vult eē ſilīs deo vt diabolus ⁊ hō. Hoc etiaȝ vr̄ ex ipropē dei qđ Gene. iii. ponit ecce Adā quaſi vnus ex. no. ⁊c. ¶ Reſpōdeo dō ē ꝙ hō quantuȝ ad aliqđ appetiit eē ſicut deus quātū vero ad aliqđ nō. Si eni ſicut dicat equalitatē in aliq̄ ꝑfectione ſic hō noluit ꝙ ipſe hr̄et tātā ſciētiā: vel potētiā: vel bonitatē quātā hȝ deus: q: hoc ipm ipoſſibile ⁊ incogitabile ē: ſed quātū ad aliquē modum habendi voluit deo parificari tam homo q̄ȝ diabolꝰ vt. ſ. vterqꝫ haberet perfectionem: ſibi datam ſicut habet deus ſm aliquem modum: ſed differenter: quia ſuperbus angelus appetiit talem equalitatem in poteſtate: ſȝ homo in ſcientia: cuius ratio eſt: quia primus angelus inter alias creaturas excellentior erat. vnde quodā modo ex ordine ſue nature influentiam ſuper alias creaturas habebat: voluit. ergo. dignitati ſue nature innitens vt ipſe principium quoddam creaturaruȝ ſequentium exiſteret: ⁊ gubernationis: ⁊ cāſalitatis cuiuſdam modi: tamen ſub primo principio a quo ſuā potentiam recognoſcebat: ſed hoc ſm dignitatem nature ſue adipiſci preſumebat non ex diuino munere ſuperaddito. homo vero qui creaturis inferioribus ſuperpoſitus erat vt eas regeret: ⁊ eis vteret non tā per potentiam q̄ȝ per prudentiam: hoc modo appetiit vt per nature ſue conditionem: ⁊ ligni prohibiti edulium tantam ſcientie plenitudinem conſequeretur vt ex lumine proprie rationis quod tamen a deo ſibi collatum eſſe credebat: ⁊ ſeipſum regeret in omnibus: ⁊ iferiora ſibi ſubiecta. Unde Aug. dicit ꝙ noluit vt ſeruus teneri eſſe precepto quaſi ab alio regula per lumen naturali lumini ſuperadditum. Et h ēt verba ſerpētis oſtendunt: qui promiſit ſcientiā boni ⁊ mali quod ad actiones pertinet: ⁊ ad gubernationem rerum. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ elatio in tantum cecat oculos mentis vt illud eſtimet eſſe poſſibile: quod poſſibile non eſt. vnde potuit eſſe vt ad verba ſerpentis homo excellentiam inordinate appeteret in cōtex illo appetitu vero excecatus peruerſum iudicium de impoſſibili proferret: ⁊ ſic appetitus declinaretur ad hunc excellentie moduȝ. Uel dō ꝙ equalitatem equipantie quod impoſſibile eſt ⁊ cogitari non poteſt non appetiit: ſed aſſimilationem quandam vt dictum eſt quam cogitare potuit. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ ſimilitudinem naturalis dignitatis quam in creatione accepit appetendo non peccauit: ſed quia ipſe ſuper h aliam ſimilitudinem appetiit vt. ſ. ſicut deus lumine ſue nature omnia regit ⁊ gubernat: ita etiam homo per naturale lumen rationis ſibi ſubdita gubernaret: ⁊ ſeipſum ſine adiutorio exterioris luminis. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ homo non appetiit mala per experientiā ſcientie: ſed per iuditium. ſed hoc conſecutum eſt ex peccato ſuo ꝙ malum per experimentum cognoſceret vt ſic: ⁊ demonis promiſſio verificaret incōpleta cuius ꝯſuetudo eſt vt dubiis verbis homines fallat: ⁊ vt nomen arbori impoſitū non fruſtra videat. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ ad dei ſimilitudinem accedendum eſt ſm modum ⁊ ordinem vnicuiqꝫ a deo preſtitum: ſed qui proprio motu ad dei ſimilitudinē acceſſerit ꝑuerſe vult eſſe ſimilis deo vt Aug. dicit in littera. omnis enim peccator appetit ſimilitudinem dei cum nihil ſit appetibile niſi prout eius ſimilitudinem habet: ſed in hoc peccat: q: querit eius ſimilitudinem inordinate: ⁊ in quo q̄renda nō ē. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ non peccauit in hoc ꝙ ſcientiam appetiit: ſed quia inordinate appetiit vt dictum eſt.

a D tertium ſic proceditur. videtur ꝙ mulier grauius q̄ȝ vir non peccauerat. Uterqꝫ eniȝ elationis vitio peccauit: ſed elatio illa nō fuit niſi in hoc ꝙ dei ſimilitudinem peruerſe appetierunt. ergo vertitur ꝙ vterqꝫ ideȝ appetiit: ⁊ ſic equaliter peccauerunt. ¶ Preterea. infirmitas peccatū excuſat: ſed mulier infirmior fuit viro propter quod diabolus vt dictum eſt ſupra eam primo aggreſſus eſt. ergo videtur ꝙ ipſa minus peccauerit. ¶ Preterea. propter hoc peccatū demonis grauius iudicatur q̄ȝ peccatum hominis ꝙ eminentiorem cognitionem de deo habebat: ſed vir magis erat preditus ſpirituali mente q̄ȝ mulier vt in littera dicitur. ergo videtur ꝙ ipſe grauius peccauerit. ¶ Preterea. re

ſimen mulieris ad virum pertinebat. vnde ⁊ ſupra dictum eſt ꝙ per virum ad mulierem preceptuꝫ delatum eſt. ergo videtur ꝙ etiam peccatum mulieris viro imputandum ſit ⁊ magis agrauandum.

¶ Preterea. peccare ex ꝯſideratione miſericordie diuine videtur eſſe peccatum preſumptionis que ē ſpecies peccati in ſpm̄ ſanctum quod eſt grauiſſimū. cum ergo vir peccauerit cogitans de dei miſericordia vt i lr̄a dr̄: vr̄ ꝙ ipe grauiꝰ peccauerit ꝙ̄ mulier.

¶ Sed contra. Peccatum a diabolo peruenit i mulierem: ⁊ a muliere in virum: ſed diabolus grauius peccauit ꝙ̄ mulier. ergo ⁊ mulier grauius ꝙ̄ vir.

¶ Pre. ad ideꝫ ſunt ea que in littera adducuntur.

¶ Reſpondeo dd̄ ꝙ ſicut ſupra dictum eſt nō ē incōueniēs ꝙ duoꝝ peccatoꝝ vnū ſit altero grauius diuerſis circūſtantiis cōſideratis illud tn̄ ſimpliciter grauius: dd̄ eſt qd̄ in pluribus ſiue potioribus ꝑponderat: illud autem potiſſimum in quolibet peccato ē quod ad peccatum mouet vt prius dictū ē: ⁊ ıō ſm̄ hoc maxime grauitas peccati attēdēda ē. ⁊ ſm̄ hꝫ ꝙ peccatum mulieris grauius eſt: mulier enim ex ſola elatione mentis ad peccanduꝫ mota fuit: vir aūt non ex ſola elatione: ſed ſimul cuꝫ hoc ex quadā amicabili benignitate ad vxoreꝫ quod aliquo modo peccatum eius mitigat: Item elatio que mouit mulierē maior fuit ꝙ̄ elatio que mouit viruꝫ. In muliere. n. talis fuit elationis progreſſus vt ad verba ſerpētis tantum excellentie appetitum ꝯciperet vt iuditium rationis ꝑuerteret ⁊ crederet hoc poſſibile: ⁊ veruꝫ quod diabolus dicebat: ⁊ propter hoc dicitur eſſe ſeducta. In viro autem non tantum excreuit in principio amor proprie excellentie vt iudicium eius peruerteret quaſi crederet hoc eſſe futurum: ſed quia illud v[…]et ſi poſſibile foret: ⁊ ideo non dicitur fuiſſe ſeductus: ſed tamen talis elatio ad experiendum ipſum incitauit. vnde aliquam dubitationem elatio in eo fecit que in muliere firmam opinionem conceperat: ⁊ ideo etiam voluntas mulieris perfecta conſecuta eſt in appetitum diuine ſimilitudinis: ſed viri imperfecta. ſ. ſub conditione ſi poſſibile foret.

¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ ſicut ex predictis patet licet id quodammodo vterqꝫ appetierit: non tamen equaliter. quod enim creditur eſſe poſſibile completum deſiderium habet: id vero quod impoſſibile credit̄ eſſe poſſibile vel d̄ cuius poſſibilitate dubitatur habet deſiderium conditionatum tantum quia homo illud vellet ſi poſſibile foret. qꝛ ergo mēs mulieris per elationem ad verba ſerpentis conceptam in tantum excecata eſt vt illud poſſibile crederet quod diabolus promittebat completum deſiderium habuit vir vero incompletum: quia hoc poſſibile non credidit. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ in muliere non erat tanta debilitas quin peccato reſiſtere poſſet: vn̄ ꝗuis debilitas mulieris ſit aliqua circunſtantia diminuens peccatum ipſius per comparationem ad virum: non tamen ſimpliciter minꝰ peccatum fecit. Et ſimiliter dd̄ ad tertiuꝫ ⁊ quartū.

¶ Ad ſextū dicendū ꝙ cogitare de dei miſericordia cum propoſito penitendi ⁊ reſiliēdi a peccato non facit preſumptionis peccatum: ſed magis peccatum alleuiat: ſed cogitare de dei miſericordia ſine propoſito penitendi hoc preſumptionis eſt: ⁊ contemptus diuine iuſtitie nec ſic Adaꝫ de miſericordia cogitauit.

d Deinde queritur de ignorantia de qua ſit mētio in littera. Et queruntur duo. Primo. an ignorantia peccatum ſit. Secundo an peccatum excuſet.

a Ad primū ſic proceditur. videtur ꝙ ignorantia peccatum non ſit. Omne enim peccatuꝫ vt Aug. dicit eſt in voluntate ignorantia autem eſt in intellectu. ergo non eſt peccatum. ¶ Preterea. omne peccatum eſt originale vel actuale: ſed ignorantia non eſt originale peccatum: ſed magis cōcupiſcentia vt infra dicetur: nec etiaꝫ eſt actuale: qꝛ non eſt dictum vel factum vel concupituꝫ contra legem dei. ergo ignorantia non eſt peccatuꝫ. ¶ Pre. omne peccatum conſiſtit in defectu alicuius actus: ⁊ non in defectu alicuius habitus: alias aliquis dormiendo peccaret: ignorantia autem magis opponit̄ habitui ꝙ̄ actui. ergo ideꝫ quod prius. Pre. ignorans in ignorantia ſua continue manet. ſi ergo ipſuꝫ ignorare peccatū eſſet: videt̄ ꝙ continue peccaret: nō enim apparet rō quare magis nūc ſit peccatū ꝙ̄ prius: ſed h vr̄ graue dicere. ergo vr̄ ꝙ ignorantia non ſit peccatum. Pre. Aug. dicit ꝙ oē peccatū ē volūtariū: ignorātia aūt nō ē volūtariū cū ab hominibꝰ naturaliter ſcia deſideret̄ ſm̄ phm̄. ergo non eſt peccatū. Sꝫ ꝯ̄ ē qd̄ ꝑma cor. xiiii. dr̄. qui ignorās ignorabit̄. ⁊ loquitur de ignorantia reprobationis: ſꝫ nulli debet̄ reprobatio niſi ꝓ peccato mortali. g̊ ignorātia ē peccatum mortale. Pre. Yſa. v. dr̄ ꝓpterea captiuus ductus eſt populus meus: qꝛ nō ha. ſci. ſed pena nō debetur niſi culpe. ergo carere ſcia ē culpa. Reˀ ꝙ quidam dixerunt nullam ignorantiam quantum in ſe eſt culpam eſſe: ſed ratione alicuius annexi vel precedentis vel ſequentis: precedentis vt cāe ſ. negligentie addiſcendi: ſequentis vt effectus. ſ. alicuius inordinati actus qui ignorantiam ſequitur: ſꝫ quia de ratione culpe non eſt plus niſi ꝙ ſit priuatio alicuius quod debitum eſt habere in poteſtate eius qui priuatur exiſtens: ideo etiam ipſam ignorantiaꝫ ſm̄ ſe poſſumus culpam dicere: ſi tamen ignorantia priuatiue: ⁊ non negatiue accipiatur. ⁊ dico ignorantia priuatiue acceptam, que eſt eius quidē qd̄ quis natus eſt addiſcere: quicquid ſit illud non enim idē eſt quod omnes ſcire tenentur: cum ad plura ſciēda quidam magis aliis teneatur: vnde aliqua ignorantia eſt peccatum vni que non eſt peccatū alteri. vnicuiqꝫ enim peccatū ē ignorātia eoꝝ q̄ ad bonos mores: ⁊ fidei veritatē ꝑtinēt: ſꝫ alicui i officio conſtituto eſt etiam peccatū ignorantia eoꝝ que ad ſuū officium pertinent. nec eſt mirum: ſi h ipſum ꝙ eſt ſcia carere peccatū ē ei q pōt: ⁊ tenet̄ hr̄e cū ēt carere aliq̄ corporali ad officiū ꝑtinēte peccatū ſit vt tonſura vl̄ veſte ad offiū accomodata. ⁊ iſta in ſe peccata ſunt: pena oñdit q̄ priuatis iuſte infligit̄. ¶ Ad primuꝫ g̊ dicendū ꝙ eē in volūtate ꝯtingit dupliciter: vel ſic in ſbō: ⁊ hꝫ mō nō oē peccatū i volūtate ē aliqd̄ eni in cōcupiſcibili vel iraſcibili eſt: ⁊ ſic de aliis viribus: vl̄ ſicut in cā vt. ſ. ipſa volūtas ſit dn̄a eius ꝙ in ea eſſe dr̄ quaſi in eius ꝑtāte exiſ: ⁊ hꝫ mō oē peccatū in volūtate ē ēt ignorantia. ipſa eni volūtas imparat aliis viribus: ⁊ intellectui. vn̄ actus aliaꝝ viriū ſunt i poteſtate voluntatis: ⁊ defectus earum. ſ. ſolum illi qui rationi obediunt. ¶ Ad ſecundū dd̄ ꝙ ignorantia nō eſt originale peccatum non enim ignorantia iputat̄ puero i peccatū anq̄ ad tēpus deputatum venerit: ſed peccatū ē actuale eo modo quo omiſſio peccatū actuale dicitur: ⁊ eodē mō ꝯuenit peccati actualꝰ deſcriptio ignorātie: ſic omiſſioni qd̄ q̄lit̄ ſit ifra dicet̄.

¶ Ad tertiū dicēdū: q̄ q̄uis ſcientia cui opponit̄ igno-
rantia nō ſit actus qui eſt operatio: ſed habitus tñ per ope-
rationē aliquā que ē in ptāte volūtatis acquirit̄. ⁊ ideo
hoc ipſum qđ eſt ſciam hr̄e volūtati ſubiectū eſt: ⁊ per
cōns hoc qđ ē ſcia carere: ⁊ inde eſt q̄ culpe rōnem ha-
bet. ¶ Ad quartum dicēdū q̄ peccatū omiſſiōis nō hʒ
rationem culpe niſi ex hoc q̄ opponitur precepto af-
firmatiuo legis naturalis vel ſcripte. Preceptuʒ aūt
affirmatiuum obligat ſemper ſed non ad ſemper. et
ideo ōis omiſſio pro illo tempore eſt peccatum in actu i
quo quis per p̄ceptū obligat̄ ⁊ quotiens illud temp⁹
reuertitur totiēs peccatū multiplicat̄. ¶ Ad quintū
dicēdū: q̄ q̄uis ōis hō naturalr̄ ſciam deſideret ⁊ ſcien-
tiam velit: nō tñ omnes volūt id pro qđ ad ſciam pue-
nit̄: ⁊ ſic quodāmodo ignorātia volūtarium efficit:
non per ſe ſed per accidens: ſicut ⁊ qđlibʒ malum.

D ſcđm ſic p̄cedit̄. videt̄ q̄ ignorantia pec-
a catum nō excuſet. Primo pro hoc qđ dicit glo.
ab°. Ro. ii. Grauiſſime peccas ſi ignoras: hʒ
ſed qđ aggrauat pctū nō excuſat. ergo ignorātia nō
excuſat peccatū. ¶ Pre. q̄ per ebrietatē hoiem occi-
dit: pſtat q̄ per ignorantiā peccat. ſed ſm pħm in ter-
tio ethicorum talis meret̄ duplices maledictiones.
ergo ignorātia non excuſat ſed aggrauat. ¶ Prete.
pctū additū pctō nō excuſat ſʒ aggrauat. ſed ignorā-
tia pctū ē vt dictū ē ſup. pctū ḡ nō excuſat. ¶ Pre.
illđ qđ pſequit oē pctū nō pōt excuſare vl' alleuiare
pctū: q: ſic de quolibet excuſaret: ſʒ ignorantia ſeqt̄
oē pctū: q: ōis malus ē ignorās ſm pħm i. iii. ethi. ḡ
idē qđ pri⁹. ¶ Pre. vt Beda dicit q̄tuor ſūt penali-
tates q̄ nos pctō pmi hōis pſequunt̄. ſ. ignorantia: in-
firmitas: concupiſcentia: ⁊ malicia: ſʒ malitia nō ex-
cuſat ſʒ aggrauat pctū nec ēt pcupiſcētia: ḡ videt̄ q̄
nec ignorātia nec ifirmitas. ¶ Contra eſt qđ apl's
Tym. ii. dicit. Miſericordiā pſecutus ſū q: igno. fe.
ſed nihil puocat ad miſericordiā niſi peccatū excu-
ſet vel alleuiet. ergo ignorantia excuſat vl' alleuiat
peccatum. ¶ Pre. oē pctū ē volūtariū ſm Augu. ḡ
qđ tollit vl' diminuit rōnē volūtarii excuſat vl' alle-
uiat pctū. ſʒ ignorātia eſt huiuſmodi: q: i volūtariuʒ
pro ignorantiā creat̄: vt pħs in q̄rto ethi. dicit. ḡ igno-
rantia vel excuſat vl' alleuiat peccatū. ¶ Reſpon-
deo dđ. q̄ ignorātia q̄dā ex toto excuſat peccatū: q̄dā
vo alleuiat in parte. q̄dā vo nec in toto excuſat nec i
pte alleuiat. Et ad huiuſmodi euidētiā ſciēdum ē q̄
ignorātie diuiſio tripl'r pōt ſumi. Primo ex pte ipſius
ſciētis: q: q̄dā ē in ptāte ſciētis ⁊ h dr̄ ignorātia vinci-
bilis vl' affectata. q̄dā aūt nō ē in ptāte ei⁹. ⁊ h dr̄ in-
uincibilis. Sed h q̄ ignorātia ſit i ptāte ei⁹ q ignorat
cōtingit dupl'r. q: vel ē i ptāte ei⁹ ſʒ ſe: ſicut qui igno-
rat aliquod preceptū qđ ſtatim ſcire poſſet. vl' ē i po-
teſtate eius q̄tum ad ſuā cām lʒ nō in ſe vt patet in
eius ſuit non autem ignorantia conſequens: cū igno-
rātia ebrii. quia ebrietas q̄ eſt cā ignorātie i poteſtate
vſus rōnis ipediat̄. Scđo ſumit̄ diuiſio ignorātie ex
parte ſcibilis. eſt. n. q̄dā ignorātia ei⁹ qđ qs ſcire te-
net̄. ⁊ h dr̄ ſm pħm ignorātia vlis: ⁊ ſm iuriſperi-
tos ignorātia iuris: ⁊ hoc variat̄ in diuerſis vt ſupra
dictum eſt. q: q̄dam tenet̄ ſcire vnus que nō tenetur
ſcire alius. Quedā vero ignorātia eſt eius qđ qs ſci-
re non tenet̄. ⁊ hec eſt ſcientia particulariū circunſtā-
rium in actu quā pħs vocat ignorantiā pticularis in
iure vero ignorantiam facti. Tertia diuiſio ſumitur
ex ordine ad actum. quedam enī ignorātia eſt que eſt
cauſa actus: q: ſi non ignoraret non faceret: ⁊ tūc di-
citur per ignorantiam peccare: ⁊ huius ſiguʒ eſt pe-
nitudo in actu. quedā vero eſt ignorātia que non eſt
cauſa actus: ſed per accñs ſe habet ad actum. Et ſʒ
hanc vt pħs in quarto ethico. dicit. nō dicitur aliqs
per ignorantiam facere: ſed ignorans. vnde in actu
talis non penitet: vt ſi aliquis credens accedere ad
vnam mulierem accedat ad aliam ad quam tamen
accederet ſi eam nō ignoraſſet. Quedam vero igno-
rantia eſt que quodammodo affectum peccati conſe-
quitur: vt quādo ex concupiſcentia peccati quaʒ vo-
luntas nō reprimit abſorbetur iudiciū rationis ⁊ par-
ticulari operabili ſm q̄ dicitur in ſexto ethicorum. q̄
delectatio corrumpit extimationem prudentie ⁊ hec
eſt ignorantia electionis ſm quam omnis malus di-
citur ignorans. ¶ His ergo viſis ſciendū eſt q̄ igno-
rantia non excuſat nec minuit peccatum niſi ſecundū
q̄ cauſat in voluntarium: non enim poteſt eſſe volun-
tarium quod eſt ignoratum. Ignorantia autem que
non eſt cauſa actus non cauſat in voluntariuʒ vt phi-
loſophus dicit in tertio ethicorum vnde illa nllō mo-
do excuſat nec diminuit peccatum ſed ſolum illa que
eſt cauſa actus. Hec autem poteſt excuſare peccatū
vel in toto vel in parte. ſi enim ſit talis ignorātia cui
nullo modo admiſceatur ratio culpe: ex eo q̄ igno-
rantia eſt ſic excuſat in toto ſicut ignorantia inuinci-
bilis ⁊ ignorantia particularis adhibita tamen debi-
ta diligentia. Ignorantia vero que rationem culpe
habet excuſat quidem quantum ad aliquid. ſ. inquā-
tum ignorantia eſt: quia ſic habet q̄ in voluntarium
cauſet: non autem excuſat inquantum culpa eſt: quia
ſic rationem voluntarii retinet. ⁊ ideo ignorātia vni-
uerſalis excuſat peccatum ſequens non ex toto ſed a
tanto. Similiter etiam ⁊ ignorantia vincibilis ſiue
ſit ſecundum ſe vincibilis ſiue ſecundum cauſam ſuā
dum tamen rei illicite operam non dederit quando
ignorantiam incurrit. ſi. n. operam rei licite dediſſet
moderate ignorantia ſequens culpam non haberet.
⁊ ita poſt ſequens peccatum ex toto excuſaret: vt pa-
tet in his qui exercitio ſpiritualium operationum in
amentiam vertuntur. ¶ Ad primum ergo dicendū
q̄ ignorans dicitur grauiſſime peccare: non propter
quantitatem peccati ſed propter periculum: quia dū
morbum non cognoſcit medicina non querit. Vel
dicendum: q̄ Ambroſius loquitur de grauitate pec-
cati quod eſt ignorantia ipſa beneficiorum dei: quod
eſt grauiſſimum inter ſpecies ingratitudinis: cum. ſ.
homo beneficium non recognoſcit. ¶ Ad ſecundum
dicendum: q̄ ebrius homicida duobus peccatis pec-
cat. ſ. ebrietate ⁊ homicidio: propter quod dicitur du-
plices maledictiones mereri: nihil tamen prohibet
quin quantitas ſequentis peccati per ignorantiaʒ ex
precedenti conſequente minuatur. vnde in proceſſu
argumenti eſt figura dictionis que mutatur diſcretū
in continuum. ¶ Ad tertium dicendum: q̄ ignoran-
tia omnis que eſt peccatum eſt etiam in intellectu: ſi-
cut in ſubiecto ⁊ in voluntate ſicut in cauſa vt ſupra
dictum eſt. vnde ſecundum hoc q̄ eſt in intellectu:
prout ſcilicet priuat directam ſcientiam in actu mi-
nuit quantitatem ſequentis peccati nec ex eo habet
quod peccatum ſit: ſed prout eſt in voluntate: ſi-
cut in cauſa habet quod peccatum ſit: et ſic non
habet quod excuſet: ſed quod ad peccatum ad-
dat: ⁊ poteſt eſſe quandoque quod plus ponderat

ipſum peccatum ignorantie q̄ȝ illud quod per ignorantiam de ſequenti peccato minuitur. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ ignorantia que conſequitur omne peccatum non eſt cauſa peccati vt dictum eſt. ⁊ ideo non excuſat nec diminuit peccatum. ¶ Ad quintum dicendum: ꝙ ignorantia ⁊ infirmitas habent ꝙ excuſent peccatum vel in toto vel in parte ex hoc ꝙ cauſant in voluntarium. malicia vero ⁊ concupiſcentia magis voluntarium augent. ⁊ ideo non excuſant ſꝫ aggrauant peccatum. ⁊ hoc dico ſi concupiſcentia ſumatur pro actu voluntatis. ſi vero ſumatur pro paſſione concupiſcibil' trahente voluntatem quodammodo renitentem: ſic concupiſcentia excuſat. qꝛ quāto aliquis maiori tentatiōi ſuccumbit minus peccat: ſed hoc ad infirmitatem reducitur. Nuc per tentationem fuerat conuincenda aut perimenda. ſ. ſpirituali mente vel etiam corporali: vel a ſe: vel a viro: vl' a deo. ſi de muliere intelligatur vt magiſter expouit In eo tamen fuiſſe ſeductum credi poteſt: ꝙ commiſſum veniale ⁊c. Hoc intelligitur vt ſupra dictum ē de veniali ex cauſa ⁊ non ex genere. putauit enim ꝙ qꝛ fecit vt vxoris morem gereret ꝙ peccatum ſuum excuſationis cauſam haberet ⁊ veniam de facili acciperet: ⁊ huiuſmodi ſeductionis cauſa videtur fuiſſe elatio mentis que ad ſuggeſtionem mulieris ſuprepſit: ex qua voluit lignum vetitum experiri. Cum enim experimentuꝫ non ſit niſi de dubiis: patet ꝙ ex elatione in quadam dubitatione adductus eſt eius i quo etiam mulier ſeducta fuit. Tribus modis vt ait Iſidorus ⁊c. videtur ꝙ inſufficienter enumeret: qꝛ quoddam peccatum eſt etiam ex concupiſcentia: de qua mentionem non facit. Et dicendum ꝙ peccatum ex concupiſcentia proueniens ad peccatum ex infirmitate reducitur: non enim tunc ſolum eſt ex infirmitate peccatum quando aliquis aliquo exteriori impulſu peccat: ſed etiam quando per tentationeꝫ carnis in peccatum labitur. Nuc etiam ipſa peccatū eſt ⁊c. Hoc verum eſt ſi ſit eorum que quis ſcire tenetur: alias non: quia etiam habere voluntatem non ſciendi geometriam peccatum non eſt ei qui illā nō profitetur per officium magiſterii.

## Diſtinctio Uigeſimatertia.

Quare deus ꝑmiſerit hoiem tentari ſciēs eum caſurum.

ti:niſi cū delectatio mota fuerit ī illa pte animi q̄ dʒ obtpare rōi tāq̄ rectori viro:ēt ī vnoquoqʒ noſtrū nihil alīd agit̄ nūc cū ad pctm̄ gſqʒ dilabit̄ q̄ tūc actū ē in illis trib⁹: ſerpente:muliere ⁊ viro. Nā primo fit ſuggeſtio ſiue p cogitationē ſiue p ſenſus corporis vl' videndo vel tangendo uel audiendo guſtādo vl' olfaciendo. Que ſuggeſtio cū facta fuerit ſi cupiditas noſtra non moueat̄ ad peccādum excludit̄ ſerpētis aſtutia. Si aūt mota fuerit quaſi iam mulieri perſuaſum erit. ſed aliquando rō uirilr' etiā cōmotā cupiditatē refrenat atqʒ cōcupiſcit. Quod cū fit non labimur in pctm̄: ſed cū aliquanta luctatōe coronamur. Si aūt rō cōſentiat: ⁊ quod libido cōmouerit faciēdum eſſe decernat ab omni beata uita tanq̄ de paradiſo expellit̄ homo. Jam.n. peccatum imputat̄ etiam ſi non ſubſequat̄ factum: quando rea tenet̄ in conſenſiōe conſcientia. Hec de anime partibus interſeruimus ut ipſius anime natura plenius cognoſceret̄: ⁊ ſm̄ quam ſui portionem in ea ſit liberum arbi. intelligat̄. ſ. ſm̄ rōnem quo omne mortale peccatum geritur. ſed non omne ueniale illud. ſ. q̄ in ſolo intuitu uel motu ſenſualitatis exiſtit.

Qd̄ ſenſualitas ſepe in ſcriptura al'r q̄ ſupra accipit̄. ſ. ut inferior portio rōnis eius nomine intelligatur.

Qn eſt antem ſilentio p̄tereundum
n q̄ ſepe in ſcriptura nomine ſenſualitatis: non id ſolum in anima quod ē nobis commune cum pecore: ſed etiam inferior portio rationis: que temporalinʒ diſpōni intendit intelligitur. Quod diligēs lector in locis ſcripture ubi de ipſa fit mentio vigilanter annotet.

Uηc diligenter inueſtigari oportet ⁊c. Poſtquā determinauit de ſcia quā ho-
n mo ī p̄mo ſtatu habuit. Hic īcipit determinare de potētia naturali per quā peccatū vitare poterat. Et diuidit̄ in partes duas. In prima parte oñdit q̄ hō hūit naturalē potentiā p quā poterat peccatū vitare. In ſcd̄a oſtēdit que fuit illa. ibi. Hic ꝯſiderandū: qd̄ fuerit adiutoriū. Circa qd̄ mouet duas dubitatōes. Prima. ibi. Sʒ ⁊ quō rectā ⁊ bonā volūtatē. Scd̄a. ibi. Ad hoc aūt qd̄ diximꝰ. Hic ꝯſiderādū ē ⁊c. Hic oñdit q̄ fuerit illa potētia naturalis. Et dicit q̄ li. ar. Et diuiditur in partes duas. In p̄ma oñdit qd ſit lib. arbi. In ſcd̄a oñdit q̄ſdā li. ar. ꝯditōes. xxv. di. Jam ad ꝓpoſitum redeamꝰ. Prima diuidit̄ in duas. In p̄ma determinat qd ē lib. arbi. In ſcd̄a notificat quaſdaʒ vires anime vt oñdat in qbꝰ lib. ar. ꝯtineat̄. ibi. Eſt.n. ſenſualitas ⁊c. Circa p̄mum duo facit. Primo oſtēdit q̄ illa potētia qua pctō reſiſtere potuerit ē lib. ar. Scd̄o diffinit ip̄m ibi. Liberū vero arbi. ⁊c. Eſt eniʒ ſenſualitas ⁊c. Hic notificat quaſdā potētias aīe. Et circa hoc duo facit. Primo notificat eas. Scd̄o oñdit qualr' in eis pōt eē peccatū. ibi. Illud quoqʒ pretermittēdum nō ē ⁊c. Et p̄. pars cū precedētibꝰ eſt preſentis lectōis. Circa quā duo querūtur. Primo d̄ li. ar. Scd̄o: de potētiis li. ar. ānexis. ¶ Circa p̄mum quatuor querūtur. Primo vtrū lib. ar. ſit potētia vel habitus. Scd̄o: ſi eſt potētia; vtrū ſit vna vel pl'es. Tertio: ſi eſt vna vtrū ſit diſtincta a rōne ⁊ volūtate. Quarto vtrū homo in primo ſtatu per lib. arbi. peccato reſiſtere potuit.

D p̄mū ſic ꝓcedit̄. videt̄ q̄ li. ar. ſit habitꝰ.
a Primo p hoc qd̄ dicit Bernardus: q̄ li. ar. eſt habitꝰ animi liber ſui. ⁊ ita videt̄ eſſe habitꝰ ⁊ nō potētia. ¶ Pterea. potētia nō efficit̄ facilis ad actū niſi ex habitu. ſed lib. arbi. nū dicit̄ in littera eſſe facultas volūtatis ⁊ rōnis: cū igit̄ facultas habilitatē quandā noiet: videt̄ q̄ li. ar. ſit habitꝰ. ¶ Preterea. ſicut īfra dicit: vbi diffiniūt lib. ar. liberū d̄ volūtate iudiciū. iudiciū aūt nō noiat potentiā ſʒ magis habitū. ergo videt̄ q̄ nō ſit potētia. ¶ Pre. Aug. dicit: q̄ hō male vtēs lib. arbi. ⁊ ſe ꝑdidit ⁊ ip̄m. ſʒ per peccatū nulla potētia naturalis tollit̄. ergo li. ar. nō eſt potētia ſed habitꝰ. ¶ Pre. nulla potentia recipit magis ⁊ minꝰ. ſed lib. arbi. intendit̄ ⁊ remittitur. vñ ⁊ ſupra di. vii. dictū eſt q̄ boni angeli lib. arbi. hñt pꝰ cōfirmationē q̄ʒ an. ergo lib. arbi. nō eſt potētia ſʒ habitꝰ. ¶ Sed ꝯtra. oīs potētia determinat̄ p habituʒ ad aliqd vnū vel ſimplr'. ſicut p habitū ſcie ad vnuʒ vel ad minꝰ: vt magis vni inhereat ſicut opinio. ſed per li. ar. homo equaliter ſe habet ad vtrumlibet. ergo li. ar. non eſt habitus. ¶ Pre. habitus nō pōt eē ſubiectū alterius habitꝰ. ſed lib. ar. eſt ſubiectū gratie que ad ip̄m ꝯparat̄: ſicut ſeſſor ad equū: ſicut Auguſti. dicit. ergo lib. ar. nō eſt habitus. ¶ Reſpōdeo dicēdo: q̄ circa hoc qdā dicūt li. ar. ſm̄ q̄ in vſuʒ loquentiū venit nomē habitus eē ꝗuis eodē nomine ⁊ potētia ⁊ actus ſignificet̄: ſicut patet in noīe intellectus: qd̄ ⁊ potentiam ⁊ habitū ⁊ actum ſignificare poteſt. hunc aūt habitū quem nomen li. ar. deſignat nō dicunt eſſe aliquā qualitatē potētie ſuperuenientem ſed ipſam habilitatem potētie ad actū vel facilitateʒ quā habet vna potentia ex adiutorio alterius. ꝓpter qd̄ ſm̄ eos facultas voluntatis ⁊ rationis dicit̄. ſed hec opinio nō recte vtitur noīe habitus: q: habitꝰ ſecundum proprietatem ſui nominis: ſignificat qualitatem quandaʒ que eſt principiū actꝰ informantē ⁊ perficientē potteniam. vnde oportet ſi ꝓprie accipiatur q̄ ſit ſuperueniens potentie: ſicut perfectio ꝑfectibili. ¶ Preterea. ſi conſideretur rō ⁊ voluntas nō poteſt eſſe niſi tripl'r. aut q̄ vtrunqʒ ſʒ ſe conſideretur: ⁊ ſic conſtat q̄ vtrūqʒ eſt potētia: ⁊ ita qd̄cūqʒ eorum ponat̄ li. ar. erit potentia. vel q̄ conſideretur vnū in reſpectu alteriꝰ. nec ſic pōt eſſe q̄ vnuʒ ſit habitus alterius: q: potentia nō eſt habitus alteriꝰ: q: potētia nō eſt habitus potētie. vel conſideret̄ relatio vnius ad alterū: nec hoc nomē habitꝰ habere poteſt. vnde non videtur rationabiliter dictum q̄ lib. ar. ſit habitus. Et ideo qdam dicūt q̄ lib. ar. nominat potētiam nō abſolutā ſed habitualē. i. ꝓut eſt per habituʒ quendam perfecta: non quidem acquiſitum vel infuſum ſed naturalem per quem habitum facil' eſt i ſuuʒ actum: in tantum vt dominium ſui actus habere dicatur. Iſtud etiam nō videtur conueniens: q: q̄ vo

luntas habeat dominiũ ſui actus ex ipſa natura po-
tentie habet prout eſt imperans aliis ⁊ a nullo im-
perata vnde hanc facilitatẽ ex ſe habet ⁊ non ex alio
habitu. ¶ Et preterea. vnuſquiſq; habitus ſe hꝫ ad
actũ vt quo nõ ſimpliciter efficitur actꝰ. ſed bene ef-
ficitur. lib. aũt arbi. ad electionis actum ſe habet vt
quo talis actus efficitur quandoq; bene quãdoq; ma
le ⁊ indifferenter. vnde non videtur habitũ aliquẽ
deſignare ſi habitus proprie accipiatur: ſed illam po
tentiã cuiꝰ ꝓprie actus eſt eligere: q: li. arbi. eſt quo
eligitur bonum vel malum: vt Auguſti. dicit. ¶ Ad
primum ergo dõm ꝙ Bernardus large vtitur noĩe
habitus pro habitudine quadam; ex hoc. n. lib. arbi.
in hoĩe dicitur: ꝙ hoc mõ ſe habet eius animꝰ vt ſui
actus liberam poteſtatem habeat. ¶ Ad ſcõm dõm
ꝙ facultas ſm cõem vſum loquendi ſignificat pote
ſtatẽ qua aliquid habetur ad nutum: vnde ⁊ poſſeſſi
ones facultates dicuntur: quia in dominio ſunt poſſi
dentis. ⁊ ideo lib. ar. facultas dicitur nõ quaſi habi-
tus quidam: ſed q: actum ſuũ in libera poteſtate ha
bet: vnde ⁊ liberum nominatur. ¶ Ad tertium dõm
ꝙ iudicium proprie loquendo non nominat potentiã
nec habitum: ſed actum. non autem inuenitur vnus
habitus per quem omne iudicium elicitur cum ꝑ di
uerſos habitus in diuerſis iudiciũ procedat: niſi for-
te dicamus habitum illum primorum principiorum:
quorum cognitio naturaliter eſt inſita nobis ſm ꝙ in
omnibus iudiciis dirigimur quem nullus lib. arbi. di
ceret: q: nõ eſt ꝓprium ⁊ ꝓximum directiuum in elec-
tionis actum. poteſt autem ad vnam potentiam re
duci omne iudicium electionis. ⁊ ideo congruentius
hoc nomine actus datur intelligi potentia q̃ habitꝰ.
¶ Ad quartum dõm ꝙ homo dicitur li. ar. amiſiſſe
non q dem eſſentialiter: ſed quia quandam liberta
tem amiſit que. quidem eſt a peccato ⁊ a miſeria vt i
fra dicitur. ¶ Ad quintum dõm ꝙ omnis potentia i
ſuo actu vigoratur aut debilitatur per habitum ſup
uenientem ⁊ impedimentum aduenient. vnde lib.
arbi. non dicitur liberius vel minus liberum: q: ipſa
potentia in ſe intendatur ⁊ remittatur. ſed q: vel im
peditur per corruptionem peccati vel expeditur per
habitum gratie ⁊ glorie.

a

D ſecundum ſic proceditur. videtur ꝙ li. ar.
non nominet vnam potentiam ſed plures.
Auguſtinus enim dicit: cum de lib. arb. loqui
mur non de quadam parte anime dicimus ſed d to-
ta anima. totalitas autem anime in pluralitate potẽ
tiarum conſiſtit. ergo lib. arbi. plures potentias colli
git. ¶ Preterea. ratio ⁊ voluntas ſunt diuerſe potẽ
tie. ſed lib. arbi. eſt facultas voluntatis ⁊ rationis vt
in littera dicitur. ergo in ſe plures potentias colligit
¶ Prete. potentie diſtinguuntur per actus vt in ſe
cundo de anima philoſophus dicit. ſed lib. arb. ſe ex
tendit ad actus plurium potentiarũ: quia ſicut Da-
maſcenus dicit: li. ar. inquirit: diſponit. ⁊ ſic de aliis:
ergo videtur ꝙ plures potentias colligat. ¶ Pre-
terea. electio nihil aliud eſt q̃ duobus prepoſitis al
terum alteri preoptare: ſed hoc cuilibet potentie cõ-
petit: cum quelibet potentia conueniens appetat et
⁊ nociuũ refutet. ergo cuiuſlibet potentie eſt eligere:
ſed eligere aſſignatur ꝓprie actus lib. arb. in littera:
ergo videtur ꝙ li. ar. non ſit determinata potentia:
¶ Preterea. virtus ⁊ vicium nonniſi in lib. arbi. eẽ
poteſt. inuenitur autẽ in omnibus viribus anime ꝙ
in concupiſcibili eſt temperantia: ⁊ in irraſcibili ẽ for-
titudo ⁊ vicia oppoſita. ergo videtur ꝙ lib. arbi. de-
terminatam potentiam non nominet ſed plures.
¶ Sed contra. actus determinatus eſt determinate
potentie: ſed eligere eſt quidam determinatus actꝰ
qui li. ar. aſſignatur ergo lib. ar. eſt determinatã po
tentia. ¶ Preterea. nihil quod eſt vnũ ſimpliciter
in natura conſtat ex pluribus niſi illa vel alterum eo
rum a ſui natura tranſmutẽt. ſi ergo li. ar. ex pluribꝰ
potentiis conficiatur vel non erit aliquid vnum vel
hoc erit vnum cum corruptione quarundam poten-
tiarum anime quorum vtrunq; eſt inconueniens. er
go li. ar. non colligit diuerſas potentias. ¶ Reſpon
deo dicendo: ꝙ quidam poſuerunt li. ar. non eſſe de
terminatam potentiam ſed colligere omnes vires ra
tionalis anime: ſicut totum vniuerſale ſuas partes.
hoc autem non videtur conueniens: tum quia opor
teret ꝙ multiplicatis potentiis lib. arb. multiplicare
tur ſm eſſe: multi enim homines ſunt multa anima-
lia ⁊ non vnum. tum quia oporteret: ꝙ ratio lib. arb.
in illis potentiis ſaluaretur: quod non poteſt eſſe: q:
actus qui li. ar. aſſignatur: non eſt cuiuſlibꝫ potentie
ſed alicuius determinate. Et ideo alii dicunt ꝙ lib.
arbi. colligit plures potentias: ſicut totum integrale
partes ſuas. nec hoc iterum conueniens videtur: q:
due potentie non poſſunt eſſe partes integrales ali-
cuius vnius ſi accipiatur vnum ſimpliciter: niſi for-
te dicatur vnum quod eſt aggregatione vel ordine
vnum. lib. autem arbi. non oportet ſic eſſe vnum: ſed
ſimpliciter ſibi vnus actus attribuatur. Quidam au
tem dicunt ꝙ li. ar. colligit plures potentias volun-
tatem ⁊ rationem: ſicut habitus vtriuſq;: propter qd
facultas voluntatis ⁊ rationis dicit. Sed ẽt hoc im-
proprie dicit: q: ſi nomẽ habitus ꝓprie ſumat: nõ po
teſt eẽ immediate vnus habitus duarũ potentiarũ: q:
vnus habitus ad vnũ actũ ordinat qui eſt vniꝰ potẽ
tie. Et ĩo alr eſt dõm: ꝙ aliquid dicit colligere plura
dupliciter. Uno modo eẽntialiter: ſicut totũ colligit
ꝑtes ſuas. Alio mõ virtualr: ſicut qñ virtꝰ pluriũ rerũ
in vno participat. ſm hoc ergo dico ꝙ li. ar. nõ colli
git ples potẽtias eẽntialr ſꝫ virtualr q̃ſi vna potẽtia
determinata. Sic. n. eſt in potentiis aie: ꝙ cũ oẽs ab
eſſentia aie oriant: q̃ſi ꝓprietates ab eẽntialibus rei:
eſt tñ qdã ordo huiuſmodi originis: vt. ſ. origo vniꝰ
potẽtie originẽ alteriꝰ ꝑſupponat q̃ mediãte quodaꝫ
modo ab eſſentia anime ꝓceditur: q: ex actibus con
ſiderari poteſt. Actus enim vnius potentie neceſſa-
rio actum alterius preſupponit: ſicut actus appetiti
ue actum apprehenſiue. ⁊ ide eſt ꝙ ſicut virtus eẽn-
tie anime in potentia relinquitur: ita etiã virtꝰ vniꝰ
potentie ꝑcedentis relinquitur in ſubſequẽti. ⁊ inde
eſt ꝙ aliqua potentia virtutes plurium potentiaruꝫ
in ſe colligit: ⁊ ſic eſt in lib. ar: quod ex actu eius patꝫ.
Eligere enim qd actus eius ponit importat diſcretõeꝫ
⁊ deſideriũ. vnde eligere eſt alterum alteri preopta
re. hec autem duo ſine virtute voluntatis ⁊ rationis
ꝑfici nõ pñt: vñ pꝫ ꝙ li. ar. virtutẽ voluntatis ⁊ rõnis
colligitur propter quod facultas vtriuſq; dicitur.
¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ contingit aliquam
potentiam eſſe determinatam in ſe que tamen vni-
uerſale imperium ſuper omnes actus habet ſicut pa
tet in voluntate. vnde lib. arbi. propter hoc dicitur:
non pars anime ſed tota anima: non quia non ſit de-
terminata potentia: ſed quia non ſe extendit per im
perium ad terminatos actus: ſed ad omnes actus
hominis qui libero arbitrio ſubiacent.

¶ Ad ſecūdū dō ꝙ actus aliquis attribuitur alicui potentie dupliciter: vel q: elicit ipſum ſicut propriū alterum ſicut viſus videre ⁊ intellectus intelligere: ⁊ ſic li.ar. aſſignatur actus ille qui eſt eligere. Alio mō q: impat ipſum: ⁊ hoc mō actus oium viriū obedientium rationi poſſunt voluntati attribui que eſt motor oīuꝫ viriū: ⁊ ita etiā actus diuerſaꝝ viriū li.ar. attribuuntur. ¶ Ad tertium dō ꝙ li.ar. dr̄ facultas volūtatis ⁊ rōnis: nō q: vtraqꝫ eſſentialiter comprehendat: ſed virtualiter vt dictuꝫ ē. ¶ Ad quartū dō ꝙ eligere non pertinet ad omnes vires: ſed ad aliquā determinate q̄uis vnaqueqꝫ vis in ſuum conueniens tendat: ⁊ contrariū refugiat. h enim non fit ipſa vi eligente: ſed vel propter ordinem naturalē potētie ad obiectum: ſicut lapis naturaliter deſcēdit. vl' per electionem li.ar. q: ſicut dicit Aug. intelligentia non ſolum ſibi intelligit: ſed toti anime ⁊ ſimiliter voluntas non ſoli ſibi vult: ⁊ ſic de aliis. ¶ Ad quintū dicendum ꝙ virtus ⁊ vitiū dr̄ eſſe in aliquo dupliciter: vel ſicut in cā: ⁊ hoc modo ſunt in li.ar. ⁊ volūtate: vel quantum ad habitum: ſicut in acquiſitis habitibus: vel ſaltem quantum ad actus quantum ad infuſos. Alio modo vt in ſubiecto: ⁊ h modo cōtigit in diuerſis potentiis anime virtutes: ⁊ vitia eſſe vt ſupra dictum eſt.

D tertiū ſic ꝓceditur. videtur ꝙ li.ar. ſit po
a tentia diſtincta a volūtate ⁊ ratione. Actus
enim cuiuſlibet potentie denominatur ab ipſa potentia: ſicut velle a voluntate ⁊ intelligere ab intellectu: ſed eligere neqꝫ a voluntate neqꝫ a ratione denominatur. ergo cum ſit actus li.ar. videtur ꝙ li.ar. ſit potentia ab vtraqꝫ diſcta. ¶ Preterea li.ar. importat: ⁊ iudicium: ⁊ libertatem: ſed vtrūqꝫ iſtorū ſimul: nec voluntati conuenit cuius non eſt iudicare nec rationi que violentia argumenti cogitur. ergo li.ar. eſt potentia ab vtraqꝫ diſcta. ¶ Preterea vt philoſophus dicit in tertio ethicorum voluntas eſt finis: electio autem non eſt finis: ſed eorum que ſunt ad finem. ergo cū eligere ſit li. arbitrij: li.ar. erit alia potentia a voluntate. ¶ Preterea vt philoſophus dicit i ſexto ⁊ ſeptimo ethi. In operatiuis finis ſe habet per modum principii in ſpeculatiuis: ſed non ad eandem virtutem pertinent principia: ⁊ concluſiōes in ſpeculatiuis: q: intellectus principiorum eſt: ⁊ ſcientia cōcluſionum. ergo nec in operatiuis ad eandē virtutē ptinet finis: ⁊ id qđ eſt ad finem: ⁊ ita voluntas cuius obiectum eſt finis ⁊ li.ar. quod eſt ad electionem eius quod eſt ad finem non ſunt vna potētia ¶ Preterea potentia que habet iudicium de actibus aliarum eſt diſcreta ab eis: ſicut ſenſus cōis a ſēſibus particularibus: ſed li.ar. habet iudiciuꝫ de actibus omnium potentiarum quod etiam ipſiuꝫ nomē ſonat a iudicando impoſitum: ⁊ etiam ſuper actuꝫ ipſius voluntatis cum philoſophi li.ar. diffiniant eſſe liberum de voluntate iudiciū. ergo videtur ꝙ li.ar. ſit potentia diſcreta a voluntate: ⁊ ab aliis viribus: ¶ Sed contra. Per virtutes affectiuas ⁊ apprehēſiuas ſufficienter diuiduntur vires intellectiue ptis ſed voluntas ⁊ ratio comprehendunt ſufficiēter apprehenſionem ⁊ affectionem ⁊ intellectiuaꝫ. ergo li.ar. non eſt aliud ab vtroqꝫ. ¶ Preterea cōmen. dicē ſuper xi. metha. ꝙ ſbe ſepate diuiduntur in voluntatē ⁊ intellectū ſolū mō: ꝯſtat āt ꝙ i ſubſtātiis ſepatis ē li.ar. ſicͭ i deo: ⁊ i angel'. g li.ar. nͦ eſt poᵃ ſeparata a voluntate ⁊ ratione ⁊ intellectu. Reſpondeo dō ꝙ quidam dicunt li.ar. eſſe potentiam diſtinctam a voluntate ⁊ ratione. Ad h autem ponendum diuerſi diuerſis viis mouentur. Qudā eniꝫ ponunt li.ar. eſſe vnam potentiam habentem iudicium ſuper actus omnium potentiarum propter quod li.ar. nominatur quod iudicium importat. Sed h non videtur quia iudicare de actibus omnium potentiarum non poteſt conuenire alicui potentie que ſit aliud q̄ꝫ voluntas: vel ratio precipue cum Anſelmus dicat ꝙ voluntas eſt motor omnium virium oportet enim vt ea que eſt liberrima ſuper alias dominium ⁊ imperium habeat. Alij vero alia via ad h mouentur magis ydonea. ſ. ex diuerſitate actuum. vident eniꝫ eligere quod eſt actus li.ar. eſſe aliud q̄ꝫ velle ſimpliciter: ⁊ aliud q̄ꝫ ratiocinari: ⁊ ideo inducunt hunc actum in quandam potentiaꝫ a voluntate ⁊ ratione diſtinctam quam li.ar. nominant. quod ponunt quodāmodo medium inter voluntatem ⁊ rationem: ⁊ quodammodo poſtremum vtroqꝫ. ſm enim ordineꝫ nature ⁊ dignitatis oportet ꝙ vtraqꝫ ſequatur. ſ. volūtatem ⁊ rationem cum li.ar. ſit ab eſſentia anime procedēs preſuppoſita rōne ⁊ volūtate que etiam ipſe actus oſtendit: q: eligere nō ē niſi prius apprehēſo fine p rōnē: ⁊ deſiderato p volūtatē. deficiēt a dignitate volūtatꝭ cuius obm ē pncipale bonū. ſ. finis. li. āt ar. obm eſt ꝑarū bonū qđ ē eligibile ad finem. ſꝫ quātum ad pticipationem proprietatis vtriuſqꝫ naturā medii hꝫ: vt ex rōne hēat iudiciū: ⁊ ex volūtate deſideriū ſm ꝙ virtutes ꝑcedētiū potētiaꝝ in ſequētibꝰ relinquunt vt dictū ē. ſed iſtud vr̄ extraneū: ⁊ ſi ꝓbabiliter dicat: q: phi qui potētias aie ſubtiliter ſcrutati ſunt nullā potētiā i itellectiua preꝑter volūtatē ⁊ rōnē ſiue itellectū poſuerūt. ⁊ iō nō vr̄ mihi ꝙ li.ar. ſit alia potētia a volūtate ⁊ rōe qđ ēt ex ſuo actu pꝫ. dicit enim phs in ſexto ethicorum ꝙ electio vel eſt itellectꝰ appetitiuꝰ vel appetitꝰ intellectiuꝰ. ⁊ h magis videntur ſua verba ſonarē ꝙ electio ſit actꝰ appetitiue ⁊ volūtatis ſm tū ꝙ manet in ea virtus rōnis ⁊ intellectus qđ ſic pꝫ. quēcūqꝫ eni ē aliqs actꝰ alicuiꝰ potētie ſm ꝙ manet i ea virtus alterius ſemꝑ ille actꝰ illi potētie attribuit ex q̄ imediate ꝓducit. vbi grā itellectus pncipioꝝ ē: rō āt ꝓpē vt Yſaac dicit eſt faciēs currere cām in cātum. vnde pus actꝰ rōnis eſt deducere pncipiū i ꝯcluſionē. h g qđ ē ꝯcluſiōes elicere ē actꝰ rōnis ſm ꝙ manet i ea vtus intellectꝰ. vñ magis ꝓpē attribuitur rōni q̄ꝫ itellectui: ita ēt electionē ꝑcedit ꝯſiliū vt i. iij. ethicoꝝ dr̄ ſic diſputatio cōcluſionē. ē eni electio ꝑꝯſiliati appetitꝰ: ⁊ ita eligere erit pncipaliter actꝰ volūtatꝭ: nō tñ abſolute: ſꝫ ſꝫ ꝙ manet i ea vtꝰ itellectꝰ ⁊ rōnis ꝯſiliātis. vñ ſic ꝯſideratā volūtatē noiat li.ar. ⁊ ñ abſolute. ¶ Ad pmū g dō ꝙ actꝰ q ē abſolute actꝰ poᵉ denoiat ab ipā poᵃ: actꝰ vō q ē vniꝰ ſm ordinē ad aliā nō denoiat ab aliq̄ eatū ſic ſcire neqꝫ a rōne neqꝫ ab itellectu noiat. ita etiā eligere neqꝫ a volūtate neqꝫ a rōne. ¶ Ad ſm dō ꝙ q̄uis iuditium non pertineant ad volūtatē abſolute iuditiū tñ electionis que tenet locū concluſionis ad voluntatē pertinet ſm ꝙ in ea virtus rōnis manet.

Ad tertiū. dō ꝙ vnaqueqꝫ potentia diffinit ex eo ꝙ eſt per ſe obiectū eius ⁊ formaliter. cū aūt obiectū volūtatis ſit bonū ꝑꝑ h a fine pricipaliter deſcribit. q: hꝫ p ſe rōnē boni. Id aūt qđ eſt a finē non eſt bonū in quantū huiuſmodi abſolute: ſꝫ ex ordine ad finē: ſꝫ tñ ſm h ꝙ pticipat rationem boni eſt obiectum volūtatis ſm ꝙ in voluntate eſt ius rationis ordinantis.

¶ Ad quartum dicendum ꝙ ꝙuis principia ⁊ con cluſiones pertineant ad diuerſos habitus aie non tñ pertinent ad diuerſas potentias. Uel melius dō ꝙ ſi etiam rō ⁊ intellectus diuerſe potētie ponantur: ñ tamen propter hoc ſequitur ꝙ voluntas ⁊ li. ar. ſint diuerſe potentie. nihil enim diuiditur eſſentialiter ꝑ id quod eſt accidentale ſibi: ſed per id quod eſt eſſentiale: Conferre autem ⁊ ordinare virtuti apprehenſiue per ſe conuenit: appetitiue autem non niſi ſm accidens: ſm ꝙ eſt ius apprehenſiue ⁊ ideo virtus apprehenſiua conuenienter diuiditur in virtutem que abſolute accipit vnum ſicut eſt intellectus: ⁊ cū collatione ſicut eſt rō: ſed appetitiua non dȝ diuidi i eaȝ que accipit bonum abſolute: ⁊ in eam que accipit bonū i ordine ad aliud: q: ille ordo nō eſt a. voluntate: ſed a rōne. vnde volūtas eſt magis ordinati vel collati ꝙ̃ conferens ſeu ordinās. ¶ Ad qūtū dō ꝙ non oȝ ꝙ iudiciuȝ actus cuiuſlibȝ potētie ꝑtineat ad aliā potentiam: q: ſic abiretur in infinitum: ſed eſt deuenire ad ſūmas potentias que ſuper ſuos actus reflectuntur ſicut eſt voluntas: ⁊ rō: ⁊ ideo nō oȝ ꝙ ſit alia potentia iudicans de actu volūtatis ⁊ rōnis: iudiciū aūt li. ar. intelligiť iudiciū electionis. vñ nō dř liberȝ de voluntate iudicium: lȝ: de non denotat cām materialē quaſi volūtas ſit id de quo eſt iudiciū: ſed originē libertatis: q: ꝙ electio ſit libera hoc eſt de natura voluntatis.

D quartū ſic proceditur. videtur ꝙ Adaȝ i
a primo ſtatu ꝑ li. ar. nō poterat peccatū vitare. q: ſicut dicit Aug. in li. de vera innocētia natura humana: ⁊ ſi in illa integritate in qua cōdita eſt permaneret nullo tñ modo ſeipſuȝ ſine creatore adiuuante ſeruaret: ſed ſua ꝯſeruatio erat vt ſine pctō maneret. ergo videtur ꝙ per li. ar peccatū vitare ñ poterat. ¶ Pre. li. ar. vt in lr̃a dř eſt quo malū eligit grã deſiſtente: ſed Adã in primo ſtatu gratiā non habuit al's proficere potuiſſet ad meritū vite. ģ vř ꝙ oportebat ipſum malum eligere. ¶ Pre. vincenti debeť corona: ſȝ reſiſtere tēptatiōi eſt temptātē vincere. ſi ergo per li. ar. potuiſſet temptationi reſiſtere vř ꝙ per li. ar. coronam mereri potuiſſet qđ falſum eſt: ⁊ in littera negatur. ¶ Preterea. vitare peccatū eſt quoddam laudabile: ſed per opus laudabile proficitur ad meritum vite: q: opus laudabile ē actus v̓tutis. ſi ergo peccatum vitare potuit per ſe: etiam potuit ad meritūȝ vite proficere quod in littera negať. ¶ Sed contra. Nulli imputandum eſt ſi facit illud quod vitare non poteſt: ſed homini imputatū eſt ad penam ꝙ peccato nō reſtitit. ergo peccatū vitare potuit. ¶ Preterea in rebus naturalibus ſimul datur rei generate forma ſpecifica ⁊ virtus ſe ſe cōſeruandi in eſſe ſpecifico: ſed opera dei ſunt perfectiora ꝙ̃ opera nature. cum ergo homini rectitudinem volūtatis dederit: vř ꝙ dedit ei potentiam conſeruandi ſe in ſua rectitudine: ſed h̓ non potuit niſi peccatum vitando. ergo videtur ꝙ li. ar. peccatum vitare potuit. ¶ Reſpondeo dō ꝙ h̓ ꝙ aliquis non poſſit vitare peccatū poteſt intelligi dupliciter: vel ita ꝙ ad peccatum per violentiam impellatur: ⁊ h̓ omnino libertati arbitrij repugnat que coactionem non patiť. Alio modo quia li. ar. ad malum inclinatur: vel per habitum aliquē: vel per paſſionem illius potentie cui li. ar. ſubeūbit: neutro autem modo poteſt dici de primo homine ꝙ peccato reſiſtere nō poſſet: q: ⁊ verum li. ar. habebat ⁊ integrum. vnde nec paſſiones inerant que ad malum impellerent nec habitus peruerſus naturam corrūpens que omnia ex peccato cōſecuta ſunt: ⁊ ideo non ſolum habuit ꝙ peccato reſiſtere poſſet: ſed ꝙ etiam illud facile potuit: quod etiam peccatum eius aggrauauit vt ſupra dictum eſt. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ deus operatur in voluntate ⁊ natura: ſicut prima cauſa in cauſis ſecūdis: ⁊ ideo ſine ipſo adiuuante nec lapis in eſſe conſeruaretur nec deorſum tenderet: ſimiliter etiaȝ nec humana natura ſine eo: vel conſiſtere poteſt: vel rectum motuȝ voluntatis habere non tamen propter h̓ ſequitur ꝙ aliquo aliquod dono naturalibus ſuperaddito quod. ſ. in ſui conditione acceperit indigeret vt peccatum vitaret. ¶ Ad ſcđm dō ꝙ h̓ ē duplex opinio. quidam enim dūt ꝙ homo in gratia creatus eſt: ⁊ iſti dicunt ꝙ eſt duplex perfectus vnꝰ ad meritum: ⁊ hunc habere poterat per id quod iaȝ acceperat: ⁊ alius ad confirmationem beatitudinis: ⁊ hunc per id quod tunc acceperat habere non poterat. ſed ſuppoſito etiam ſm aliam opinionem ꝙ gratiam gratum facientem non habuit adhuc non ſequitur ꝙ non potuerit peccatum vitare. cum enim diciť ꝙ li. ar. eligiť malū gratia deſiſtente nō intelligiť obligatio liberi. ar. ſine gratia cōſideratī ad malum: ſed oſtendiť ꝙ li. ar. per ſe ſine gratia pōt in malum non autē ſine gratia poteſt in bonuȝ meritorium. ¶ Ad tertiuȝ dicendum ꝙ non cuilȝ victorie debetur corona vite eterne: ſed ei que eſt gratia gratum faciente informata: firmiter enim etiam peccatores alicui temptationi reſiſtunt per quod tamen vitam eternam non merentur. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ non omnis actus laudabilis eſt virtute informatus: q: et actus ꝗ ſunt ad v̓tutē: vel ſicut cāntes acquiſitaȝ: vel ſicut diſponentes ad infuſam ſunt laudabiles: nec etiam actus quacūꝗȝ virtute informatus eſt meritorius: ſed ille tantū quē informat virtꝰ gratie gratum facienti ⁊ caritati coniuncta.

Einde queritur de virtutibus li. ar. annexis
d Et querūť quatuor. Primo. de ſenſualitate quid ſit. Secundo. de ſuperiori ⁊ inferiori ꝑte rationis. Tertio. de ſindereſi. Quarto. de cōſcia.

D primum ergo ſic procediť. videť ꝙ incō
a uenientēr notificeť in lr̃a ſenſualitas. Differt enim ſenſualitas a ratione vt in lr̃a diciť: ſed inferior portio rationis eſt quedaȝ vis ex qua procedit appetitus rerum ad corpus pertinentium: q: tēporalibus āministrandis intendit vt in lr̃a dř. ergo inconuenienť ꝑ h̓ ſenſualitas deſcribiť. ¶ Preterea vt in lr̃a dř ꝗcꝗđ cōe cum beſtiis habemus h̓ ad ſenſualitatem ꝑtinet: ſed vires ſenſitiue apprehenſiue nobis pecoribuſꝗȝ cōes ſunt. ergo ad ſenſualitateȝ ꝑtinent: ſed ex apprehenſiuis non procedit appetitꝰ ⁊ motus. ergo incōuenienť ꝑ h̓ ſenſualitas deſcribiť ¶ Preterea. ſm phm in ſecūdo. elēchoꝝ eadeȝ eſt rō rei: ⁊ vnius rei: ſȝ ſenſualitas nō eſt vna vis aie q: ſi colligit apꝑ̄henſiuas ⁊ appetitiuas: ꝯſtat ꝙ plures ſunt. ſilř ēt ſi colligit appetitiuas tātuȝ: q: appetitus ſenſibilis qui nobis ⁊ pecoribus cōmunis eſt in duo diuiditur. ſ. in deſiderium: ⁊ animuȝ vt in tertio de anima dicitur ſiue iraſcibilem ⁊ concupiſcibilem quod idem eſt. ergo videtur ꝙ inconuenienter dicat ſenſualitatem eſſe viȝ anime quādā. ¶ Pre. vnius virtutis eſt vnus actus: ſed ipſe ſenſualitati duos actus attribuit. i. appetitum ⁊ motum. ergo inconuenienter eam deſcribit: ſicut vnam quādā viȝ.

¶ Preterea. ſi ſenſualitas eſt vna vis non poteſt
eſſe niſi ꝙ ſit appetitus ſenſibilis: ſed appetitus nõ
eſt ex appetitu. ergo videtur ꝙ incõuenienter dicat
ſenſualitatem eſſe ex qua eſt appetitus rerū ad cor
pus pertinentium. ¶ Reſpondeo dicendū ꝙ differt ſen-
ſualitas: ⁊ ſenſibilitas. Senſibilitas enim omnes vi
res ſenſitiue ptis comprehendit: tā apprehenſiuas
de foris: ꝙ̄ apprehenſiuas de intus: ꝙ̄ etiā appeti
tiuas. Senſualitas autē magis proprie illam tantū
partem nominat per quam mouetur aīal in aliquod
appetendum vel fugiendum. ſicut autem eſt in intel
ligibilibus: ꝙ illud quod eſt apprehenſum nõ mouet
voluntatem niſi apprehendatur ſub ratione boni vl'
mali: propter quod intellectus ſpeculatiuus nihil di
cit de imitando vel fugiendo: vt in tertio de anima
dicitur: ita etiam eſt in parte ſenſitiua: ꝙ apprehēſio
ſenſibilis non cauſat motum aliquem niſi apprehen
datur ſub ratione conuenientis vel inconuenientis.
Et ideo dicitur in ſecundo de anima ꝙ ad ea q̄ ſunt
in ymagine hoc modo nos habemus ac ſi eſſemus ꝯ
ſiderantes aliqua terribilia in picturis que paſſio-
nē non excitarent vel timoris vel alicuius huiuſmo
di. vis autem apprehendens huiuſmodi ratiões cõ
uenientis: ⁊ non conueniētis: videtur virtus eſtima
tiua per quam agnus fugit lupum ⁊ ſequitur matrē
que hoc modo ſe habet ad appetitum ſenſibilem: ſi-
cut ſe habet intellectus practicus ad appetitum vo
luntatis. vnde proprie loquendo ſenſualitas incipit
ex ꝯfinio extimatiue ⁊ appetitiue ſequentis: vt hoc
modo ſe habeat ſenſualitas ad partē ſenſitiuā: ſicut
ſe habet voluntas ⁊ li. ar. ad partem intellectiuam.
Hoc autem conueniens quod ſenſualitatem mouet: aut
ratio ſue ꝯuenientie eſt apprehenſa a ſenſu: ſicut ſunt
delectabilia ſm ſingulos ſenſus que alia per ſe ſe-
quuntur: aut eſt non apprehenſa a ſenſu: ſicut ini-
micitiā lupi neq; videndo neq; audiendo ouis pci-
pit: ſed eſtimando tantum: ⁊ ideo motus ſenſualitatis
in duo tendit in ea. ſ. que ſm exteriores ſenſus delec
tabilia ſunt. Et hoc eſt quod dicitur ꝙ ex ſenſualitate ē
motus qui intenditur in corporis ſenſus. aut ad ea q̄
nociua vel conuenientia corpori ſm ſolam eſtimatio
nem cognoſcuntur: ⁊ ſic ex ſenſualitate dicitur eē ap
petitus rerum ad corpus pertinentium. ¶ Ad pmū
ergo dicendum ꝙ ex ratione inferiori eſt etiam mo-
tus ⁊ appetitus corū que ad corpus pertinēt non tñ
ſicut ex proximo principio: ſed ſicut ex remoto inquā
tum vires ſenſibiles per imperium mouet que ſunt
aliqualiter obedientes rationi: vt in primo ethicorū
dicitur. Uel dicendū ꝙ ratio huiuſmodi motum cāt nõ cõ
ſiderando intentiones pticulares: ⁊ materie cõcrea
tas ſicut ſenſualitas: ſed magis vniuerſales: ⁊ a ma
terie appetitu ſepatas. ¶ Ad ſecundum dicendum
ꝙ ad ſenſualitatem aliquid pertinet dupliciter. vel
ſicut exiſtens de eſſentia eius: ⁊ ſic videtur tantum
appetitiuam partem continere: vel ſicut preambulū
ad ipſum: ſicut ratio ad li. ar. pertinet vt dictum eſt:
⁊ hoc modo etiam vires apprehenſiue ſenſitiue per
tinēt ad ſenſualitatem: ſed ſm quendam ordinē. q2
extimatiua proxime ſe habet ad eam: ſicut ratio prac
tica ad li. ar. que etiam eſt mouens ymaginem ſim-
pliciter: ⁊ vires precedentes ſe habent magis remo
te: ſicut ratio ſpeculatiua ad voluntatē. ¶ Ad ter-
tium dicendum ꝙ ſenſualitas non nominat ſimplici
ter vnā potentiā: ſed vnam ſm genus. ſ. appetitiuā
ſenſitiuam que tamen in iraſcibilem ⁊ concupiſcibilē
diuiditur. ¶ Sed tñ ſciendū ꝙ ratione differūt ſen-
ſualitas: ⁊ iraſcibilis: ⁊ concupiſcibilis. Cum enī vt
Dyo. dicit. vii. c. de di. no. natura inferior in ſui ſup
mo attingat infimum ſuperioris nature. natura ſenſi
tiua in aliquo ſui quodāmō rationi coniungitur. vñ
⁊ quedā pars ſenſitiua. ſ. cogitatiua alio nomine rõ
dicitur propter confinium eius ad rõnē. ſic ergo di
co ꝙ iraſcibilis: ⁊ concupiſcibilis: nomināt appetitū
ſenſitiuū ſm ꝙ completus eſt ⁊ per diuerſa diſtinct9
⁊ verſus rõnem tendens: vñ ⁊ in homine iraſcibilis
⁊ cõcupiſcibilis rõni obtēperant. ſenſualitas autem
nominat ſenſitiuum appetitiuum ſm ꝙ eſt incõplet9
⁊ indeterminatius ⁊ magis depreſſus: ⁊ idō dr̄ ꝙ i ea
non poteſt eſſe virtus: ⁊ ꝙ eſt perpetue corruptiõis
⁊ ex ipſa ſua indeterminatione quandam vnitatem
habet vt quedam vis dicatur. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ
ſi per motum intelligatur motus progreſſiuus exteri
or nõ inconuenienter motus ⁊ appetitus ſenſualita
ti attribuuntur etiam ſi ſit' vna potentia: q2 ſunt act9
non eque primi: ſed ordinē adinuicem hñtes: appe
titus enim interior motum exteriorē cāt: ⁊ ſic vn9 me
diante altero a ſenſualitate procedit. ſi aūt p motum
intelligat motus interior appetitus: tunc diſtinguūt
iſti duo actus ſm diuerſa obiecta que tñ potētiā non
diuerſificant ſm genus: ⁊ hoc quomodo ſit dictū ē.
¶ Ad quintum dicendū ꝙ appetitus eſt nomen potentie
⁊ nomen actus. vnde non eſt inconueniens ꝙ ex ap
petitu potentie procedat appetitus actus.

D ſecundū ſic proceditur. videtur ꝙ rõ ſu
a perior ⁊ inferior nõ ſint vna potentia: ſed di
uerſe. In ptibus ei aie non accipit ſupius et
īferi9 aie ſm ſitū: ſ; ſcdm dignitatē: ſ; iter ptes aie in
tellectiue ē inuenire vnā ptē alia digniorē: q2 itellec
tus agens eſt nobilior poſſibili: vt in tertio de aīa dr̄:
q̄ diuerſe potētie ſunt vt ſupra dictū ē. ḡ vr̄ ꝙ id qd
ē ſupius i rõne ⁊ id qd ē iferius: ſint diuerſe potētie.
¶ Pre. eternū: ⁊ neceſſariū: idē eē vr̄: ⁊ ꝯtingens: ⁊
tēporale: ſ; phs in. vi. ethicorū dicit ꝙ ſcientificū aie
circa neceſſaria ē rõcinatiuū: aut circa ꝯtingētia ope
rata a nobis: ḡ vr̄ ꝙ ſciētificū ſit illud idē qd rõ ſupe
rior q̄ eterna conſpicit: ⁊ rõcinatiuum idem quod rõ
inferior que tpalibus inheret vt in lr̄a dr̄: ſed ⁊ rõci-
natiuū ⁊ ſcientificū: vt ibidē dr̄ ſunt diuerſe potētie.
ergo videtur ꝙ ⁊ rõ ſupior ⁊ inferior. ¶ Pre. i ſupe
riori pte anime eſt ymago deitatis vt in primo dictū
eſt: ſed ſuperior pars anime eſt ſuperior pars ratio-
nis. ergo in ſuperiori ratione eſt ymago: ſed ymago
colligit tres potentias memoriam: intelligentiam: ⁊
voluntatem. ergo ratio ſuperior ⁊ inferior non dicūt
vnam quandam potentiam: ſed plures. ¶ Prete-
rea. regulans ⁊ regulatum: ⁊ impans ⁊ impatū: non
poſſunt eſſe idem ſicut nec agens ⁊ patiens: ſed ra-
tio ſuperior ſe habet ad inferiorē ſicut regulans ad
regulatum. ergo non poſſunt eſſe vna potentia.
¶ Preterea. potentie diſtinguūtur per actus: ſed of
ficium actum nominat vt Tullius dicit. ḡ vr̄ ꝙ eū
rõ ſupior ⁊ inferior p diuerſa officia geminent ꝙ ſint
diuerſe potentie. ¶ Sed contra. Diuerſitas poten
tiarū ꝯſtituit diuerſitatē rei: ſed in littera dicitur ꝙ cū
de ſuperiori ⁊ inferiori ratione loquimur: de vna qua
dā re dicimus. ergo videtur ꝙ non ſint diuerſe po
tentie. ¶ Pre. potētia p diuerſos habitus nõ diuer
ſificatur: ſ; rõ ſupior dr̄ put dono ſapientie pficitur:
inferior prout dono ſcie: vt in lr̄a dicitur. ergo videt
ꝙ ſuperior et inferior ratio non ſint diuerſe potētie.

¶ Reſpondeo dõ ꝙ ratio hic accipitur que hoc mo
do ſe habet ad voluntatem ⁊ li. ar. ſicut ſe habet ap
p̄chenſo ſenſitiua ad ſenſualitatem. ſicut enim dic-
tum eſt: nullus appetitus mouetur in ſuum obiectuꝫ
niſi fiat app̄chenſio alicuius ſub ratõe boni vel ma
li conuenienti vel nociui: hanc autem rationem con
uenientis ⁊ boni: aliter homo percipit aliter brutuꝫ.
brutum enim non conferendo: ſed quodam naturali
inſtinctu ſibi conueniens: vel nociuum cognoſcit. ho
mo autem per inueſtigationem quandã ⁊ collationẽ
huiuſmodi rationes conſiderat: ⁊ ideo uis illa ꝑ quã
in huiuſmodi rationum cognitionem venit conueni
enter ratio dicitur que inueſtigatiua eſt: ⁊ deductiua
vnius in alterum: q: vero tota ratio potentiaruꝫ ex
obiectis ſumitur quoꝛuꝫ ſpeciebus cõformantur: ide
eſt ꝙ opoꝛtet in ratione quẽdam gradum conſtitue-
re ſm oꝛdinem eoꝛum quibus intendit. In rebus aũt
quas rõ conſiderat talis inuenitur diſtinctio ⁊ oꝛdo:
vt quedam eterna ⁊ neceſſaria a tempoꝛalibus di-
ſcreta eis pꝛoponantur. vnde ⁊ ratio ex hoc quẽdaꝫ
gradum conſequitur ꝙ hiis vel aliis intendit: ſꝫ q:
ita eſt in oꝛdine rerum ꝙ ſuperius eſt directiuũ inferio
ris: ⁊ cã inde eſt ꝙ per eterna in hiis que tẽpoꝛalia
ſunt dirigimur: ſicut id quod vno modo ſe habet eſt
menſura eius quod multifoꝛme ẽ vt ex. x. metha. ac-
cipitur. Et ſm hoc patet ꝙ ratio eternis dupliciter
inherere poteſt: vel conſiderando ipſa in ſe: vel con
ſiderando ipſa ſm ꝙ ſunt regula tempoꝛalium ꝑ nos
diſponendoꝛum ⁊ agendoꝛum. Et prima conſidera-
tio eſt non extra limites ſpeculatiue rationis. ſecun-
da auteꝫ ad genus pꝛactice rationis pertinet. vnde
patet ꝙ ratio ſuperioꝛ ꝑti eſt ſpeculatiua ⁊ ꝑti pꝛacti
ca: ⁊ ideo in littera dicitur ꝙ ſupernis conſpiciẽdis
inquant. ui eſt ſpeculatiua: ⁊ in quãtũ eſt pꝛactica ſu
pernis ꝯſulendis intendit. vnde ex hoc pꝫ ꝙ rõ ſu-
perioꝛ pꝛout contra inferioꝛem diuiditur: non diſtat
ab ea ſicut ſpeculatiuuꝫ ⁊ pꝛacticum quaſi ad diuer
ſa obiecta reſpiciant de quibus fiat rõcinatio: ſꝫ ma-
gis diſtinguuntur ſm media. vnde ratiocinatio ſu-
mitur. ratio enim inferioꝛ conſiliatur ad electionem
tendens ex rationibus rerum tempoꝛalium vt ꝙ ali
quid eſt ſuperfluum: ⁊ diminutũ: vtile: honeſtum: ⁊
ſic de aliis ꝯditionibus quas moꝛalis philoſophus
pertractat: ſuperioꝛ vero conſilium ſumit ex rõnibꝰ
eternis ⁊ diuinis: vt q: eſt contra pꝛeceptum dei vꝫ
eius oſtenſionem pariter vel aliquid huiuſmodi: di
uerſitas autem medioꝛum ex quibus ad idem genꝰ
concluſionis pꝛoceditur: non poteſt facere diuerſaꝫ
potentiam: ſed quandoqꝫ diuerſum habitum: ⁊ iõ rõ
ſuperioꝛ ⁊ inferioꝛ nõ diſtinguuntur: ſicut diuerſe po
tentie: ſed magis ſm habitum: vel quem iaꝫ actu hꝫ:
vel ad quẽ naturaliter oꝛdinantur. ratio enim ſupe-
rioꝛ perficitur ſapientia. ⁊ inferioꝛ ſcientia. ¶ Ad ꝑ-
muꝫ ergo dicendum: ꝙ ratio ſuperioꝛ ⁊ inferioꝛ non
differunt: ſicut agens ⁊ poſſibile. quod ſic patet: q:
vt in littera dicitur ratio ſuperioꝛ ⁊ inferioꝛ habent
actus reſpectu diuerſoꝛum: agens autem ⁊ poſſibile
ſemper concurrunt ad ideꝫ obiectum ⁊ mediũ: q: im
poſſibile eſt nos in intellectiuam operationem ꝓgre
di ſine operatione poſſibilis ⁊ agentis. oꝫ enĩ vt ſpẽs
fantaſmatum que ſunt obiecta intellectus noſtri effi
ciantur in actu intelligibiles quod ad agentem perti
net et intellectui coniungantur in eo recepte quod
pertinet ad poſſibilem. vnde ex diuerſitate poſſibiſ
⁊ agentis non ſequitur diuerſitas ſuperioꝛis ⁊ infe-
rioꝛis rationis: ſed ex diuerſitate medij vel obiecti.
¶ Ad ſecundum dicenduꝫ ꝙ ſcientificum ⁊ rõcina
tiuũ non omnino diſtinguunt: ſicut rõ ſuperioꝛ ⁊ infe
rioꝛ: q: ſcientificum nullo mõ ad praxi pertinet ſicut
ꝑtinet rõ ſuperioꝛ vt dictum eſt in quãtum. ſ. eterna
conſulit ⁊ pꝛeter h̄ ſcientificum ad quedam ſe exten
dit quoꝛum non eſt ratio ſuperioꝛ pꝛout hic accipiť
ſ. ad res creatas neceſſarias: q: phs ſcientificũ aĩe nõ
tũ ſapientia que diuinoꝝ ẽ pꝛopꝛie: ſꝫ ſcientia: ⁊ in-
tellectu que creatoꝝ ſunt ĩ ſexto ethicoꝝ ꝑfici docet:
cognitio aũt rerũ tꝑalium ſiue quantũ ad ea que ad
nos agenda pertinent ſiue quãtũ ad ea que ĩ hiis ne
ceſſariis demonſtrationibus conſiderant ad rõnẽ in
ferioꝛem ꝑtinet q̄ ſcia ꝑficiť quã Aug. extendit tã ad
ſpeculatiuã q̄ꝫ pꝛacticã conſiderationẽ rerũ tꝑaliuꝫ.
vñ diſtinctio ſuperioꝛis ⁊ inferioꝛis rõis: non eſt idẽ
cũ diſtinctione ſcientifici ⁊ rõcinatiui q̄uis ſcientifi
cũ ſm aliq̄d ſui cũ rõne ſuperioꝛi ꝯueniat: ⁊ rõ iferioꝛ
cũ rõcinatiuo. ¶ Ad tertiũ dõ ꝙ rõ ſuperioꝛ nõ ẽ oĩo
idem cuꝫ illa ꝑte mentis in qua conſiſtit ymago: ſed
includit eaꝫ ⁊ excedit. quod ſic pꝫ. ymago enĩ potiſſi
me diſtinguiť ſm h̄ ꝙ mens tendit in obiectũ qḋ de
us ẽ vt in pꝛimo dictũ ẽ. vnde potẽtie imaginis pꝛo
ut ad imaginem pertinent reſpiciunt eterna ſolũmõ
vt obiectũ: rõ autem ſuperioꝛ conſiderat ea dupli
ter. ſ. vt obiectum inquantum conſpicit ea ⁊ vt menᵐ
inquantũ ipſa ꝯſulit: nihilominus tñ ⁊ ſi ymago plu
res potẽtias eſſentialiter colligat nõ oꝫ ꝙ rõ ſupioꝛ
ĩ pluribus potẽtiis ꝯſiſtat: q: imago cõpꝛehẽdit: ⁊ co
gnitiuã ⁊ affectiuã: ſꝫ rõ cõpꝛehendit imaginẽ ſꝫ co
gnitiuã tñ: ⁊ excedit vt dictũ ẽ. ⁊ iõ rõ ſupioꝛ: ⁊ mẽs
in quo eſt imago ſe habent vt excedẽtia ⁊ exceſſa. ſu
pioꝛ enĩ rõ eſt ſpeculatiua ⁊ pꝛactica: ſꝫ mẽs ſꝫ ꝙ ĩ ea
ẽ imago tñ ad ſpeculatiuã ꝑtinet: q: obm imaginis
nõ ẽ aliq̄d opabile a nobis: ⁊ ſic rõ ſupioꝛ excedit mẽ
tem: ⁊ exceditur a mẽte inquãtũ mens cõpꝛehẽdit af
fectionẽ: ⁊ cognitionẽ. cũ rõ cognitionẽ tantũ ĩpoꝛtet.
¶ Ad quartũ dõ ꝙ diuerſitas regulantis ⁊ regulati
ñ demõſtrat diuerſaꝫ potẽtiã: ſꝫ diuerſuꝫ hituꝫ. vnuſ
enĩ habitus eſt regᵃ alterius: ſicut pꝫ in ſcientiis. ſpe
culatiuis q̄ omnes ſcientias ſapientia mathe. diri-
git: ita etiam ratio ſuperioꝛ inferioꝛẽ dirigere diciť.
¶ Ad quintum dõ ꝙ non quelibet diuerſitas actus
oſtendit diuerſitatem potentie: ſed quandoqꝫ etiam
oſtendit tantum diuerſitatem habitus: ſicut geome-
trizare ⁊ ſyllogizare: quandoqꝫ autem neutrum. iſta
autem ſic patent: q: ſubſtantia vniuſcuiuſqꝫ potẽtie
eſt ſm ꝙ eſt nata operari circa pꝛopꝛium obiectuꝫ: ut
de ſenſu dicit philoſophus in ſecundo de anima: iõ
actiones que differunt ſecundum diuerſa obiecta
oſtendunt diuerſitatem potentiaꝝ: vt tamen acci-
piatur differentia obiectorum ſecundum id quod ad
pꝛopꝛiam rationem obiecti pertinet. homo enim ⁊ la
pis differunt genere: ſed conueniunt ſecundũ ꝙ ſunt
obiectum viſus in coloꝛe: ⁊ ideo viſio hominis ⁊ la-
pidis pertinent ad vnam potentiam: ſed ſentire ſo-
nuꝫ ⁊ coloꝛes pertinent ad diuerſas potentias: quia
ſonus: ⁊ coloꝛ ſecundum pꝛopꝛias rationes quibus
adinuicẽ diſtinguuntur: ſunt pꝛopꝛia obiecta ſenſus.
Quandoqꝫ autem diuerſitas actuum cãtur ex diuer
ſitate medij vel pꝛincipij ex quo peruenitur ad ideꝫ
genus obiecti: ⁊ talis diuerſitas actuum oſtendit di
uerſitatem habituuꝫ. diuerſe enim ſcientie ex diuer-
ſis pꝛincipiis pꝛocedunt: etiam ſi eaſdẽ concluſiões
demonſtrent: ſicut aſtrologus ⁊ naturalˢ diuerſis me-

diis rotunditatem terre oſtendunt: vt dicitur in ſe
cundo phiſicorum. Similiter etiam virtutes mora
les diſtinguuntur ex diuerſis finibus qui ſunt in ope
ratiuis: ſicut principia in ſpeculatiuis: quandoqꝫ ve
ro diuerſitas actuuʒ cauſatur ex eo quod eſt accidēs
actionis vel ex parte agentis ſm ꝙ eſt potentius vl
infirmius in agendo: ſicut hebetudo vel ſubtilitas i
genii que differunt ſm velocitatem ⁊ tarditatem ad
diſcendi: vel ex parte medii: vt credere ⁊ opinari q̄
differunt ſm efficatiam ⁊ debilitateʒ medii: vel ex p
te obiecti: ſicut videre hominē ⁊ lapidem. accidit. n.
colorato eſſe hominem aut lapidem: ⁊ talis diuerſi
tas actionum neqꝫ potentiam diuerſam neqꝫ diuer-
ſum habitum requirit: qꝛ illud quod eſt per accidēs
non cauſat differentiam in ſpecie. officium autem ra
tionis ſuperioris ⁊ inferioris non differūt penes di-
uerſam rationem obiecti. cum vtraqꝫ operabilia con
ſideret: ſed penes diuerſam rationem medii: qꝛ ra-
tio iſerior procedit ex rationibus temporalibus: ſed
ratio ſuperior ex rationibus eternis: ⁊ ita etiam hec
diuerſa officia non oʒ ꝙ diuerſas potentias demon-
ſtrent: ſed diuerſos habitus vt dictum eſt.

D tertiuʒ ſic proceditur. videtur ꝙ ſindere
a ſis ſit potentia ⁊ non habitus. Ea enim que
veniunt in eandem diuiſionem videntur eē
vnius rationis: ſed ſinderesis diuiditur contra ali-
as anime potentias. ſ. contra rationalem ⁊ concupi-
ſcibilē ⁊ iraſcibilem: vt patʒ ex glo. Hieronimi Eze.
i. ergo videtur ꝙ ſit potentia. ¶ Preterea. Hieroni
mus dicit Malach. ij. ſup illud cuſtodite ſpm̄ nr̄m
⁊c. ſpiritus dicitur non pars alis: que nō percipit ea
que ſunt dei: ſed rationalis: hanc autem vocat ſinde
reſim: ſed rationalis pars potentiam vocat. ergo vi
detur ꝙ ſit potentia. ¶ Preterea. habitus nō iſcri
bitur niſi potentie: ſed Augu. dicit ꝙ vniuerſalia iu-
ris p̄cepta i nāli iudicatorio ſunt quod eſt ſindereſiſ.
ergo cum vniuerſalium iuris ſit aliquis habitus vi
detur ꝙ ſindereſis cui inſcribuntur ſit potentia que-
daʒ. ¶ Preterea. ex identitate actuum colligitur
idemptitas potentiarum: ſed vt ex inducta auctori-
tate patet ad ſindereſim pertinet iuditium. cum er-
go li. ar. a iudicando nominetur: videtur ꝙ ſindere-
ſis ſit idem quod li. ar. ſed li. ar. eſt potentia. ergo et
ſindereſis. ¶ Preterea. habitus amittitur per obli-
uionem vel alio modo: ſed ſindereſis ſemper manet
que etiam poſt mortem peccato remurmurat cuius
murmur vermis dicitur. ergo ſindereſis nominat po
tentiam ⁊ non habitum. ¶ Sed contra. Potentia
rationalis ſe habet ad oppoſita: ſed ſindereſis ſe ha
bet determinate ad vnum: qꝛ nunqꝫ errat. ergo vi-
detur ꝙ non ſit potentia ſed habitus. ¶ Preterea.
oppoſita in idem genus reducuntur: ſed ſindereſi
oppōit fomes. ſic̄. n. fomes ſp̄ ad malū iſtigat: ita ⁊ ſin
dereſis ſemper in bonum tendit. cum igitur fomes
ſit habitus quidam vt in littera dicitur: videtur eti
am ꝙ ſindereſis habitum nominet. ¶ Reſpondeo dō
ꝙ ſicut eſt in motu rerum naturalium ꝙ omnis mot⁹
ab immobili mouente procedit vt dicit Aug. viii. ſu
per Gene. ⁊ philoſophus probat in ſeptimo ⁊ octa-
uo phiſicorum ⁊ omne diſſimiliter ſe habens ab vno
eodemqꝫ modo ſe habente: ita etiam oportet ꝙ ſit in
proceſſu rationis. cum enim ratio varietatem quan
dam habeat: ⁊ quodammodo mobilis ſit ſecundum
ꝙ principia in concluſiones deducit: ⁊ in conferēdo
frequenter decipit̄ oportet ꝙ omnis ratio ab aliqua
cognitione procedat que vniformitateʒ ⁊ quietē quā
dam habeat quod non fit per diſcurſuʒ inueſtigatio
nis: ſed ſubito intellectui offerūt̄. ſicut eni rō in ſpe-
culatiuis deducitur ab aliquibus principiis per ſe
notis quorum habitus intellectus dicitur: ita etiam
oportʒ ꝙ ratio practica ab aliquibus principiis per
ſe notis deducatur: vt quod eſt malum non eſſe faci
endum. preceptis obediendum fore: ⁊ ſic de aliis. et
horum quidem habitus eſt ſindereſis. vnde dico ꝙ
ſindereſis a ratione practica diſtinguitur non quidē
per ſubſtantiam potentie: ſed per habitū qui eſt quo
dammodo innatus menti nr̄e ex ipſo lumine intelle
ctus agentis: ſicut ⁊ habitus principiorum ſpeculati
uorum: vt omne totum eſt maius ſua parte ⁊ huiuſ-
modi: licet ad determinationem cognitionis eorum
ſenſu ⁊ memoria indigeamus: vt in ſecundo poſterio
rum dicitur. Et ideo ſtatim cognitis terminis cogno
ſcuntur vt in primo poſteriorum dicitur: ⁊ ideo dico
ꝙ ſindereſis vel habitum tantum nominat vel po-
tentiam ſaltem ſubiectam habitui ſic nobis inato.
¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ ſindereſis diuidi-
tur contra alias potentias non quaſi diuerſa per ſub
ſtantiam potentie: ſed per habitum quendam: ſicut
ſi intellectus principiorum contra ſpeculatiuam ra-
tionem diuideretur. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ
rationalis pars non ſimpliciter vocatur ſindereſ: ſʒ
ſm ꝙ talem habituʒ concernit. ¶ Ad tertium dicen
dum ꝙ vniuerſalia iuris non inſcribuntur ſindereſi
quaſi habitus potentie: ſed magis quaſi collecta in
habitu inſcribuntur ipſi habitui: ſicut principia geo-
metricalia geometrie inſcribuntur. ¶ Ad quartum
dicendum ꝙ iudicium non eodem modo li. ar. ⁊ ſin-
dereſi conuenit: quia ad ſindereſim pertinet vniuer
ſale iudicium ſecundum vniuerſalia iuris principia.
ſemper enim de concluſionibus per principia iudi-
catur. vnde ⁊ ſcientia reſolutiua iudicandi ars dici
tur: ſed ad li. ar. pertinet iudicium p̄ticulare de hoc
operabili quod eſt iuditium electionis. vnde ſinde-
reſis non eſt idem quod li. ar. ¶ Ad quintum dicen-
dum ꝙ habitus naturalis nunqꝫ amittitur. ſicut pa-
tet de habitu principiorum ſpeculatiuorum quem
ſemper homo retinet: ⁊ ſimile eſt etiam de ſindereſi.

D quartum ſic proceditur. videtur ꝙ con-
a ſceintia non ſit actus. Origenes enim dicit
ꝙ conſcientia ē ſpiritus corrector ⁊ pedago
gus anime ſibi ſociatus quo ſeparatur a malis ⁊ ad-
heret bonis: ſed ſpiritus: vel nominat potentiaʒ vl
etiam ipſam eſſentiam anime. ergo videtur ꝙ con-
ſcientia non ſit actus. ¶ Preterea. conſcientia ſecū
dum ꝙ a quibuſdam deſcribitur eſt dictamen ratio-
nis quo iudicat ⁊ ligat ad faciendum ⁊ non facien-
dum: ſed iuditium de hoc faciendo vel non faciēdo
vt dictum eſt pertinet ad li. ar. ergo conſcientia eſt
li. ar. ſed li. ar. non eſt actus: ergo nec conſcientia.
¶ Preterea. i glo. Eze. i. dicit Hieronimus poſtqꝫ
de ſindereſi locutus eſt. hanc autem conſcientiaʒ in
terdum precipitari videmus ergo videtur ꝙ con-
ſcientia ſit idem qđ ſindereſis: ſʒ ſindereſis non no-
minat actum: ſʒ potētiā vel hītū. ḡ vr̄ ꝙ ēt ꝯſcientia.
¶ Preterea. conſcientia eſt ſcientia quedam: ſʒ ſci
tia nominat habitum ergo ⁊ conſcientia. ¶ Prete-
rea. omnis actus vel generat habitum vel ſaltem ex
aliquo habitu eſt productus. ſi igitur conſcientia eſt
actus quidam oportet ꝙ multiplicatis actibus ge-
neretur habitus qui conſcientia dicatur vel ꝙ ſaltē

tales actus ex habitu aliquo procedant quod in idē
reddit. ¶ Sed contra. Conſcientia peccatuꝫ aggra
uare dicit᷑: ſed aggrauatio peccati eſſe non poteſt ni
ſi per hoc: ꝙ contradicit᷑ actuali rationis conſidera-
tioni. ergo videt᷑ ꝙ conſciētia actualem rationis cō
ſiderationem nominet. ¶ Preterea Dam. dicit ꝙ
conſcientia eſt lex intellectus noſtri: ſed lex intellec-
tus eſt ipſa lex naturalis que eſt habitus principio-
rum iuris. ergo videt᷑ ꝙ conſcientia ſit habitus ⁊ nō
actus. ¶ Preterea vt dictum eſt: conſcientia a qui
buſdam dictamen rationis inſcribit᷑: ſed dictamē ac
tum quendam nominat ſm̄ ꝙ rō aliquid faciendum
diiudicat. ergo videt᷑ ꝙ conſcientia actum nominet.
¶ Reſpondeo dicō ꝙ conſcientia multis modis acci
pit᷑. quandoqꝫ enim dicit᷑ conſcientia ipſa res ꝯſcita
⁊ ſic ſumit᷑. i͠e. Thymo. i°. caritas procedit de conſci
entia bona glo. i. ſpes: q: ex merito q̄ conſcientia tenꝫ
motus ſpei inſurgit. Quandoqꝫ vero dicit᷑ habitus
quo quis diſponitur ad conſcidēdum: ⁊ ſm̄ h̄ ipſa lex
naturalis ⁊ habitus rationis conſueuit dici conſcien
tia. Quidam etiam dicunt ꝙ conſcientia quandoqꝫ
potentiam nominat: ſed h̄ nimis extraneum ē: ⁊ i ꝓ
prie dictum quod patet ſi diligenter omnes potētie
anime inſpiciantur nullo autem modorum conſcien
tia ſumit᷑ ſm̄ ꝙ in vſum loquentium venit prout dr̄
ligare vel aggrauare peccatum. nullus enim ligatur
ad aliquid faciendum niſi per hoc ꝙ conſiderat hoc
eſſe agendum. vnde quandam actualem conſidera
tionem rationis per conſcientiam cōiter loquentes i
telligere videntur: ſed que ſit illa actual' rationis cō
ſideratio videndum eſt. Sciendum eſt igitur ꝙ ſicut
in ſexto ethicorū phs dicit. ratio in eligendis ⁊ fugi
endis quibuſdam ſyll'is vtitur. In ſyll'o autē eſt tri-
plex conſideratio ſm̄ tres propoſitiones ex quarum
duabus tertia concluditur. ita etiaꝫ contingit in pro
poſito dum ratio in operandis ex vniuerſalibus ꝑn
cipiis circa particularia iudiciū aſſumit: ⁊ q: vniuer
ſalia principia iuris ad ſindereſiꝫ ꝑtinent rationes
aut magis appropriate ad opus pertinent ad habi-
tus quibus ratio ſuperior ⁊ inferior diſtinguunt᷑ ſin-
dereſ in hoc ſyll'o quaſi maiorem miniſtrat cuius cō
ſideratio eſt actus ſindereſ: ſed minorem miniſtrat
ratio ſuperior vel inferior: ⁊ eius conſideratio ē ip
ſius actus. ſꝫ conſideratio cōcluſiōnis elicite eſt cō
ſideratio conſcie. verbi gratia. ſindereſis hanc pro-
ponit: omne maluꝫ eſt vitandum: ratio ſuperior hāc
aſſumit: adulteriuꝫ eſt malum: q: lege dei prohibitū
ſiue ratio inferior aſſumeret illam eſt malum: q: in
iuſtum ſiue in honeſtum: concluſio aūt que eſt: adulte
rium h̄ eſſe vitandum: ad conſcientiam pertinet: ⁊ in
differenter ſiue ſit de preſenti vel de preterito vl' fu
turo: q: conſcientia: ⁊ factis remurmurat: ⁊ facien-
dis contradicit. ⁊ inde dicitur conſcientia quaſi cuꝫ
alio ſcientia: q: ſcientia vniuerſalis ad actum ꝑticu-
larem applicat᷑ vel etiam: q: per eā aliquis ſibi ꝯſciꝰ
eſt eorum que fecit vel facere intēdit: ⁊ propter hoc
etiam dr̄ ſententia ⁊ dictamen rationis: ⁊ propter h̄
etiam contingit conſcientiam errare non propter ſin
dereſ errorem ſed propter errorem ratiōis: ſicut pꝫ
in heretico cui dictat conſcientia ꝙ prius permittat
ſe comburi qꝫ iuret: q: ratio ſuperior peruerſa eſt in h̄
ꝙ credit iuramentum ſimpliciter eſſe prohibitum: ⁊
ſm̄ hūc modū pꝫ qualiter differant: ſindereſ: lex na
turalis: ⁊ conſcientia: q: lex naturalis nominat ipſa
vniuerſalia principia iuris: ſindereſ vero nominat
habitum eorum ſeu potentiam' cum habitu: conſcien
tia vero nominat applicationem quandam legis na
turalis ad aliquid faciendum per modum concluſio
beros iuſtitie facit. Unde apoſtolus: libera/
ti a peccato ſerui facti eſtis iuſtitie. Et item.
Cum ſerui eſſetis peccati liberi fuiſtis iuſti/
tie. Hanc libertatem homo peccando amiſit
Ideoqꝫ Auguſtinus dicit ꝙ hō male vtens
libero arbi. ⁊ ſe perdit ⁊ ipſum: quia perdita
eſt per peccatum libertas non a neceſſitate ſꝫ
a peccato. Qui enim facit peccatum ſeruus
eſt peccati. Iſtam libertatem que eſt a pecca/
to illi ſoli nunc habent: quos filius per gra/
tiam liberat. ⁊ reparat: non ita ꝙ penitus ſint
ſine peccato in hac mortali carne. ſed vt pecca
tum in eis non dominetur neque regnet. Et
hec eſt vera ⁊ bona libertas que bonam pa/
rit ſeruitutem: ſcilicꝫ iuſticie. Unde Auguſti
nus in euche. Ad iuſticiam faciendam non
erit aliquis liber niſi a peccato liberatus eſſe
iuſticie ceperit ſeruus. ⁊ ipſa eſt vera libertas
propter recte facti leticiam. ſimul ⁊ pia ſerui/
tus propter precepti obedientiam. Eſt alia
libertas non vera male ſeruituti adiuncta. que
eſt ad malum faciendum: vbi ratio diſſentit a
voluntate iudicans non eſſe faciendꝫ quod
voluntas appetit. Ad bonum vero faciendū
concordat ratio voluntati. ⁊ ideo ibi vera li/
bertas eſt ⁊ pia. De libertate autem ad ma/
lum ⁊ ſeruitute mala: ait Auguſtinus i euch.
Serui additi peccato. ſ. que poteſt eſſe liber/
tas niſi quando eum peccare delectat? Libe
raliter enim ſeruit qui ſui domini voluntateꝫ
libenter facit: ac per hoc ad peccandum liber
eſt qui peccati ſeruus eſt.

Queſtio de libertate ad malum: an ſit ipſa
libertas libe. ar. an alia.

b Hic queri poteſt: vtrum hec libertas
qua quis liber eſt ad malum: ſit liber
tas arbitrii. Si enim libertas arbi/
trii eſt: bonum quidem eſt. quia libertas ar/
bitrii bonum naturale eſt. Quibuſdam vide
tur ꝙ ſit ipſa libertas arbitrii que ſemper bo
na eſt. ſed propter peccati ſeruitutem ad ma/
lum fit liberior ⁊ pronior: ⁊ ideo dicitur non
vera eſt libertas: quia ad malum eſt. Aliis aūt
videtur ꝙ hec libertas arbitrii ad maluꝫ. quā
ſupra commemorauit Auguſtinus: non ſit
ipſa libertas arbitrii. ſed ſit quedam promptaſ

peccandi:⁊ curuitas que ex pctõ eſt ⁊ mala ẽ ſit Queſtio alia de libertate ad bonũ an ipſa pctẽ libertas liberi ar. vel non.

ſ Imiliter etiam queri ſolet vtrum ⁊ illa libertas vera que eſt ad iuſtitiaꝫ faciendã ſit ipſa libertas arbitrii. Quidam dicunt illam eandem eſſe; ſed per grãm reparatam qua iuuante libera eſt ad bonum ſine grã vero non eſt libera ad bonum. vnde Auguſtinus in encb. Iſta libertas ad benefaciendum: vnde erit homini addicto ⁊ vendito: niſi eum redimat ille qui dicit. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Qd̃ anteꝗ̃ fieri incipiat in homine: quomodo quiſꝗ̃ d̃ libero arbi. gloriatur qui nondum eſt liber ad operandum bene? Ecce aperte oſtendit liberum arbi. per gratiam liberari: vt per illud bene operetur quis. Ideoqꝫ dicunt illam libertatem veram que eſt ad bene faciendnꝫ cuius ſupra meminit Auguſti. eſſe libertatem ipſam arbitrii gratia dei liberatam ⁊ adiutã. Alii vero putant non eſſe ipſaꝫ arbitrii libertatem: ſed aliam quandam que ex gratia ⁊ libero arbitrio in mente hominis deo operãte incipit eſſe cum reparatur.

Certa determinatio vtriuſqꝫ queſtiõis qua dicitur libertas ad bonum ⁊ ad malum ẽ libertas arbitrii.

v Erum nobis magis placeꝫ vt ipſa libertas arbitrii ſit: ⁊ illa qua quis liber eſt ad maluꝫ: ⁊ illa qua quis liber eſt ad bonum faciendum. Ex cauſis enim variis ſortitur diuerſa vocabula. Dicitur enim libertas ad malum faciendum anteꝗ̃ p grãm ſit reparata. Sed cum per gratiaꝫ fuerit reparata dicitur libertas ad bonum faciendum. quia ante grãm libera eſt voluntas ad malũ: per gratiam vero libera fit ad bonum. Semper igĩr voluntas hominis aliquo modo libera eſt: ſed non ſemper bona eſt. Non eniꝫ eſt bona niſi a peccato liberata. Eſt tamen a neceſſitate libera. Unde Auguſtinus in lib. de grã ⁊ lib. arbi. Semper in nobis voluntas libera eſt: ſed non ſemper bona eſt. aut. n. libera eſt iuſticie quando ſeruit peccato: ⁊ tũc eſt mala: aut ⁊ peccato libera eſt quando ſeruit iuſticie: ⁊ tunc eſt bona.

De libertate a miſeria.

e St iterum libertas a miſeria de qua apoſtolus ait: ⁊ ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptiõis i libertatem glorie filiorum dei. hanc libertatem homo ante peccatum habuit: qui omni carebat miſeria: ⁊ nulla tangebatur moleſtia: ⁊ plenius habebit in futura beatitudine: vbi miſer eſſe non poterit ſed in hac vita que eſt inter primum peccatum ⁊ vltimam confirmationem nemo a miſeria liber eſt quia pena peccati nõ caret

Repetit de corruptione liberi arbitrii vt addat alia.

e X predictis iam apparet in quo per peccatum ſit imminutum vel corruptum liberum arbitrium. Quia ante peccatum nulla erat homini difficultas: nullumqꝫ impedimentum de lege membrorum ad bonum: ⁊ nulla impulſio vel inſtigatio ad malum. Nunc autem per legeꝫ carnis ad bonum impeditur: ⁊ ad malum inſtigatur vt nõ poſſit velle ⁊ perficere bonum niſi per gratiã liberetur ⁊ adiuuetur: Quia vt ait apoſtolus. Peccatum habitat in carne. liberuꝫ ergo arbitrium cum ſemper ⁊ in ſingulis ſit liberuꝫ non eſt tamen pariter liberum: ⁊ in bonis et in malis: ⁊ ad bona ⁊ ad mala. Liberius tamẽ eſt in bonis vbi liberatum eſt ꝗ̃ in malis vbi liberatum non eſt. Et liberius eſt ad malum quod per ſe poteſt ꝗ̃ ad bonuꝫ quod niſi gratia liberetur ⁊ adiuuetur non poteſt.

De libertate que fit ex gratia: ⁊ que ex natura.

l Ibertas ergo a peccato ⁊ a miſeria per gratiam eſt. Libertas vero a neceſſitate per naturam vtramque libertatem nature ſcilicet ⁊ gratie notat apoſtolus cum ex perſona hominis non redempti ait. Velle adiacet mihi: perficere autem non inuenio: ac ſi diceret: habeo libertatem nature: ſꝫ non habeo libertatem gratie. Ideo non eſt apud me perfectio boni. Nam voluntas hominis quam naturaliter habet non valet erigi ad bonum efficaciter volendum vel opere implendum: niſi per gratiam liberetur ⁊ adiuuetur. liberetur quidem vt velit ⁊ adiuuetur vt perficiat. Quia vt ait apoſtolus non ẽ volentis velle neqꝫ currentis currere: id eſt operari: ſed miſerentis dei qui operatur i nobis velle ⁊ operari bonum. Cuius gratiam non aduocat hominis voluntas vel operatio: ſed ipſa gratia voluntatem preuenit: preparando vt velit bonum: ⁊ preparatam adiuuat: vt perficiat.

i Am ad propoſitum redeamus. Poſtꝗ̃ determinauit d̃ libero ar. oſtendẽdo qd ſit ⁊ conſequẽter de aliis potentiis aie: vt oſtenderet in quibus lib. arbi. poneretur. Hic determinat quaſdam liberĩ arbi. conditiones. Et diuiditur in partes duas. In

prima oſtendit quorum ſit lib. arbi. vt obiectorum:
In ſecunda quorum ſit vt ſubiectorum. ibi. Et qui-
dem ſm predictam aſſignationem. Circa primū duo
facit. Primo oſtendit ꝙ liberū arbitriū ſe habet ad
vtrunq oppoſitorum ſm ꝙ eſt tantum futurorum cō
tingentium. ibi. Hoc autem ſciendum eſt ⁊c. Et qui-
dem ſecundum predictam aſſignationem. Diuidit
hec pars in duas. In prima oſtendit quorum ſit lib.
arbi. quia dei. angelorum: ⁊ hominum. In ſecunda
quomō in hominibꝰ diuerſimode inuenitur ſm diuer-
ſos ſtatus. ibi. Ex predictis perſpicuum fit ⁊c. Circa
pmū duo facit. Primo īducit obiectionē ꝙ li. ar. nō
ſit ī deo nec in beatis. Scdo determinat veritatē ibi.
Sed ꝙ deꝰ li. ar. ⁊c. Et circa hoc duo facit. Primo
determinat qūtū ptinet ad deū. Scdo qūtū ptinet ad
angelos. ibi. Angeli vero ⁊ ſci ⁊c. Circa pmū duo fa-
cit. Primo oñdit ꝙ lib. ar. eſt in deo. Scdo ꝙ nō eo
dē modo ē in deo ſicut in aliis. ibi. Sz alr accipit ⁊c.
Ex pdictis pſpicuum fit ⁊c. Hec pars diuidit in duas
In pma oñdit qūo ſm diuerſos ſtatus li. ar. creſcit vl'
minuitur in oībus. Et qꝛ hoc ratione diuerſarū liber
tatū cōtingit. iō in ſcda parte diſtinguit libertatē ar.
ibi. Eſt nanq libertas ar. ⁊c. Circa primū tria facit.
Primo oſtendit ex predictis ꝙ libertas ar. qūq ma
ior qūq minor inuenitur. Scdo diſtinguit ſtatꝰ hoīs
ſm quos libertas variat. ibi. Et poſſet notari in ho-
mine ⁊c. Tertio īducit qdam correlarium ex dictis
ibi. Unde manifeſtum eſt ꝙ pꝑter alias ⁊c. Nanq li
bertas ⁊c. Diuidit hec pars in duas. In pma oſten-
dit multiplicē ar. libertatē. In ſcda oñdit q̄ ſit cuiuſ vni-
uſcuiuſq. ibi. Libertas āt a peccato. Prima diuidit
in duas. In pma ponit libertatis diſtinctionē. In ſe
cūda inducit quādā ɔclōnem ex predictis ibi. Ex pre
dictis iam apparet ⁊c. Circa pmū tria facit. Primo
diſtinguit triplicē libertatē ⁊ pſequit de primo mem
bro qd eſt libertas a coactione. Secundo proſequit
de ſecūdo membro qd eſt libertas a peccato: ibi. Eſt
et alia libertas a peccato ⁊c. Tertio proſequitur de
tertio membro: quod eſt libertas a miſeria ibi. Eſt
iterum libertas ⁊c. Circa ſcdm tria facit. Primo oñ-
dit q̄ ſit libertas a peccato. Scdo quorū ſit. ibi. Iſtā
libertatem ⁊c. Tertio mouet qūdam dubitationē. ibi.
Hic queri pōt ⁊c. Et circa hoc duo facit. Prīo mo-
uet dubitationē ⁊ ponit opiniones ad vtrāq partē.
Scdo determinat ſm ſuā opinionē. ibi. Uerum nob
placet ⁊c. Itē circa primū duo facit. Primo mouet q̄
ſtionem de libertate ad malū. Scdo de libertate ad
bonū. ibi. Silr ēt queri ſolet ⁊c. Hic querunt quinq
Primo in quibus inueniat lib. ar. Scdo vtrū li. ar.
ſemp ſit li. ar. a coactiōe: ita ꝙ cogi nō poſſet. Tertio
vtrū ad oia opera hūana li. ar. ſe extendat. Quarto
vtrum li. ar. augeatur vel minuatur. Quinto de diſti
ctione libertatis que in littera tangitur.

Ad primū ſic pꝑceditur. videt ꝙ li. ar. non ſit
a in deo: qꝛ vt in lib. de ſom. ⁊ vigil. dicit phs:
cuiꝰ eſt potētia eius ē actꝰ ⁊ ecōuerſo. ſz actꝰ
li. ar. q eſt eligere deo nō cōuenit cū electio ſequatur
conſiliū: vt in tertio ethi. dicit. Conſiliū aūt inquiſi-
tio quedam eſt cum quodam rōnis diſcurſu: qd deo
non ɔpetit. ergo videt ꝙ in deo nō ſit li. ar. Pre.
in his q̄ ſm naturā ſūt derminata ad vnam partē nō
eſt li. ar. Nō. n. dicimꝰ ꝙ lapis libero arbi. deorſū tē-
dat: ſed deus ex nature ſue conditione ſemp determi
nate bonū vult. ergo videt ꝙ li. ar. careat. Pre.
videt ꝙ nec in aliquibus creaturis ſit: ad libertatē

eni li. ar. pertinet vt aliqs ſit dñs ſui actus. ſed cuiuſ
cunq agentis actus ab aliquo priore agente cauſat
ipſe agens nō eſt dñs ſui actus: cū igit cuiuſlibz crea
ture actꝰ in cām priorē reducatur q̄ eſt ipſe deꝰ q oia
opera noſtra in nobis operat: vt Yſa. xxvi. dicit: vi-
detur ꝙ li. ar. in creatura nulla inueniat. Pre. vi-
detur ꝙ ſaltem in beatis non ſit: quia electio eſt eorū
que ſunt ad finem. ſed veniēte fine ceſſant ea q̄ ſunt
ad finem. cum ergo beati fini vltimo ɔiuncti ſint: vi-
detur ꝙ ad eos nō pertinet electio: ⁊ per ɔñs nec lib.
arbi. Item videtur ꝙ nec in viatoribꝰ ſit: qꝛ electio
eorum que ſunt ad finem ex ratione finis trahitur: ſz
ſicut in tertio ethi. phs dicit: Qualis vnuſqſq eſt ta-
lis etiam finis videtur ei. ſed qualitas alicuiꝰ eſt de-
terminata ex natura. ergo videtur ꝙ electio eorū q̄
ſunt ad finem determinetur alicui ex natura ſua. er-
go videtur ꝙ li. ar. non habeāt hoīes ad eligendū ea
que ad ipſos pertinent. Cōtra. videtur ꝙ etiam
in brutis ſit: quibuſcunq enim eſt voluntarium in ill'
li. ar. eſt. ſed vt in tertio ethi. philoſophus dicit: vo-
luntario ⁊ pueri ⁊ alia aīalia cōmunicant. ergo videt
ꝙ alia aīalia li. ar. habeant. Pre. li. ar. ɔſiſtit ī ſele
ctione ɔuenientiū ⁊ refutatione nociuorū. ſz alia ani
malia fugiūt nociuū: ⁊ pſequitur ɔueniens. ergo vi-
detur ꝙ li. ar. habeant pcipue cū ſpōte illō faciant.
Reſpōdeo dicēdo: ꝙ nihil agit niſi ſz ꝙ eſt ī actu.
⁊ inde eſt ꝙ oz omne agens eſſe determinatū ad alte
ram partem: qd enim ad vtrūlibet eſt equaliter ſe ha
bens eſt quodammodo potentia reſpectu vtriuſq. ⁊
inde eſt vt dicit ɔmentator in. ſcdo phyſi. ꝙ ab eo qd
eſt ad vtrūlibet nihil ſequitur niſi determinet. deter
minatio autem agentis ad aliquam actionem opor-
tet ꝙ ſit ab aliqua cognitiōe preſtituente finē illi acti
oni. ſed cognitio determinans actionem ⁊ preſtituēs
finē in quibuſdā quidē coniuncta ē. ſicut hō finē ſue
actionis ſibi preſtituit. In quibuſdā vero ſeparata ē:
ſicut in his que agunt per naturam. rerum eni natu-
ralium actiones non ſunt fruſtra: vt in ſcdo phyſicorū
pꝓbatur. ſed ad certos fines ordinate ab intellectu na
turam inſtituente vt ſic totū opus nature ſit quodam
modo opꝰ intelligentie: vt philoſophꝰ dicit. ſic ergo
patet ꝙ hec eſt differentia in agentibus: quia quidā
determinat ſibi finem ⁊ actum in finem illum: quidā
vero non: nec aliquod agens finem ſibi preſtituere
pōt: niſi rationem finis cognoſcat ⁊ ordinem eius: qd
eſt ad finem ipm qd ſolum in habentibus intellectū
eſt. Et inde eſt ꝙ iudicium de actione pꝓpria eſt ſolū
in habentibꝰ intellectum: quaſi in poteſtate eorū cō-
ſtitutum ſit eligere hanc actionem vel illam. vnde ⁊
dominium ſui actꝰ habere dicuntur. ⁊ pꝑter hoc ī ſo
lis intellectum habentibꝰ li. ar. inuenitur: non autem
in illis quorum actiones non determinant ab ipſis
agentibꝰ: ſed a quibuſdam aliis cauſis prioribus.
Ad primū ergo dōm: ꝙ ea que dicuntur de deo ⁊
creaturis: vt in primo lib. dictum eſt ſemper eminē-
tius in ipſo inueniuntur. ⁊ ideo electio ſaluatur ī deo
hoc modo ꝙ abiciat id qd īperfectōis eſt: retento eo
qd ad pfectionē ptinet. ꝙ. n. poſt inqſitionē ɔſilii ele
ctio fiat: hoc īperfectōis eſt ⁊ accidit li. ar. put ē ī na-
tura ignorāte. vñ ſm hoc ī deo nō ſaluat: ſed qūtū ad
hoc ꝙ determinatio ſui actus non eſt ſibi ab alio ſed
a ſeipſo: vnde ipſe veriſſime ſui operis dominus eſt.
⁊ pꝑter hoc etiā in lrā dicit: ꝙ li. ar. alr ī deo qz ī aliis
inuenit. Ad ſcdm dōm: ꝙ ad rationem li. ar. nō p-
tinet vt īdeterminate ſe habeat ad bonum vel ad ma

luni:q: li.ar. per ſe in bonum ordinatum eſt:cum bo
num ſit obiectū voluntatis:nec in malum tendat:niſi
propter aliquē defectum:quia apprehendit vt bo-
num:cū nō ſit volūtas aut electio:niſi boni aut appa-
rentis boni:⁊ iō vbi perfectiſſimū eſt li.ar. ibi in ma-
lū tendere n̄ pōt:q: imperfectū eſſe non poteſt:ſꝫ hoc
ad libertatem ar. pertinet vt actionē aliquam facere
vel nō facere poſſit:⁊ hoc deo ↄuenit.bona enim que
facit pōt non facere:nec tamē malum facere poteſt.
℄ Ad tertiū dōm:ꝙ deꝰ operat̄ in omnibꝰ :ita tamē
ꝙ in vnoquoqꝫ ſm̄ eiꝰ cōditionem:vnde in rebus na
turalibꝰ operat̄ ſicut miniſtrans virtutē agendi:⁊ ſi-
cut determinans naturā ad talem actionē. In libero
aūt ar. hoc modo agit vt virtutē agendi ſibi miniſtret
⁊ ipſo operante li.ar. agāt. ſꝫ tamen determinatio ac-
tionis ⁊ finis in poteſtate lib.arb. conſtituit̄. vnde re
manet ſibi dn̄ium ſui actus:ſꝫ non ita ſicut primo agē
ti. ℄ Ad quartū dōm:ꝙ illō qō eſt ad finem eſt du-
plex. quoddam enim eſt diſtans a fine:⁊ quoddam ē
coniunctū fini: vt patet in generatione naturali. Im-
perfectus enim calor qui ē diſpoſitio ad formā ignis
dum eſt in alteratione precedente non coniungitur
ipſi fini:ſed caliditas vltima que eſt in termino alte
rationis coniungitur forme ſubſtantiali nec excludi-
tur per eam:ita dico ꝙ quedam ordinata ſunt ad fi-
nem vltimum beatitudinis que ipſi fini coniunguntur:
vt videre:amare:⁊ huiuſmodi: ⁊ reſpectu horū erit
ſempiterna ⁊ libera electio:non autem imperfectorū
que a fine diſtant. vt fides:ſpes:⁊ huiuſmodi.
℄ Ad quintum dōm:ꝙ qualitas alicuiꝰ eſt duplex.
quedam ex habitu:⁊ quedam ex naturali complexio
ne. ⁊ ſm̄ illam que eſt ex habitu videt̄ alicui finis ta-
lis qualis eſt ipſe: verbi grā. ei qui habet habitū lu-
xurie videt̄ optimū delectabile venereum qō eſt ſm̄
ſilitudinē ſui actus. ſed eius ꝙ eſt tales eſſe vel nō ta
les eſt in poteſtate noſtra: quia vel opera cauſant ha
bitum:ſicut in acqſitis: vel ſaltē ſūt diſpōnes ad hitū
ſicut i infuſis. qualitas aūt que ē ex naturali ↄplexiōe
nō eſt ad hoc ꝙ faciat finem videri huiuſmodi:ſed ſi
cut ē diſpō ad illud:ſicut pꝫ in illis qui ex naturali cō
plexione ad luxuriam proni ſūt:ꝙ non omnes delec-
tabile venereū pſequuntur:ſꝫ eos ad hoc quodāmo
do naturalis complexio inclinet. ℄ Ad ſextum dōm
ꝙ phs accipit voluntariū large:non ſm̄ ꝙ dicit̄ a vo
luntate:ſed ſm̄ ꝙ diuiditur contra violentum. vnde
cum violentum ſit cuius principium eſt extra volun-
tarium erit cuius principium eſt intra:⁊ inde ē ꝙ ani
malia que mouentur ex ſeipſis motus volūtarios ha
bere dicuntur:nec tamen electionem habent aut vo-
luntatem:ſicut phs ibidem oſtendit: vn̄ nec li.ar.
℄ Ad ſeptimū dōm:ꝙ aīalia nō apprehēdunt rōnē
ↄuenientis per collationē ſed p quendā naturalē inſti-
ctum. ⁊ iō aīalia hn̄t eſtimationē:ſꝫ nō cognitionem:
ſicut ēt hꝫ memoriā:ſed nō reminiſcentiā:q̄ꝛ huis oīa h̄
partis ſenſitiue ſint. ⁊ iō ex determinatōe nature actꝰ
ſuos exercēt:nō aūt ex ꝓpria determinatōe agentis.
vn̄ oīa eiuſdē ſpēi ſiles opatōes faciūt:ſicut oīs ara-
nea ſilem facit telā:qō nō eēt niſi ex ſeipſis q̄ſi p artē
operantes ſua opera diſponerent ⁊ ꝓpter hoc in eis
non eſt lib.arbi.

D ſcōm ſic pcedit̄. videt̄ ꝙ li.ar. cogi poſſit.
a Quod enī imutat̄ ab aliquo agēte cogit̄ ab il-
lo. ſed vt dicit glo. ad Ro. Deꝰ pōt imutare
voluntatē hoīum in qōcunqꝫ voluerit. ergo videt̄ ꝙ
voluntas a deo cogi poſſit:⁊ ita li.ar. ℄ Pre. omne
agens quod nō poteſt alr̄ operari q̄ꝫ ab altero ſibi de
terminat̄ cogit̄ ab illo:ſed li.arbi. nō poteſt alr̄ opera
ri q̄ꝫ deꝰ preſciuit vel predeſtinauit. ergo videt̄ ꝙ li.
arbi. a deo cogat̄. ℄ Pre. virtꝰ ſuperior poteſt coge
re inferiorem:ſed in ordine vniuerſi quedam virtu-
tes ſunt ſuperiores q̄ꝫ li.ar. ergo ipſum cogere pn̄t.
℄ Pre. intellectus eſt altior potentia q̄ꝫ volūtas. ſꝫ
intellectꝰ cogit̄ in demonſtrationibꝰ: vt ex quinto me
thaphyſice apparet. ergo videt̄ ꝙ etiam voluntas ⁊
lib.ar. cogi poſſint. ℄ Pre. motꝰ inferiores regulan-
tur ſm̄ motꝰ ſuperiores:quia omne quod nō vnifor-
miter ſe habꝫ regulat̄ per aliquid vniformiter ſe ha-
bens. ſed motꝰ lib.arbi. maxime difformiter ſe hꝫ. er-
go videt̄ ꝙ indigeant regulari per actiones vnifor-
miter ſe habentes. huiuſmodi aūt inuariabilia nō ſūt
niſi motꝰ celi. ergo per motꝰ ſyderum regulant̄ opera
lib.ar. ⁊ per eorum pōnem cogi poſſunt:quod pꝫ ex h̄
ꝙ aſtrologi per curſum ſyderum aliqua de operatio-
nibꝰ libero arbitrio ſubiectis prenunciant. ℄ Pre.
omne quod vincit̄ ab aliquo cogit̄ ab illo:ſed in con-
tinentes qui ducunt̄ paſſionibꝰ vincunt̄: vt ex ſepti-
mo ethicorum pꝫ. ergo videt̄ ꝙ lib.ar. cogi poſſit.
℄ Pre. difficiliꝰ eſt aliquem priuare oīo ſuo actu:q̄ꝫ
ſuum actum imutare. ſed vſus lib.arbi. poteſt per vi-
olentiam impediri: vt in freneticis pꝫ. ergo etiam vi
detur ꝙ per violentiā cogi poſſit ad aliquid agendū
℄ Contra. vt dicit Augu. contra Iuliā in lib. de ci.
dei. Qō eſt neceſſariū nō eſt volūtarium. ſed lib.ar. i
rōne ſua voluntarium habꝫ:cum ſit facultas rationis
⁊ volūntatis. ergo videtur ꝙ nō poſſit per neceſſi-
tatem cogi. ℄ Pre. quicquid cogit̄ nōn habꝫ domi-
nium ſui actꝰ. ſed ex hoc li.ar. in nobis dicit̄:ꝙ domi
ni ſumus noſtrorum actuum. ergo videt̄ ꝙ hoc ſit cō
tra rōnem li.ar. ꝙ cogat̄. ℄ Reſpondeo dicēdo: ꝙ
eſt duplex coactio quedā ſufficiens que compulſio
vocatur. quedam vero inſufficiēs que vocat̄ impul-
ſio. Sciendum eſt igit̄ ꝙ in partibꝰ anime quedā
ſunt que compelli poſſunt. ſed hoc dupliciter. quedā
enim compellentur ex ſubiecto:ſicut ille vires q̄ ſunt
organis affixe:cum enim ſine organis operationes
habere non poſſint compulſis organis ipſe virtutes
prohibentur ⁊ compelluntur earum actibus violen-
ter extortis. quedam vero ſunt que quidem ſubiecto
non compelluntur q: organis affixe ſunt:compellun
tur tamen obiecto:ſicut intellectus ipſe enim non eſt
actus alicuius partis corporis: vt philoſophus di-
cit in tertio de anima:⁊ tamen demonſtratiōis vi co
gitur. voluntas autem neqꝫ ſubiecto cogi poteſt cum
non ſit organo affixa neqꝫ obiecto:q̄ꝫtumcunqꝫ enī ali
quid oſtendatur eſſe bonū in poteſtate eius remanet
eligere illud vel non eligere. Cuius rō eſt. q: obiectū
itell'ſ ē vex͂ obꝫ aūt voluntatis eſt bonū. Inuenit̄ aūt
aliqō vex͂ i quo nulla falſitatis apparētia admiſceri
poteſt. vt patet in dignitatibus. vnde intellectus nō
poteſt ſubterfugere quin illis aſſentiat. Silr̄ etiam i-
uenitur aliquod falſum:quod nullam veri apparen-
tiam habet: vt patet in oppoſitis dignitatum. vnde
illi nullatenus intellectus aſſentire poteſt. Simili-
ter etiam ſi ponatur voluntati aliquod bonum quod
completam boni rationem habeat: vt vltimus finis
ꝓpter quem omnia appetuntur nō poteſt voluntas
h̄ non velle. vnde nullus non poteſt non velle eē fe-
lix aut velle eſſe miſer. In his autem que ad finem
vltimum ordinantur nihil inuenitur adeo malum:
quin aliquod bonum admixtum habeat nec aliquod

odio bonum quod in omnibus ſufficiat. vñ quãtuncunqꝫ oſtendatur bonum vel malum: ſemper poteſt adherere ⁊ fugere in contrarium ratione alteriuſ qꝺ in ipſo eſt: ex quo accipitur ſi malum eſt ſimpliciter: vt apparens bonum. ⁊ ſi bonum eſſet ſimplr vt apparens malũ. ⁊ inde eſt ꝙ in omnibus que ſub electiõe cadunt voluntas libera manet in hoc ſolo determinationẽ habens ꝙ felicitatem naturalr appetit ⁊ nõ determinate in hoc vel illo: q̃uis autem cogi non poſſit: nihilominus tñ põt inclinari ad agendum aliqd per aliquas diſpõnes ⁊ habit⁹ ex quibus ꝓnior efficitur ad eligendũ alterã partẽ. ¶ Ad primũ ergo dõꝫ: ꝙ de⁹ operatur in voluntate ⁊ in lib. ar. ſm eius exigentiam. vnde etiam ſi voluntatem hominis in aliꝺ mutet nihilominus tamen hoc ſua oĩpotentia facit vt illud in quod mutatur voluntarie velit: ⁊ ita coactionis ratio tollitur: alr̃s eſſet contradictionis implicatõ ſi diceretur nolle illud in qꝺ mutatur ⁊ cogi ad illud q꞉ neceſſitas coactionis voluntati contraria eſt: vt i quinto methaphyſice phs dicit. ¶ Ad ſcõm dõꝫ: ꝙ diuina preſcientia neceſſitatẽ lib. ar. non imponit: q̃uis hoc qꝺ preſcitũ eſt ĩpoſſibile ſit non euenire: ⁊ ſꝫ qũo eſſe poſſit in primo lib. oſtenſum eſt. ¶ Ad tertium dõm: ꝙ ad actum li. ar. nulla virtus eſt eo ſuperior: niſi deus: q̃uis forte aliqua alia virt⁹ creata ſimpliciter potentior ſit. vnde nulla virtus cãta li. arbi. cogere nec immutare poteſt. de⁹ aũt põt quideꝫ immutare: ſed nõ cogere eo modo quo dicitur nõ poſſe facere vt duo contradictoria ſint ſimul. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ q̃uis intellectus ſit ſuperior virtus q̃ voluntas ratione ordinis: q꞉ prior eſt ⁊ a voluntate preſuponitur: tamen voluntas etiam quodãmodo ſuperior eſt ſm ꝙ imperium habet ſuper omnes anime vires ꝓpter hoc ꝙ eius obiectum eſt finis. vnde cõuenientiſſime in ipſa ſũmum libertatis inuenitur. Liber enim dicitur qui cauſa ſui eſt: vt in pͥmo methaphyſice dicitur. ¶ Ad quintum dõm: ꝙ motus celeſtis ſe habet ad li. ar. ſicut inclinans ad aliquid agẽdum inquantum ex impreſſione corporis celeſtis relinquitur aliqua diſpoſitio in corpore ſm quã anima efficitur ꝓna ad hanc actionem vel illam ſicut ex naturali complexione quidam ſunt magis ꝓni ad vnũ vicium q̃ alii: ⁊ hoc modo poſſunt aſtrologi prenunciare aliquid ex his que ex li. ar. dependent cõiecturaliter ⁊ non per certitudinem ſcientie: q꞉ virtutem coactam ſufficienter ſuper li. ar. non habent corpora celeſtia. Unde etiaꝫ Ptolemeus dicit: ꝙ homo ſapiens dominatur aſtris: q꞉ per ſapientiaꝫ ſuã poteſt vitare ea ad que aſtra diſponunt. Auicenna tamen videtur velle: vt ſupra dictum eſt: ꝙ motus voluntatis reducantur: ſicut in regulans in animas corporuꝫ celeſtium: q꞉ ponit ꝙ anime inferiores ſunt ex animab⁹ ſuperioribus. vnde non eſt mirum ſi impreſſioneꝫ habet anima ſuperior in aĩam inferiorem: ſed ſm fideꝫ catholicaꝫ hoc ſtare nõ põt que ponit aĩas imediate a deo creari. vnde ipſe ſolus in volũtate operari poteſt ⁊ in ipſam imprimere. ⁊ ideo diuerſitates humane voluntatis in vniformitatem voluntatis diuine reducuntur: ſicut in primam regulam. ¶ Ad ſextũ dõꝫ ꝙ incontinens dicitur vinci a paſſionibus non quaſi cogentibus: ſed vehementer inclinantibus ad aliqd agendum. ¶ Ad ſeptimum dõm: ꝙ vſus lib. ar. non impeditur per ſe ſed per accidens: inquantum. ſ. ad vſum li. ar. requiritur vſus rationis: ⁊ ad vſum rationis requiritur vſus imaginatiue virtutis qui per leſionem organi impeditur.

a Ad tertium ſic ꝓceditur. videt̃ ꝙ li. ar. nõ ſe extendat ad omnia opera humana. Li. n. ar. cogi nõ põt vt dictum eſt: ſed quedam opera humana cogi poſſunt. impeditur. n. homo a motu ꝑ violentiam. ergo non omnia opera humana ſunt lib. ar. ¶ Pre. in primo ethi. dicit̃ ꝙ q̃dam opera humana ſunt fines: electio aũt nõ eſt finis: vt i tertio ethi. dicit̃. cũ igitur eligere ſit actus liberi arbitrii: videt̃ ꝙ li. ar. non ſit oĩum humanorum actuum. ¶ Preterea. omnes actus li. ar. ſunt in poteſtate noſtra: ſed qdam actus ſunt in nobis non in poteſtate noſtra exiſtentes: ſicut actus generatiue: nutritiue: ⁊ augmentatiue. ergo non omnes actus noſtri ſunt lib. arbi. ¶ Pre. potentia determinata eſt ad determinatos actus. ſi igitur li. ar. eſſet omnium humanorũ actuuꝫ non eſſet determinata ſed vl'is potentia: quod ſupra falſum eſſe dictum eſt. ¶ Pre. illud quod eſt preter voluntatem eſt etiam p̃ter li. ar. cum li. ar. ſit facl'tas voluntatis ⁊ rationis: vt ſupra dictum eſt. Sed vt Dioniſius dicit quarto cap. de diui. no. malum ẽ preter voluntatem. ergo li. ar. hominum ad mala opera non ſe extendit. ¶ Sed ↄtrarium eſt qꝺ Damaſcenus dicit in ſcðo lib. ꝙ homo libero arb. inq̃rit: eligit: impetũ facit ad opus: ⁊ ſic de aliis. ergo videtur ꝙ ad ipm̃ ꝑtineant omnes actus humani. ¶ Preterea: vt ſ dictũ eſt li. ar. ẽ volũtas: ſed oẽs act⁹ humani ſũt volũtarii. ergo ſũt ẽt li. ar. ¶ Reſpõdeo dõ. ꝙ actus alicuius potẽtie vel habit⁹ põt eſſe duplr. vl' q꞉ elicit ipm̃: vl' q꞉ imperat eũ. Ille ãt actus ꝓprie a potentia elici dicitur: qui imediate ab ipſa potentia ꝓcedit: ſicut ab intellectu intelligere: ⁊ hoc modo non oẽs actus humani ſunt li. ar. ſed ꝓprius actus eius eſt eligere: vt ſupra dictum eſt. ſed per imperium voluntatis ⁊ li. ar. mouentur ẽt alie potẽtie in ſuos act⁹ vnde virtus appetitiua dicitur mouens: q꞉ imperat motum: ⁊ virtus motiua affixa muſculis ⁊ neruis exequitur. ⁊ per modum iſtum omnes actus hũani ſũt li. ar. quaſi ab ipſo imperati. ¶ Ad primũ ergo dõm: ꝙ li. ar. nõ poteſt cogi in ſuo actu proprio q eſt eligere: ſed tñ põt cogi in aliq̃bus actibus imꝑatis ab ipſo ꝓpter coactionem virtutũ exequentiũ. ¶ Ad ſcðꝫ dicendũ: ꝙ illꝺ qꝺ eſt finis reſpectu quorundam põt eẽ etiam ordinatum ad vlteriorẽ finem niſi ſit vltim⁹ finis. nulla aũt oꝑatio humana eſt finis vltim⁹: niſi per accidens: inq̃ntũ. ſ. fini vltimo cõiungit. ⁊ iꝺ oĩum operationũ humanarũ põt eſſe electio nõ q̃daꝫ inquantũ eſt finis ſed inquantũ ſunt ad fineꝫ: q̃uis enim vincere ſit finis militaris potentie: ordinat̃ tñ ad vlteriorem finem. vnde ſub electione cadere poteſt. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ homo ex hoc dicit̃ homo ꝙ rationem habet: vnde illi tñ actus dicunt̃ actus humani qui ſunt virium rationalium: vel ꝑ eſſentiam: vel per participationem: ſicut actus concupiſcibilis ⁊ irraſcibilis. virtutes autem nutritiue partis nullo modo rationem participant: vt i primo ethicorum dicitur. vnde earum actus operationes humane non dicuntur. ¶ Ad quartum dicendũ: ꝙ ratio illa ſequeret̃ ſi omnia opera humana eſſent li. ar. quaſi elicita ab ipſo qꝺ nõ eſt verũ vt dictum ẽ. vnde nõ ſeq̃tur ꝙ ſit vl'is potẽtia. ¶ Ad quintũ dõꝫ ꝙ malũ in eo ꝙ malũ eſt preter voluntatẽ eſt. ſꝫ operatio humana inq̃ntum apparet bona ſub voluntate cadere poteſt. ⁊ ita poteſt eſſe eius electio ⁊ libero arbitrio ſubiacere.

A𝔇 quartū ſic ꝓcedit. videt ꝙ libertas arbi-
a trii nō augeatur neqꝫ minuatur. Illud enim
qḋ pertinet ad ratiōnē potētie nō variatur ꝑ
actus vel habitus cū priora a poſterioribus nō vari
entur:ſed eis ſubiaceant. ſed libertas pertinet ad ra
tionē potentie que li. ar. dicitur. ergo nō pōt ꝑ actus
vel hitus virtutis aut vicii augeri ⁊ minui. ¶ Pꝛe.
illud qḋ ſequitur naturā aliquā equaliter inuenitur i
omnibus habentibus naturā illam:ſed li. ar. conſeq-
tur naturā intellectiuā: vt dictū eſt. ergo in eis nō au
getur nec minuitur. ¶ Pꝛe. li. ar. dicitur ex eo ꝙ co
gi nō poteſt:ſed negationes nō recipiunt magis ⁊ mi
nus in diuerſis:nec in eodem ſm diuerſos ſtatus.
¶ Pꝛe. illud qḋ eſt fortius nō vincitur nec in ſerui
tutem deducitur ab eo quod eſt debilius. ſed lib. ar.
eſt fortius ꝙ̄ ſint paſſiōes peccati:q: eis reſiſtere pt
⁊ ſibi ſubiugare. ergo videtur ꝙ non minuatur li. ar.
per ſeruitutem peccati. ¶ Pꝛe. in illud qḋ quilibet
per ſe pōt vnus nō eſt altero liberioꝛ:ſed in malum
quilibet per ſe poteſt ⁊ in gratia ⁊ ſine gratia. ergo vi
detur ꝙ li. ar. alicuius non ſit liberius ad malū ꝙ̄ al
terius:⁊ ita videt ꝙ li. ar. non augeatur vel minua
tur. ¶ Sed ꝯtra eſt qḋ dicitur ad Ro. vii. nō ꝙ vo-
lo bonū h ago. h autem perſona hominis damnati di
citur vt vna glo. exponit:cum ergo in ſtatu innocen-
tie nihil ad bonum impediret. videtur ꝙ lib. ar. au-
geatur ⁊ minuatur. ¶ Pꝛe. non redimitur niſi quod
in ſeruitutem ſuit. ſed per ſanguinē chriſti de pecca-
to redempti ſumus: vt prima Petri. i. dicitur. ergo
per peccatū in ſeruitutē trahimur:⁊ ita libertas mi-
nuitur. ¶ Reſpōdeo dō. ꝙ li. ar. dicitur ex eo ꝙ co-
gi no pōt:coactio aūt vt pꝛiꝰ dictū ē:eſt duplex. vna
ꝯpellens ⁊ alia inducens vel impellens. h autē eſt
naturale ⁊ eēntiale li. ar. vt ſufficienter nō cogat coa
ctione compellente:⁊ h ſequitur ipſum in quolibꝫ ſta
tu. vnde nō augēt talis libertas nec diminuitur per
ſe:ſed per accidens tm̄. Omnis enim ꝓprietas que
conſeqtur naturam aliquā ꝙ̄to natura illa nobilius
inuenitur in aliquo:tanto etiam ꝓprietas illa perfe-
ctius participatur ab eo ſm quē modum homo dicit
minus intelligens ꝙ̄ angelus:⁊ ita etiā libertas a ne
ceſſaria coactione nobiliꝰ inuenitur in deo ꝙ̄ in ange
lo:⁊ in vno angelo ꝙ̄ in alio:⁊ in angelo ꝙ̄ in homi-
ne. Libertas aūt illa q̄ ē ab impellētibus ⁊ diſponen
tibus in vnā partē augēt ⁊ minuit:⁊ acqritur ⁊ amit
titur ſm ꝙ illa diſponētia augētur ⁊ minuuntur ⁊ acq
runt ⁊ amittunt. vn̄ libertas talis per ſe etiā augēt
⁊ minuit in hoīe ſm diuerſos ſtatus. ¶ Ad pꝛimum
ergo dicendum:ꝙ libertas a neceſſitate eſt que con
ſequit naturā potentie. ⁊ ideo ꝑ actū ⁊ habitum non
variat:ſꝫ libertas a diſponētibus ſequit habitū ⁊ ac
tū. ⁊ ideo ſm diuerſitatem actuū ⁊ hituū variatur.
¶ Ad ſcōm dō:ꝙ in qbus inuenit natura vna equa
liter inuenitur ēt equaliter illud qḋ ꝯſequit naturā
illā:ſed natura intellectiua nō inuenit equalr̄ in deo
angelo ⁊ hoīe. vn̄ nec etiā libertas a coactiōe equa-
liter in oībus eſt. ¶ Ad tertiū dō:ꝙ ꝙ̄uis negatio ꝑ
ſe non recipiat magis ac minus tm̄ per accidens iten
dit ⁊ remittit. ſ. per intenſionē ⁊ remiſſionem ſue cāe
ſicut dnr maioꝛes tenebꝛe quanto eſt maius obſtacu
lum lucis: vnde etiam ſm ꝙ cauſa libertatis que eſt
natura intellectiua inuenitur nobilioꝛ ⁊ minus nobi
lis ſm h etiam ipſa libertas intenditur quodāmodo
⁊ remittit. ¶ Ad quartū dōm ꝙ li. ar. nunꝙ̄ ita vin
citur aut ſeruituti ſubiugatur paſſiōibꝰ peccati vt ad
peccandū cōpellatur:q: iam ſibi in peccatū nō impu
taret:ſed dicit eē ſubiectū pctō inꝙ̄tū ex pctō incli-
natur ad peccādū:ſicut a diſponēte:nō ſicut a cōpel-
lente. ¶ Ad quintū dōm:ꝙ ꝙ̄uis quilibet per ſe poſ
ſit in malū:nō tm̄ pōt qlibet eodē modo malū facere:
ſicut ille q hꝫ habitū malicie. vniciuqꝫ. n. habēti ha-
bitū eſt delectabilis operatio que eſt ſm habitū illum
⁊ iō illi qui habēt habitꝰ coꝛruptos opa abhominabi-
lia delectabiliter ⁊ ſine abhoiatione exercēt. ⁊ iō libe
re illud facere dicunt inꝙ̄tū per habitū coꝛruptū re-
pꝛimit ꝯtradictio rōnis rōne obtenebꝛata:qḋ nō pōt
eē in illis qui rōlibus habitibꝰ carēt. ⁊ iō dicit phs in
quinto ethi. ꝙ iuſtus nō pōt ſtati facere opera iniuſti
ie:ſicut iniuſtus facit.

A𝔇 quintū ſic ꝓcedit. videt ꝙ incōuenienter
a diſtinguit li. ar. tripl̄r:ſm eni diuerſos ſtatꝰ
libertas ar. variatur. ſtatus āt hoīs quatuoꝛ
in littera aſſignant:ergo ⁊ quatuoꝛ libertates ar. di-
ſtingui debēt. ¶ Pꝛe. plus differt pctū a iuſtitia ꝙ̄
peccatū a miſeria:cū pma ſe habeant vt oppoſita. ſe
cūda vt cā ⁊ effectus. ſi ergo aſſignat alia libertas a
pctō ⁊ a miſeria:multo fortiꝰ debet aſſignari: vt eēt
alia libertas a pctō ⁊ iuſtitia. ¶ Pꝛe. Anſel. dicit:ꝙ
poſſe peccare neqꝫ eſt libertas neqꝫ pars libertatis.
ſed libertas a iuſtitia eſt ſm h ꝙ eſt poſſe peccare. ḡ
videt ꝙ incōuenienter libertatē talem aſſignet.
¶ Pꝛe. ſicut differt peccatū ⁊ iuſtitia:ſic differt glo
ria ⁊ miſeria. ſi ergo ꝯtra libertatē a pctō ponit liber-
tatē a iuſtitia: videt ꝙ etiā ꝯtra libertatē a miſeria de
beret ponere libertatē a glīa. ¶ Pꝛe. neceſſitas q̄dā
miſeria eſt:ſed ps nō debꝫ diuidi ꝯtra totū. ergo icon
uenienter libertatem a neceſſitate diuidit ꝯ libertatē
a miſeria. ¶ Pꝛe. Ber. diſtinguit triplicē libertatē
. ſ. libertatē ar. libertatē ꝯſilii ⁊ cōplaciti:cū igit hoꝝ
magiſter mentionē nō faciat; videt inſufficiens in li
bertatis diſtictione. ¶ Reſpondeo dō:ꝙ libertas in
ſui rōne negationē coactionis includit ois aūt pꝛiua
tio diſtinguit ſm ea que pꝛiuant. vn̄ ſm ea q̄ cogere
poſſūt vel impedire:oꝫ libertatis diſtinctionē ſumi:
vt aūt pꝛiꝰ dictū eſt:duplex eſt coactio q̄dā perfecta
q̄ quidē ſimpl̄r coactio dici pōt. ⁊ q̄dā que eſt imper
fecta q̄ potiꝰ impulſio ꝙ̄ coactio dr̄. Si ergo ꝯſidere
tur libertas ſm ꝙ remouet ꝑfecta coactio. ſic erit li-
bertas a coactōe ⁊ neceſſitate q̄ quidē per ſe ⁊ ſemꝑ
li. ar. ſequit. vnde in littera dicit:ꝙ in omnibꝰ inueni
tur ſine qua pctū iputari nō poſſꝫ. Si aūt dicatur li
bertas ꝑ remotionē ipellētis ſeu ipedientis h ē duplr̄:
q: hoc qḋ ipellit li. ar. aut ipedit ⁊ facit h ꝑ ſe:ſicut ha
bitꝰ ⁊ diſpōnes que ſūt i ipa aīa:⁊ ſic ē libertas a pec-
cato. vel ꝑ accidēs ſicut impotētie ⁊ penalitates que
ſūt ex pte coꝛpoꝛis vſꝫ li. ar. ipedientes:⁊ ſic ē libertas
a miſeria. ¶ Ad pꝛimū ḡ dōm:ꝙ libertates nō diſti-
guunt ſm diuerſos ſtatꝰ hoīs:cū vna libertas in di-
uerſis ſtatibus ꝑticipet. libertas. n. a neceſſitate om-
nibꝰ ſtatibꝰ cōis eſt. Libertas aūt a pctō ē tribus ſta-
tibꝰ cōis. ſ. pmo ſtatui inocētie ⁊ tertio q ē pꝰ reparati
onē grē. ergo ⁊ q̄rto q ē in glīa:tm̄ ſm magis ⁊ minus
ſicut in lr̄a deſignat. libertas aūt a miſeria duobꝰ ſta-
tibꝰ cōis. ſ. ſtatui innocētie ⁊ ſtatui glīe. ¶ Ad ſcōm
dōm:ꝙ li. ar. ꝙ̄uis poſſit in bonū ⁊ in malū:tm̄ per ſe
in bonū oꝛdinatū ē. ⁊ iō illḋ qḋ ipedit ipm a bono ſim
pliciter ipeditiuū ipſiꝰ ē ⁊ coꝛruptiuū. ⁊ ꝓpter hoc li-
bertas ab eo ꝙ ipedit a bono ſimpl̄r libertas dr̄:que
eſt libertas a peccato:qḋ aūt ipedit illḋ a malo ꝙ coꝛ
ruptio eiꝰ eſt:nō eſt impeditiuū eiꝰ niſi ſm qd:ſicut ⁊

tuz corrūpit ignorantia in hoie dr̄ corruptio ſm qd.
h autem quod a peccato impedit eſt iuſtitie rectitu-
do i rōne exñs:⁊ inde ē q̄ libertas a iuſtitia ñ ē liber
tas ſimpliciter:ſed ſm qd. Et ideo inter ꝑncipales
ꝑtes libertatis aſſignari non dꝫ:ſed tñ reducit̄ ad il-
lam libertatem que eſt a peccato ꝑꝑ ſimilitudinem ī
mō:ſicut enim peccatū ꝑ ſe īpedit a bono ꝑ modū hi
tus:⁊ diſpoſitionis:ita etiam iuſtitia īpedit a malo.
¶ Ad tertiū dō:q̄ nō ē ſimpliciter vt dictū eſt liber-
tas a iuſtitia:ſed ſm quid:ꝑꝑ h etiā nō cōputat̄ inter
ꝑtes principales ſed quaſi ꝑ ꝯñs reducit̄ ad alteraꝫ
libertatū vt dictū ē. ¶ Ad quartū dō:q̄ de rōne bea
titudinis:⁊ glorie eſt vt aliqs oia hēat que vult:⁊ ni
hil mali velit: vt dicit Aug.⁊ ideo glīa i nullo īpedit
vſum li. ar.⁊ ꝑꝑ h non aſſignat̄ aliqua libertas a glīa
nulla eni volūtas miſeriā querit:⁊ gloriā fugit cū oēs
naturaliter beati eſſe velint. ¶ Ad quintū dō:q̄ co
actionē illā que ꝑ libertatē neceſſitatis excludit̄ miſe
ria nō icludit eo q̄ nūqꝫ ad tantā miſeriā deuenit̄ vt
li. ar. cogi poſſit.⁊ iō nō ē incōueniēs:ſi libertas a ne
ceſſitate ꝯ libertatē a miſeria diſtinguat̄. ¶ Ad ſex-
tum dō:q̄ magiſter vt ex dictis pꝫ diſtinguit li. ar. ſꝫ
ea a qbus eſt libertas:⁊ hec eſt per ſe diuiſio eius vt
dictū ē. Bernardus āt diſtinguit libertatē ſm termi
nū ad quem:⁊ h eſt illud qd ſub electiōe cadit:cum
igit̄ nihil cadit ſub electōe niſi ſm q̄ hꝫ aliqꝫ rōnē bo
ni ſm diuerſos gradus bonitatis l hūanis actibus di
uerſas libertates diſtinguit̄ ē eni aliqd in hūanis ac
tibus q̄ ē licitū:q2 nulla lege ꝓhibet̄:⁊ reſpectu huiuſ
modi dicit libertatē arbitrij:q2 in iuditio nr̄o cōſiſtit
vtrum h ſequamur vel nō: vlterius eſt aliquid qd ñ
tñ eſt licitum:ſed etiam vtile eſt:q2 omnia licent:ſꝫ
nō oia expediunt vt apoſtolus ait:⁊ ſm. h aſſignat
libertatem conſilij:q2 conſilium ē de meliori bono qd
eſt expediēs ad ſalutē:eſt ēt aliqd qd delectat:⁊ re-
ſpectu huiuſmodi aſſignat libertatē cōplaciti. vnde
dicit q̄ libertas ar. diſcernere hꝫ qd liceat:libertas
aūt ꝯſilii probare qd expediat:libertas aūt cōplaciti
experiri qd libeat. Quod ꝑhi diffinientes dixerunt
⁊c. Sciendum q̄ illa non eſt vera diffinitio:ſed que
dā notificatio. vñ large diffinitionē ſumit:differt āt
a ꝑdicta ſuperius aſſignata:q2 illa data ē ſm h ad
quod eſt li. ar. q2. ſ. in bonum ⁊ malū:h aūt dat̄ ſm li-
bertatis cām. vñ cū dr̄ liberum de voluntate ⁊c. h ꝑ
poſitio de libertatis cām notat:q2 volūtas vt prius
dictū eſt totius libertatis finis eſt. Et q2 ſm predictā
aſſignationem ⁊c. non ſm illam ꝑhoꝝ quam ponunt
ſm ſuam expoſitionem quam addidit dicens q̄ libe
ra eſt ad vtrūlibet ⁊c. Et ſm illā quam ſupra ex ver
bis Aug. accepit. Non poteſt non peccare ante repa
tionez ⁊c. Intelligendū quantū ad preſens pertinet
quia de hoc infra quare non peccare i. non in pecca
to eſſe:ſicut etiam videre dupliciter ſumitur pro ha
bere viſum:⁊ pro vti viſu. Corrupta eſt ergo ⁊c.
Corruptam dicit propter libertatem a neceſſitate
que naturalis eſt:ſicut etiaꝫ alia bona naturalia per
peccatuꝫ corrumpūtur licet ſemper maneant:perdi
tam vero oſtendit propter libertateꝫ a peccato quē
quidem ex toto adueniente peccato tollitur ſicut:et
alia innocentie ⁊ gratie bona. h queri poteſt:⁊ vtruꝫ
libertas ⁊c. Sciendum eſt q̄ ſi libertas dicat facul-
tatem ipſius potentie:ſic eadem eſt libertas arbitrij
⁊ a peccato ⁊ a iuſtitia que quidem per illa:ſicut per
quoſdam habitus diſponitur:ſi autem dicat faculta
tem habitus tunc alia libertas eſt a peccato ⁊ a iuſti-
tia:⁊ vtraqꝫ ſuperadditur libertati arbitrij:ſicut ha
bitus potentie. vnde ſecundum aliquid vtraqꝫ opi-
nio verum dicit. Liberius eſt ad maluꝫ: videtur hoc
eſſe falſum: quia vt dictum eſt ad malum non eſt li-
bertas niſi ſecundam quid:⁊ quod eſt ſimpliciter eſt
magis eo quod eſt ſecundum quid. Et dō q̄ hec cō-
paratio non attenditur ſecundum proprietatem li-
bertatis:quia libertas ad bonum magis eſt libertas
qꝫ libertas ad malum:ſed attenditur ſm ſufficientiā
li. ar. quod quidem per ſe in quodlibet malum poteſt
non auteꝫ in quodlibet bonum.

## Diſtinctio Uigeſimaſexta.

### De grā operāte ⁊ cooperāte

Ec eſt gratia operās ⁊ co-
operās. Operās eni
n grā preparat hois uolūtateꝫ ut
uelit bonuꝫ. Grā cooperās ad
iuuat ne fruſtra uelit. Uñ Aug.
in li. de gratia ⁊ li. ar. Cooperādo deus per-
ficit i nob. quod operādo icipit. Quia ipē vt
velimus operatur icipiēs: quod volētibus
cooperatur perficiēs. vt ergo velimus opera
tur. Cum autem volumus ⁊ ſic volumus vt
perficiamus:nob cooperat̄. Tamē ſine illo
vel operāt vt velimus:vel cooperāte cū vo-
lumus bōa pietati opera nihil valemus. Ec-
ce his verbis ſatis aperitur q̄ ſit operās grā
⁊ que cooperās. Operās eni eſt que preue-
nit volūtatem bonam. Ea enim liberatur ⁊
preparatur hominis volūtas: vt ſit bona bo
numqꝫ efficaciter velit. Cooperās vero gra-
tia volūtatem iam bonam ſequitur adiuuā-
do. Unde Augu. cōtra Iulianum hereticuꝫ
qui bonam volūtatē ex libero ar. tātum eſſe
dicebat: atqꝫ hominem per liberum arbitri-
um poſſe bonum velle ⁊ operari ſine gratia
aſſerebat:ait. Apertam de cōmēdatiōe gra-
tie apoſtolus protulit ſētētiam cum ait. Nō
eſt volētis neqꝫ currentis:ſed miſerentis dei.
hoc ſi attenderes Iuliane non extenderes cō
tra gratiam merita voluntatis humane. Nō
enim ideo miſeretur deus alicuius quia vo-
luit ⁊ cucurrit: ſed ideo voluit ⁊ cucurrit
quia miſertus eſt deus. Preparatur enim
hominis voluntas a deo: ⁊ a domino greſ-
ſus hominis diriguntur. Ideoqꝫ congrue
ait. Non eſt volentis neqꝫ cur. ſed mi. dei.
Non quia hoc ſine noſtra voluntate agatur
ſed quia voluntas noſtra nil boni agit niſi di
uinitus adiuuetur. Unde alibi Apoſtolus
ait. Non autem ego: ſed gratia dei mecum
Non ideo hoc dicit quia nihil boni agebat
ſed quia nihil boni ageret ſi illa non adiuua-
ret. His teſtimonijs aperte iſinuatur: quia

uolūtas hominis gratia dei preuenitur atqꝫ ꝑparatur ut fiat bona: nō ut fiat uolūtas. Quia ⁊ ante gratiā uolūtas erat: ſed nō erat bona ⁊ recta uoluntas. Uolūtatē ipſam Augu. in li. de duabus aiabus ita diffinit. Uolūtas eſt aī motus cogente nullo ad aliquid nō admittendum uel adipiſcendum. Hec autem ut nō admittat malū uel adipiſcatur bonum: preuenitur ⁊ preparatur dei grā. Unde apoſtolus. gratiam preuenientem ⁊ ſubſequentē cōmēdans. i. operantem ⁊ cooperātem: uigilanter dixit. Non eſt vo. neqꝫ. cur. ſed mi. dei. ⁊ nō ecōuerſo. Non eſt miſerentis dei: ſed volentis ⁊ currentis. Nam ſi vt quibuſdam placuit: quod dictū eſt ita accipiatur. Nō ē vo. n. cur. ſed mi. dei. tāq̄ diceretur. Non ſufficit ſola volūtas hominis: ſi non ſit etiam miſericordia dei e contra dicitur. Nō ſufficit etiā miſericordia dei ſi nō ſit voluntas hominis. At per hoc ſi recte dictū eſt illud: q2 id uolūtas hominis ſola non implet: cur non etiam e contrario recte dicitur. non miſerētis ē dei: ſed uolentis eſt hominis: cū id miſericordia dei ſola nō impleatur. Homo enī credere uel ſperare nō poterit niſi uelit nec peruenire ad palmam niſi uolūtate currat. Reſtat ergo ut ideo ita recte dictum intelligatur: ut totū detur deo qui hominis uoluntatē bonam ꝑuenit ⁊ preparat adiuuandā: ⁊ adiuuat ꝑparatā. Uolentem preuenit ut uelit. uolentem ſubſequit̄ ne fruſtra uelit. Ecce his uerbis ⁊ aliis premiſſis euidenter traditur q̄ voluntas hominis preparatur ⁊ preuenitur gratia dei vt bonum velit: ⁊ adiuuatur ne fruſtra velit.

Quod bona voluntas comitatur gratiā.

i Taqꝫ bona voluntas comitatur gratiam: non gratia voluntatem. Unde Augu. ad Bonifacium papam ſcribens contra pelagianos inquit. Cum fides impetrat iuſtificationem: ſicut vnicuiqꝫ deus partitus eſt menſuram fidei: non gratiā dei aliquid meriti precedit humani: ſed ipſa meretur augeri ut aucta mereatur perfici uoluntate comitante: non ducente: pediſſequa non preuia. Ecce hic expreſſe habes q̄ gratia preuenit bone voluntatis meritum: ⁊ ipſa uolūtas bona pediſſequa eſt gratie non preuia.

Que ſit gratia uoluntatem preueniens. ſ. fides cum dilectione.

e T ſi diligenter intendas: nihilominus tibi monſtratur que ſit ipſa gratia voluntatem preueniens ⁊ preparans. ſ. fides cum dilectione. Ideoqꝫ Augu. in eodem tractatu quomodo iuſtificati ſumus ex fide: ⁊ tamen gratis vtrunqꝫ enim dicit Apoſtulus q̄ dicit iuſtificati ex fide. Alibi ait. iuſtificati gratis per gratiam. Hoc enī ideo dixit: ne fides ipſa ſuperba ſit: ne dicat ſibi. Si ex fide iuſtificati: quomodo gratis? Quod enī fides meruit cur non potius redditur q̄ donatur? Non dicat iſte homo fidelis: quia cum dixerit habeo fidem vt merear iuſtificationem: reſpondetur ei. Quid habes quod non accepiſti? Fides enim qua iuſtificatus es: gratis tibi tradita eſt. Hic apte oſtēditur q̄ fides eſt cauſa iuſtificationis: ⁊ ipſa eſt gratia ⁊ beneficium quo hominis preuenitur voluntas ⁊ preparatur. Unde Aug. in .i. li. retractationum. Uoluntas eſt qua ⁊ peccatur ⁊ recte uiuitur. Uoluntas uero ipſa niſi dei gratia liberetur a ſeruitute qua peccati ſerua facta eſt: ⁊ ut ſuperet uitia ⁊ adiuuetur: recte pieqꝫ uiui a mortalibus non poteſt. et hoc beneficium quo liberatur niſi eā preueniret: iam meritis daretur: ⁊ non eſſet gratia: que utiqꝫ gratis datur. Preuenit̄ ergo bona hominis uoluntas illo gratie beneficio quo liberatur ⁊ preparatur. ⁊ illud beneficiū recte fides xp̄i intelligit̄. Sicut Aug. in ench. oſtēdit dicens. ipſum li. ar. liberādū eſt poſt illā ruinam a ſeruitute peccati. nec oīo ꝑ ſeipſū ſed per ſolam dei gratiam: que in fide xp̄i poſita eſt liberat̄ ut uoluntas ipſa preparetur. Ecce aperte dicit gratiam per quam liberat̄ arbitrium: ⁊ preparatur uoluntas poſitā eſſe in fide xp̄i. Fides enim xp̄i ut in eodem ait īpetrat quod lex impat.

Quod uoluntas bona que preuenit̄ grā quedam dei dona preuenit.

i Pſa tamen eadē uoluntas quedam gratie dona preuenit. Unde Aug. i ench. Precedit bona uoluntas hominis multa dei dona: ſed non omnis. Que autem non precedit: ipſa in eis eſt: ⁊ ipſa iuuat. Nam utrūqꝫ legitur in ſanctis eloquijs ⁊ ꝑueniet me: ⁊ miſericordia eius ſubſequet̄ me. Nolentem quippe preuenit ut uelit: uolētē ſubſequit̄: ne fruſtra uelit. Cur. n. admonemur orare ꝑ inimicis noſtris nolētibꝰ pie uiuere: niſi ut deus ī eis operet̄ ⁊ uelle. Itēqꝫ cur admonemur petere ut accipiamus: niſi vt ab illo fiat q̄ꝺ uolumus: a quo factū ē ut uelimus. Inde apoſtolus ait: Nō eſt uolentis neqꝫ cur: ſꝫ mi. dei. Ex his apparet q̄ bona hoīs uolūtas quedam dei dona preuenit q2 eam comitatur grā adiuuās: ⁊ quibuſdā ꝑuenitur: q2 eam preuenit grā operās. ſ. fides cum charitate.

Que p̃dictis videnť ꝯtraria.ſ.ꝙ videť di ci fidem eſſe ex volũtate.

n Non ẽ tñ ignorãdũ quod alibi Aug. ſignificare videť:ꝙ ex volũtate fit fides. de illo verbo apl'i.ſ.corde crediť ad iuſtitiã. Ita ſup Joãnẽ tractãs. Nõ ñ ſimpliciter apl's ait crediť:ſed corde crediť:q2 cetera põt hõ nolẽs:credere aũt nõ niſi volẽs. Intrare eccleſiaz:⁊ accedere ad altare põt nolens:ſed nõ credere. Itẽ ſup Geneſim:vbi laban ⁊ batuel dixerũt. Vocemus puellã ⁊ q̃ramus eius volũtatez:dicit expoſitor. Quia fides ẽ volũtatis:non neceſſitatis. Ad qd̃ rñdentes dicimus nõ hec ita accipiẽda fore:vt ex volũtate hois fides intelligať ꝓuenire:cũ ipſa ſit proprie dei donuz:vt ait apl's.⁊ ex ea bona hois merita incipiãt.ꝑ hãc enim vt ait Aug.ſuper ſpalmum.lxvi. Juſtificatur impius.i.de impio pius fit:vt deinde ipſa fides icipiat per dilectionẽ operari:vnde oĩa bona merita incipiũt. Sed potius hec iõ dicta ſũt q2 nõ eſt fides:niſi in eo qui vult credere.cuius bonam volũtatẽ fides ꝑuenit:nõ tẽpore:ſed cã ⁊ natura. Vnde Aug.ſupra cõgruẽter dixit:q2 bona volũtas in eis donis eſt:q̃ non precedit:⁊ ipſa iuuat:q2 ea iuuat quibuſ preueniť:dũ eis ꝯſentit ad effectũ boni:⁊ in eis ẽ:q2 tẽpore ab eis nõ p̃ceditť.

Quedam adduc addit que grauiorem faciunt queſtionem.ſ.ꝙ cogitatio boni precedit fidem.

c Ceterum hanc queſtionez magis acuunt ⁊ vrgente verba Augu.quibus in li. de predeſtinatione ſanctorum vtitur:pertractans illud verbũ apoſtoli. Nõ ꝙ ſufficiẽtes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis. Attendant inquit hic ⁊ verba iſta perpendant qui putant ex nobis eſſe fidei inceptum:⁊ ex deo eſſe fidei ſuplemẽtuz Comẽdans enim iſtam gratiam que nõ datur ſecunduz aliqua merita:ſed efficit oĩa bona merita:inquit.nõ ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliquid boni.ſ.ex nobis. Quis autem nõ videat prius eẽ cogitare q̃ credere: Nullus quippe credit aliquid niſi prius cogitauerit eſſe credendum. Si ergo cogitare bonum non eſt ex nobis:vt hic apoſtolus tradit nec credere:q̃ꝙ ⁊ ipſuz credere nihil eſt aliud q̃ cum aſſenſione mentis cogitare. Hic videť inſinuare ꝙ cogitatio bona precedat fidem.⁊ ita bona voluntas preueniat fidem:non preueniatur.quod p̃dictis aduerſari videť. Ad hoc autẽ dicimus ꝙ aliquando cogitatio bona ſine voluntas preuenit fidem:ſed non ẽ illa bona voluntas vel cogitatio qua recte viuitur. Illa eniz ſine fide ⁊ charitate nõ ẽ. Nam vt ait Aug.ad Anaſtaſiuz. Sine ſpũ nõ ẽ volũtas hois libera:cũ ꝯcupiditatibus vincať.ñ eſt libera ad bonũ,niſi liberata fuerit.nõ antẽ liberať niſi ꝑ ſpiritũ charitas diffundať i cordib⁹. Nõ ẽ libera volũtas niſi cã liberet gr̃a ꝑ legẽ fidei.i.nõ ẽ libera ſine fide opãte ꝑ dilectionẽ:⁊ illã ſufficiẽter habere bonũ ẽ. Nõ eſt enim fructus bonus qui de radice charitatis non ſurgit. Si vero ad ſit fides opans ꝑ dilectionem:fit delectatio boni.

De illa cogitatione boni que precedit fidem plene differtur.

i Illa autem cogitatio ſine voluntas q̃ fidem charitatem aliaſq3 iuſtificationes precedit:non ſufficit ad ſalutem nec ea recte viuitur:⁊ hac voluntate ꝯcupiſcitur illa bona voluntas que eſt magnuz bonũ iſta vero non. Alia ergo eſt illa volũtas ſine cogitatio:alia iſta. Et ſicut illa iſtã precedit: ita illam preuenit intellectus. Vnde Augu. iſtã diſtinguens ſuper illaz locũ pſalmi. Cõcupiuit aĩa m.d.iuſ.tuas.cõcupiuit deſiderare inquit.non deſideraui videmus enim rõe nonnũq̃ q̃ vtiles ſunt iuſtificationes dei:ſ3 infirmitate prepediti aliquãdo non deſideramus. Preuolat ergo intellectus:ſequiť tardus aut nullus affectus:ſcimus bonum:nec delectat agere.⁊ cupim⁹ vt delectet. Sic iſte olim deſiderare concupiſcebat:que bona cẽ cernebat:cupiens eorum hr̃e dilectionez: quorum potuit videre rationem. Oſtẽdit vtiq3 quibus quaſi gradibus ad eas perueniať. prius enim eſt vt videatur q̃ ſint vtiles ⁊ honeſte.deinde vt eaꝝ deſideriũ ꝯcupiſcať.poſtremo vt ꝑficiente gr̃a delectet earũ opatio: quarum ſola ratio delectabat. Attende hunc ordinẽ gr̃aꝝ quẽ hic diſtincte aſſignat Aug. qualr̃.ſ.itellectus bonoꝝ precedit cõcupiam eorũdẽ:⁊ ipſa concupiſcentia delectationem que fit per fidem ⁊ charitatem.qua habita vere bona eſt voluntas qua recte viuitur.ipſaq3 fidei comes ⁊ non preuia. Qui verba Aug. premiſſa ſm̃ hanc diſtinctionem conſiderat: nullam illi repugnantiam fore animaduertit: non ignorans etiam ante gratiam preuenientem ⁊ opetantem:qua voluntas bona preparatur in homine:precedere quedam bona ex dei gr̃a ⁊ li.ar.quedã etiã ex ſolo lib.ar.qbuſ tamen vitam non merent:nec gratiã q̃ iuſtificatur. Illius eni gr̃e p̃cipiẽde q̃ voluntatem hois ſanat:vt ſanata legẽ ĩpleat:nulla merita p̃cedũt. Ipſa ẽ enim qua iuſtificať impius.i.

fit iuſtus qui prius erat impius. meritis aūt impii non gratia: ſed pena debet̄: nec iſta eēt gr̄a. ſi nō daret̄ gratuita. dat̄ aūt gratuita: q2 nihil boni aū feceramus vn̄ hoc mereremur. Non negamus tamen multa aū hanc gr̄az: ⁊ preter hāc gr̄am ab hoīe fieri bona ꝑ lib. ar. vt tradit Aug. in reſponſionibus contra pelagianos: vbi dicit homines per li. ar. agros colere: domos edificare ⁊ alia plura bona facere ſine gratia cooperante.

Utrum vna eadem que ſit gratia que dicitur operans ⁊ cooperans.

Ic conſiderandum eſt cum predictū ſit per gratiam operantem ⁊ preuenientem voluntatem hominis liberari ac preparari vt bonum velit: ⁊ per gratiā cooperantem ⁊ ſubſequentem adiuuari ne fruſtra velit: vtrum vna ⁊ eadem ſit gratia. i. vnū munus gratis datum quod operet̄ ⁊ cooperet̄: an diuerſa: alterum operans ⁊ alterum cooperans. Quibuſdam non irrationabilit̄ videtur ꝙ vna ⁊ eadem ſit gratia: idem donū eadem virtus: que operatur ⁊ cooperat̄. ſed propter diuerſos effectus dicitur operans ⁊ cooperans. Operans enim dicitur inquantum liberat ⁊ preparat volūtatē hoīs vt bonū velit. Cooperās inquātū eandē adiuuat ne fruſtra velit. ſ. vt opus faciat bonū. ipſa. n. gr̄a non eſt ocioſa: ſed meretur augeri vt aucta mereatur ⁊ perfici.

Ec eſt gratia operans ⁊ cooperans ⁊c. Oſtenſo quā ſciam ⁊ quā potētiā hō in
b primo ſtatu habuit. Hic oſtendit quam gratiā accepit. Et diuidit̄ i ꝑtes duas. In prima determinat de gratia i ſe. In ſecūda determinat de ea in cōparatione ad ſtatū primi hominis. 29. di. Poſt h̄ conſiderandū eſt ⁊c. Prima diuidit̄ in duas. In prima determinat de gratia ſm̄ veritatem. In ſecūda remouet quoſdam errores circa gratiā. xxiiij. di. h̄ vero in concuſſe: ⁊ incunctāter ⁊c. Prima diuidit̄ in duas. In p̄ma determinat gratie poteſtatem diſtinguens eā ꝑ cōparationez ad li. ar. In ſecunda inq̄rit genus gr̄e ⁊ quō gr̄a mereri dicat̄. xxvii. di. ibi. Si vero q̄ritur quō ipſa gratia p̄ueniens ⁊c. Prima diuidit̄ in duas. In prima diuidit gratiā in operantem ⁊ cooperantem que quidez diuiſio ſumitur ſm̄ effectum quez gratia li. ar. habz. Secūdo inquirit de ꝑtibus diuiſionis vtrū diuidāt gratiā ꝑ eſſentiā vel ſm̄ rōnē tm̄. ibi. Hic ꝯſiderādū eſt cū p̄dictū ſit ⁊c. In prima ponit gr̄e diſtinctionez. In ſecūda remouet quaſdam dubitationes. ibi. Nō eſt tn̄ ignorandū ⁊c. Prima diuidit̄ in duas. In prima diſtinguit gratiam in operantem ⁊ cooperantē. In ſecūda oñdit ordinē gr̄e ad bonā volūtatez. ibi. Ideoq3 bona volūtas ⁊c. ¶ Circa p̄mum duo facit. Primo diuidit gratiā in operantem ⁊ cooperantez. Secūdo exponit diuiſionis membra. ibi. Operans enim eſt qua p̄uenit ⁊c. Ita bona voluntas ⁊c. Et h̄ oſtendit ordinem gratie ad bonā volūtatē. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ q̄dā gr̄a q̄ opās vl̄ p̄ueniens dr̄ bonā volūtatē p̄cedit. Secūdo ꝙ q̄daz gr̄a q̄ ſubſequēs vel cooperās dr̄ a bona voluntate p̄uenit̄. ibi. Ipſa eadē tn̄ ⁊c. ¶ Circa p̄mū duo facit. Primo oñdit ꝙ gr̄a bonā volūtatē p̄cedit. Secūdo oñdit q̄ ſit ipſa gr̄a. ibi. Sz diligēter intēdas ⁊c. Nō eſt tn̄ ignorādū ⁊c. Hic ſoluit q̄ p̄dictis ꝯdicere videtur. Et diuidit̄ i duas ꝑtes ſm̄ ꝙ duas auctoritates inducit q̄ vident̄ p̄dictis aduerſari. Scōa īcipit. ibi. Ceterū qōnē hāc ⁊c. Et vtraq3 diuidit̄ in obiectionē ⁊ ſolutionē. Hic q̄rūt̄ ſex. Primo vtrū gr̄a ponat quid creatū in aīa. Scđo ſi ponit vtrū ſit ſb̄a vel accidēs. Tertio ſi eſt accidēs in quo ſit ſicut in ſb̄o vtrū i eēntia aīe vel in potētia. Quarto vtrū gr̄a ſit virt⁹. Quinto de diuiſiōe gr̄e in opantē ⁊ cooperātē vel p̄uenientem ⁊ ſubſequentem. Sexto vtrum gratia diuidatur per eſſentiaz in diuerſis virtutibus ⁊ donis ⁊ huiuſmodi.

D primū ſic p̄cedit̄. vr̄ ꝙ gr̄a nihil c̄atum in
a aīa ponat. Gr̄a n. acceptationē quādā pōit i eo qui hr̄e gratiā dicit̄ vt. ſ. ſit accept⁹ ei cuius gratiā hz: ſed ex hoc ꝙ aliq̄s dicit̄ acceptus alicui nihil ponit̄ i acceptato: ſed in acceptante. ḡ ex h̄ ꝙ hō gratiā dei hr̄e dicit̄ nihil i eo ponit̄. ¶ Pre. vt dicit̄ ſap. xi. deus diligit oīa q̄ ſunt: ſed gratia nō aliud q̄z acceptationē dilectionis ſignificat. ſi ergo i homine aliquid ponit̄ ſupra ſua naturalia per hoc ꝙ gratiam habere dicitur: videt̄ ꝙ in oībus creaturis aliquid ſupra ſua naturalia ponendum ſit per hoc ꝙ a deo diligi dr̄. ¶ Pre. quāto natura ꝑfectior ē tāto expediti⁹ ſuū finē ꝯſeq pōt: ſed nā hūana iter alias creaturas ad minus inferiores ꝑfectior eſt. ſi igit̄ alie creature ſola dei ꝓuidētia ſine aliquo ſupaddito ſuiſ naturalibus finem proprium conſequi poſſunt: videtur ꝙ multo fortius hec rationalis creatura conſequi poſſit. ergo nullo ſuperaddito naturalibus idiget qđ gratia dici poſſit. ¶ Preterea. eius eſt recreare cuius eſt c̄are: ſed ipſe deus ſolus ſine medio animam creauit. ergo eius ſolius eſt recreare: ſi igitur gratia recreare dicitur videtur ꝙ gratia nihil creatū dicat. ¶ Preterea. ſicut aīa eſt vita corporis: ita deus eſt vita aīe: ſed aīa viuificat corpus nullo medio. ergo ⁊ deus viuificat animam immediate non. ergo gratia aliquid creatum in anima eſt cum per gratiaz aie viuere dicantur. Ad h̄ etiam poſſunt induci quedā ratiōes que ſupra poſite ſint in primo libro. xvii. di. de caritate. vnde h̄ dimittātur. ¶ Sed cōtra. Yſydorus dicit ꝙ gratia eſt diuine miſericordie donum per quod bone voluntatis fit exitus: ſed dona que a deo percipimus quid creatū in aīa ponunt. ḡ videtur ꝙ gratia ſit quid creatum in aīa. ¶ Pre. null⁹ dr̄ eſſe gratus alicui: ſi ille in diligēdo non errat niſi ꝑ h̄ ꝙ aliquid boni in ipſo eſt: ſed deus in diligendo non errat. ergo per hoc ꝙ aliquis gratiam dei habere dicitur aliquid in ipſo prealijs ſignificatur. ¶ Reſpōdeo dđ: ꝙ nomen gratie quandam liberalitatem importat. vnde ex hoc quod gratis datur gratia dicitur. liberal̄ autem donatiōis p̄ncipiū ē amor: ⁊ inde eſt: ꝙ nomen gratie dupliciter ſumitur. vno mō ꝓ ipſa acceptatiōe amoris ſm̄ ꝙ aliquis gratiam alterius habere dicit̄ qui eum diligit. Alio modo pro ipſo dono quod liberaliter datur ex amore. vnde gratia dicit̄ donum quod gratis datur vtrolibet autez modo grātia ſumatur oportet ꝙ aliquid creatum in anima ſi-

gnificetur. ſi enim pro ipſa diuina dilectione gratia
accipiatur: patet quod aliquem effectum eius in aīa
ponit: ſicut enī ſcientia dei a noſtra differt in hoc qꝛ
noſtra ſcientia cauſatur a rebus: ſua autem eſt cauſa
rerū: ita etiā noſter amoꝛ ex bonitate dilecti cātur q̄
ad amorem ſui trahit. Amoꝛ aūt diuinus bonitatem
rebus pꝛofundit. vñ Dyo. dicit. iiij. c. de di. no. ꝙ di
uinus amoꝛ nō ꝑmiſit eū ſine germine eē: vñ ꝑ h̄ ꝙ
deus dr̄ aliquem diligere: ſignificatˀ effectˀ diuine di
lectionis in dilecto eē. Similr̄ ēt ſi accipiatˀ gr̄a do
nū grat̄ȷ datū oꝫ ꝙ aliquid cātum itelligatur. eſt eniꝫ
quoddā donū grat̄ȷ datum qḋ qdem increatū eſt ſci
licet. ſ. ſ. Sed ꝙ h̄ donum nunc habeatˀ cū prius nō
h̄ret̄ur hoc nō ex ſui mutatione ꝯtingit: ſed ex muta-
tione eius cui datˀ. vñ oꝫ ꝙ ex hoc ipſo ꝙ. ſ. ſ. alicui
datˀ aliquid ipſi creature accreſcat: qḋ pꝛius non ha
bebat ſꝫ cuius adeptionē ſpm ſcm̄ hr̄e dr̄. vñ gr̄a q̄li
tercūqꝫ ſignificetˀ oſtendit aliq̄d creatum in aīa eſſe
ꝙ gratis datˀ q̄uis etiam nomine gratie aliquid in-
creatuꝫ ſignificari poſſit. vnde vel ipſa diuina acce
ptatio: vel etiam datū increatū qḋ eſt ſpiritusſanctˀ
pōt dici gratia. ¶ Ad primū ergo dō: ꝙ qū aliq̄s ac-
ceptus hoi dicitˀ aliquid in hoie ſigr̄. vnde acceptatˀ
ſed tñ h̄ ñ ē cauſatuꝫ ſemper ab acceptatōe imo ē ac
ceptationis cā: ſed cū aliquis deo gratus vel accep
tus dr̄: ſignificatˀ aliq̄d in ipō qḋ ex dei acceptatione
cauſatur. ¶ Ad ſecūdū dō: cū dilectio dei bonitateꝫ
creature cāet ſm diuerſos gradus bonitatis in crea
turis: diuerſimode deus aliqua diligere dr̄ nulla di
uerſitate in ipſo intellecta. vñ ⁊ diligere oēs creatu-
ras dr̄ ſm ꝙ bonū nature oībus tradit: ſed illa eſt ſim
pliciter. ⁊ perfecta dilectio quaſi amicitie ſimilis q̄ ñ
tm̄ diligit creaturā ſicut artifex opus: ſed etiam qua
dā amicabili ſotietate ſicut amicus amicū inquantū
trahit eas in ſocietatē ſue fruitiōis vt in h̄ eoꝝ ſit glo
ria ⁊ beatitudo quo deus beatus eſt: ⁊ hec ē dilectio
qua ſanctos diligit q̄ anthonomatice dilectio dr̄: ⁊ iō
ēt effectus huiuſmodi dilectiōs anthonomatice gr̄a
vocatˀ q̄uis: ⁊ oēs nāles bonitates gr̄e dici poſſunt:
qꝛ gratis a deo danˀ. ¶ Ad tertiū dō: ꝙ ſi finis hois
non eſſet altioꝛ fine ad quē perueniunt cetere crea-
ture ſequeretur ꝙ hō iperfectioꝛ aliis eſſet ſi finē ſuū
per naturā ſuam conſequi nō poſſet quod cetera poſ
ſunt: ſed qꝛ finis ad quem hō pertingit excellentioꝛ
eſt omni fine q̄ꝫ nature alie cōſequūtur: ⁊ oēm facul-
tatem nature excedit h̄ ipſo ꝙ hō talē finem cōſequi
poteſt licet non per ſe: ſed aliquibus auxilijs diuini-
tus collatis inuenitˀ ceteris dignioꝛ: ſicut ille qui per
fectam ſanitatem conſequitur multis exercitiis me
lioꝛis nature eſt q̄ꝫ ille qui non niſi modicam ſanita-
tem pauco exercitio conſequitur vt in ſecundo ce. et
mun. dr̄. ¶ Ad quartum dicenduꝫ: ꝙ creare ⁊ recre
are effectiue dei eſt. vnde ſicut creando foꝛmam ſub
ſtantialem rei confert per quam in eſſe naturali ſub-
ſiſtit: ita etiam recreando foꝛmam gratie confert per
quam in eſſe gratie permanet: non enim poteſt intel
ligi ꝙ aliquis ſit agens niſi aliquid in effectu ſuo fa-
ciat vel foꝛmam aliquam inducat vel ſubſtantialeꝫ
vel accidentalem. vnde gratia dicitur recreare foꝛ-
malr̄: ſed deus effectiue. ¶ Ad quintuꝫ dicendū: ꝙ
anima quodāmodo. ſimiliter ſe habet ad coꝛpus vt
deus ad animam: ⁊ quodāmodo diſſilr̄. In hoc eniꝫ
ſimilitudo tenet ꝙ vtrūqꝫ rationem cauſe efficientis
habet: ſed in hoc differt ꝙ anima eſt etiam cauſa foꝛ
malis coꝛpoꝛis. vnde immediate coꝛpus viuificat

cum inter materiam: ⁊ foꝛmaꝫ non ſit aliquid mediū
vt in. viii. metha. phs dicit: deus autem non eſt foꝛ
ma aīe niſi exemplaris. vñ oꝫ ꝙ mediāte aliqua foꝛ
ma in eſſe gratuito eam viuificet.

D ſecūdū ſic ꝓcedit. vr̄ ꝙ gr̄a nō ſit accn̄s
a Accn̄s enī nō trāſit de ſbo i ſbꝫ cū indiuidua
tionē a ſbo hēat: ſed gr̄a de ſbo in ſbm tranſit
vt dr̄ numeri. xi. Tollā de ſpū tuo: ⁊ dabo ſenioꝛibus
⁊c. Et iterū. iiij. R. ij. ſpūs helye requieuit ſup hely
ſeū. g̃ vr̄ ꝙ gr̄a nō ſit accn̄s. ¶ Pre. oē accn̄s hꝫ ali
qḋ ſbm cuius ꝑ ſe accn̄s eſt cū oē qḋ eſt ꝑ accn̄s ad ꝑ
ſe reducatˀ: ſꝫ gr̄e nō eſt aſſignare aliqḋ ſbm per ſe cū
oē accn̄s ꝑ ſe ex ꝑncipijs ſubiecti cāetˀ: gr̄e vero nihil
cātum ſit cā niſi ſolus deus. g̃. vr̄ ꝙ gr̄a nō ſit accn̄s.
¶ Pre. nullū accn̄s ē dignius ſuo ſbo: ſꝫ gr̄a dignioꝛ
eſt: q̄ꝫ ipſa aīa: qꝛ ꝑ ipſam gr̄am ſūmo bono ꝯiungitˀ. g̃
vr̄ ꝙ gr̄a ñ ſit accn̄s. ¶ Pre. nullū accn̄s agit i ſbo
i quo ē: ēt ⁊ ſi in aliud exterius agat: ſꝫ gr̄a agit in ip
ſam aīam gratificando eaꝫ: ⁊ mouendo in opus. g̃ ⁊c.
¶ Preterea omne accidens qḋ amitti pōt ēt coꝛrū-
pi poteſt: ſed gratia amittitur non tamen coꝛrumpi-
tur: cū ſit expꝛeſſioꝛ ſimilitudo dei q̄ꝫ etiam naturalˀ
ſimilitudo anime ratione cuius anima incoꝛruptibilˀ
dicitur. ergo videtur ꝙ gratia non ſit accn̄s. ¶ Sꝫ
ꝯ. ſup illud ps: vt exilaret facieꝫ i oleo dicit glo. gr̄a
eſt nitoꝛ aīe concilians ſanctū amoꝛem: ſed nitoꝛ acci
dens nominat. ergo videtur ꝙ gratia ſit accidens.
¶ Preterea. omne quod intenditur ⁊ remittitur ē
accidens: qꝛ ſba non recipit magis: ⁊ minus vt in ꝑ
dicamentis dicitur: ſed gr̄a eſt huiuſmodi vt ex lit-
tera pꝫ: qꝛ meretur augeri vt aucta mereatur: ⁊ per
fici. ergo eſt accidens. ¶ Reſpondeo dō: ꝙ ex quo
gratia creatum quid ponitur: neceſſe eſt ipſam in ge
nere accidentium poni. cuius ratio eſt: quia omne il
lud quod aduenit alicui poſt eſſe completum accidē
taliter ſe habet ad ipſum. vnde cum gratia poſt eſſe
anime ſibi adueniat non eſt aliquid de eſſentia eius
vnde opoꝛtet ꝙ accidentaliter ad ipſam ſe habeat:
ſed tamen aliquid accidentaliter ad aliud ſe habet
quod tamen in ſe ſba eſt: ſicut indumentuꝫ ad coꝛpˀ
ſicut etiam econuerſo aliquid ſubſtantialiter ad alte
rum ſe habet quod tamen in ſe accidens eſt ſicut co
loꝛ ad albedinem: ⁊ ſic non poteſt de gratia accidere
cum enim ponatur: gratia eſſe coniungens animam
fini vltimo: hoc non poteſt intelligi niſi vel per mo-
dum foꝛme vel per modum efficientis. Si per me-
dum efficientis ſic opoꝛteret aliquam ſubſtantiā cre
atam eſſe mediam inter animam: ⁊ deuꝫ que eaꝫ deo
coniungeret: ⁊ ſic anima non immediate a deo grati
ficaretur: ⁊ gloꝛificaretur quod eſt alienū a fide opoꝛ
tet enim ꝙ ſicut anima immediate a deo creatur ef-
fectiue: ita ēt immediate ab ipō recreetur. ſi auteꝫ in
telligatur foꝛmaliter nunc opoꝛtet ꝙ gratia ſit foꝛma
anime ⁊ cum adueniat poſt eſſe completum: de ne-
ceſſitate erit accidens non enim inuenitur aliqua foꝛ
ma in genere ſbe que alteri accidētaliter adueniat.
¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ gratia eadem nu
mero non tranſit de ſubiecto in ſubiectum: ſed talis
modus loquendi intelligitur in ſcripturis propter ſi
militudinem gratie ad ſimiles actus in ſpecie.
¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ quedam accidentia
ſunt per ſe que ſemper actu conſequūtur ſuum ſbm:
quedam autem non ſemper in actu ſemꝑ aūt in habi
litate. vnde cū illud qḋ ꝑ ſe in eſt ſemper in ſit ſubie-
ctum aliquādo dr̄ eē ꝑ ſe ſbm reſpectu ipſius accn̄tis

ſicut ignis eſt per ſe ſubiectum caloris: ⁊ tale acci-cidens ex principiis ſubiecti cãtur non ſolum quãtũ ad habilitatem: ſed etiã quãtũ ad eſſentiaʒ accidentꝭ. Aliquando reſpectu bilitatis tm̃ ſicut aer q̃ nõ ſemꝑ illuminatᷓ in actu ſemꝑ tñ illuminabil'ẽ: ⁊ hec illuminabilitas ex principiis ſubiecti cauſatᷓ q̃uis lumẽ ab extrinſeco ſit. Similiter dico ꝙ lumen gr̃e ab extrinſeco eſt: ſed receptibilitas gr̃e ſemꝑ ſubiectũ cõſeqꝉ: ⁊ ex principiis ſubiecti cauſatᷓ: ſicut etiã pʒ in hoc qḋ eſt diſcipline ꝑceptibile. ¶ Ad tertiũ dḋ: ꝙ ſimplr̃ i eſſe ſuo ꝯſideratũ ſubiectũ accñte nobilius eſt: ſʒ quo ad qd nihil ꝓhibet accñs ſubiecto melius eẽ quãtũ ad eſſe accidentale. ſemꝑ enim illud qḋ ſe hʒ ꝑ modũ actus nobilius eo ꝙ ſe hʒ ꝑ modũ potẽtie inquantũ huiuſmodi: ſicut aũt forma ſubſtãtial' eſt actus materie in eſſe ſubſtãtiali: ita accñs eſt actus ſubiecti in eſſe accidentali. vñ ſm hoc albedo eſt nobilior corpore ⁊ gratia aĩa. ¶ Ad quartũ dḋ: ꝙ agere aliquid dr̃ duplr̃. ſ. formaliter ſicut albedo facit albũ parietem ⁊ hoc mõ accidens in ſubiectũ agere põt: ⁊ ſic gratia in aĩam agit mũdando ipſaʒ ⁊ gratificando. Alio mõ effectiue: ſicut pictor parietẽ albũ facit: ⁊ hoc mõ nec gratia nec aliqḋ accidẽs in ſubiectũ ſuũ agit. ¶ Ad quintũ dḋ: ꝙ ymago dei: ⁊ ſimilitudo dr̃ de aĩa ⁊ de gr̃a: ſed diuerſimode: q: aĩa dr̃ ymago ſm h̃ ꝙ deum imitatᷓ: ſed gr̃a dr̃ ymago: ſicut illud quo aĩa deũ imitatᷓ: ſicut corpus figuratũ: alio mõ dicitᷓ ymago q̃ſi figura ipſa. vñ cũ nõ eodem mõ aĩa ⁊ gr̃a dicantᷓ ymago non ſequitur ꝙ ſi anima eſt incorruptibilis ꝙ gr̃a nõ corrũpatᷓ imo cum corrumpitᷓ ſimul etiam in nihilum redit.

D tertiũ ſic ꝓceditᷓ. vr̃ ꝙ gr̃a ſit in potentia
a aĩe ſicut in ſubiecto. Illud eñi quod naturalibus ſupadditᷓ inter naturalẽ cauſam: ⁊ effcm̃ mediũ non cadit: ſed gratia naturalibus ſuperadditur: cũ igitᷓ potẽtia ſit effectus naturalis ipſius eſſentie: vr̃ ꝙ gratia non cadat mediuʒ inter eſſentiam et potẽtiã: ⁊ ita non ſit in eſſentia: ſicut in ſubiecto: ſʒ magis in potentia. ¶ Pre. illud quod eſt imediatũ ꝑncipiũ actus eſt potẽtia: q: ſicut potentia ab eſſentia: ita operatio a poᵃ ꝓcedit: ſed gr̃a imediate ordinat ad actũ quod ex diffinitiõe eius pʒ: dr̃ enim gr̃a gratuitum dei donũ qḋ bonum facit hñtem: ⁊ opus eius bonum reddit. ergo vr̃ ꝙ gr̃a ſit in poᵃ: ſicut in ſbo.
¶ Pre. Aug. dic̃ in lr̃a ꝙ gratia preparat voluntatem non autem niſi ſicut accidens preparat ſubiectum: alibi etiam dicit ꝙ gr̃a ſe habʒ ad li. ar. ſic̃ ſeſſor ad equũ. Cũ igitᷓ voluntas ſiue li. ar. ſit poᵃ vr̃ ꝙ gr̃a ſit in poᵃ ſicut in ſubiecto. ¶ Pre. gr̃a opponitᷓ culpe ſed omne vitiũ ad minus actuale eſt in aliqua poᵃ ſicut in ſubiecto: cũ igitᷓ oppoſita ſint circa idem videtur ꝙ gr̃a etiam ſit in poᵃ anime ſicut in ſubiecto.
¶ Pre. habitus infuſi: ⁊ acquiſiti non differunt niſi ſm principiũ efficiens conſtat enim ꝙ ad eoſdem actus in ſpecie ordinatᷓ: ſed habitus acquiſiti ſunt per ꝑ̇us in poᵃ q̃ʒ in eſſentia non enim ſunt in eſſentia niſi mediante poᵃ. ergo ⁊ habitus infuſi non igitᷓ gratia ẽ in eſſentia anime ſic̃ in ſubiecto: ſed magis in poᵃ.
¶ Sed ꝯ. gr̃a dicitᷓ eſſe vita anime: ſed viuere i viuentibus eſt eſſe vt in ſecũdo de anima philoſophꝰ dic̃ eſſe autem eſſentiam reſpicit. ergo ⁊ gr̃a per prius eſſentiam q̃ʒ potentiam reſpicit. ¶ Pre. nullũ accidens extenditᷓ in agendo vltra actioneʒ ſui ſubiecti cum agens non ꝓprie dicatᷓ accidẽs: ſed ſubiectum accidẽtis: ſed gratia non determinatᷓ ad aliquem actum cum omnis actus humanus meritorius eſſe poſſit nec h̃ poſſet eſſe niſi a gratia que merita bona in nobis cauſat: vt in lr̃a dr̃: cum igitᷓ omnis poᵃ ſe habeat ad determinatos actus: videtᷓ ꝙ gr̃a non ſit in poᵃ anime ſicut in ſubiecto. ¶ Reſpondeo dḋ: ꝙ ab omnibus cõiter dicitᷓ ꝙ gratia reſpicit eſſentiaʒ anime virtus autem potentiam: ſed qualitᷓ hoc intelligendum ſit a diuerſis diuerſimode traditᷓ. Quidam enim h̃ accipere volunt ſm proprietatem quandam ⁊ non proprie dictum: cum enim virtus dicatᷓ id qḋ operationis ꝑncipiũ eſt: operatio aũt potẽtiã ſequatᷓ ꝯuenientᷓ virtus ad potentiaʒ refertᷓ. gr̃e aũt effectꝰ eſt vt deo acceptũ faciat. h̃ aũt per prius reſpicit ipſam aĩam q̃ʒ opera eius. vnde Gene. iiii. dicitᷓ ꝙ reſpexit deus abel: ⁊ ad munera eius quaſi per prius acceptans offerentem q̃ʒ ea que offerebantᷓ. Quidaʒ vero h̃ accipiunt proprie dictum dicentes ꝙ propriũ: ⁊ ſubiectuʒ primuʒ gratie eſt eſſentia anime: virtutis autem potentia: ⁊ h̃ rationabilius eſt et dictis Dyoniſij conſonat. Cum enim nullius operatio ſupra facultatem nature operantis extendatᷓ oportʒ ꝙ ſi operatio alicuius ſupra id qḋ nãlit̃ põt extenditᷓ ꝙ ẽt nã q̇dãmõ. ſ. ſeipſaʒ eleuetᷓ. cũ igitᷓ actꝰ meritorii facultatẽ hũane nature excedant ñ pñt iſti actus ab homine procedere: q: in eos ſolis naturalibus homo ñ poteſt niſi quodammodo natura humana etiaʒ altiꝰ eſſet ſublimata. Et ideo dicit Dyo. i ſecũdo. c. ecle. hierar. q: ſic̃ in rebus nãlibus eſt ꝙ illud qḋ nõ habʒ ſpẽm ꝑ generationẽ adeptã nõ põt habere operationes ſpecici debitas: ita ille qui non eſt adeptus diuinũ eẽ ꝑ ſpũalẽ generationẽ nõ põt ꝑticipare diuinas oꝑationes: oʒ. ergo ꝙ primũ donũ qḋ gratꝫ hoi infunditᷓ hũc habeat effectũ vt ipſam eſſentiã aĩe i qḋdaʒ diuinũ eẽ eleuet vt idonea ſit ad diuinas oꝑationes ⁊ iõ q: vnũqḋq; ſimpl' dr̃ quod per prius dr̃ ſic̃ ſubſtantia ens: iõ tale donum quod eſſentiam aĩe nobilitat principalit̃ gr̃a vocatᷓ: tamen etiam: q: non determinatᷓ per aliquem ſpecialem actũ. vnde ſpãle nomẽ ſortiatᷓ: ⁊ iõ ꝓprie: ⁊ ꝑ ſe gr̃a reſpicit eſſentiã aĩe ſicut ſubiectum. ¶ Ad ꝑmũ ergo dḋ: ꝙ q̃uis gr̃a ſit i eẽntia anime ſicut in ſubiecto non tamen ſequitᷓ ꝙ intercidat media intᷓ potentiam ⁊ eſſentiam niſi eſſet eiuſdem ordinis. ſ. vt ſic̃ gratia eſſet ab eſſentia: ita potẽtia a gratia per quem modum potentia cadit media inter eſſentiaʒ ⁊ operationem: ſed h̃ non eſt ita: quia potentia non eſt per gratiam: ſed per naturaʒ. vnde obiectio non procedit. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ ſicut potentia non habet ꝙ ſit principiũ talis operationis niſi ſecundum ꝙ manat a principiis tal' eẽntie: ita etiam perfectio potentie habʒ ꝙ informat actum ex virtute gratie perficientꝭ ipſam eſſentiam: ⁊ ideo gratia non tantum dicitᷓ gratificans eſſentiam anime: ſed etiam opus gratum reddens non quideʒ ſicut proximum informans: ſed ſicut primum qḋ naturam in altius eſſe eleuat. ¶ Ad tertium dḋ: ꝙ inter potentias anime voluntas: ⁊ li. ar. maxime cõis eſt eo ꝙ eius imperio actus aliarum potentiaꝝ ſubiaceat vt dictum eſt: ⁊ q: gratia non reſpicit aliquẽ determinatum actum cum ſit in eſſentia que ad nullam operationem determinatᷓ: ideo gratia imediatiꝰ voluntatem vel li. ar. reſpicit cum omnes actus gratia informati quodammodo ſint voluntatis: ⁊ li. ar. non tamen ſequitur ꝙ ſit in voluntate vel li. ar. ſicut in ſubiecto: ſed ex gratia voluntas: ⁊ li. ar. habet vt actum meritorium educere poſſit.

¶ Ad quartum dicendū: ꝙ culpa actualis non ē per
infuſionem vel imiſſionem: ſed per aliquē determi
natū actum nobis aduenit: ⁊ q: omnis operatio re
ſpicit determinatam potentiam que eſt eius pncipiū
inde ē ꝙ culpa p prius ē i po ꝗ̃ i eſſentia. ſiegrã ēt n̄
acquiritur p act⁹ nr̄os: ſꝫ a ſupiori infundit̄. vnde il
lud quod ſuperius anime eſt. ſ. eſſentiam que eſt ori
go omnium potentiarum per prius reſpicit. Et p h
etiã patet. R̄n̄° ad quintum q: habitus acquiſiti per
actus noſtros aggrauant: ⁊ ita ad potentiam imme
diate pertinet. vnde magis proportionantur virtu
ti ꝗ̃ gratie. Similiter eſt culpa immediatius virtu
ti ꝗ̃ gratie opponitur ſm̄ ꝙ in actu conſiſtit.

D quartū ſic proceditur. videtur ꝙ gratia
ſit virtus. Cum enim ſit in genere accidētis
ad nullum genus reduci poteſt niſi ad quali
tatem. nec inter qualitatis ſpecies niſi ad primam
vt deducendo in ſingulis patet: erit igitur gratia vl'
ſcientia: vel virtus. non enim inter habitus: ⁊ di
ſpōnes corporales computatur: ſi conueniat ꝙ non
eſt ſcientia. ergo de neceſſitate eſt virtus. ¶ Pre
terea. philoſophus in ſeptimo phiſicorum dicit ꝙ
virtus nihil aliud eſt ꝗ̃ diſpoſitio pfecti ad optimū
ſed h precipue gratie competit que animam ꝗ̃ perfi
cit ad optimum diſponit. ſ. ad vltimum finem. ergo
ipſa eſt virtus. ¶ Preterea i primo ethi. philoph⁹
dicit ꝙ h eſt virtus vniuſcuiuſqꝫ ꝙ bonum facit ha
bentem: ⁊ opus eius bonum reddit: ſed gratia bonā
facit animam: ⁊ opus eius. cū vtrūqꝫ gratificet: nec
aliquid deo poſſit reddi acceptum niſi per hoc ꝙ bo
num ſit. ergo videtur ꝙ gratia ſit virtus. ¶ Prete
terea in littera dicitur ab Aug. ꝙ gratia preueniens
eſt fides per dilectionem operans: ſed fides eſt vir
tus. ergo ⁊ gratia. ¶ Preterea. caritas dicitur eſſe
forma omnium virtutum: ⁊ mater. cum igitur infor
matio virtutum ſit per gratia per quam opera meri
toria redduntur: videtur ꝙ gratia ſit idem quod ca
ritas: ſed caritas eſt virtus: ergo ⁊ gratia. ¶ Cōtra.
Omis virtus eſt ſicut in ſubiecto in aliqua determina
ta potentia: gratia autē non: ſed eſſentiam anime re
ſpicit. ergo videtur ꝙ gratia non ſit virtus. ¶ Pre
terea. illud in quo conueniunt diuerſa in ſpecie: ⁊ il
lud in quo eadem diſtinguuntur nō poſſunt eſſe idē
per eſſentiam: ſed omnes virtutes conueniunt in h:
ꝙ eſt opera meritoria reddere. diſtinguuntur autē
in hoc ꝙ determinatos actus educunt. ergo illud qđ
eſt principium merendi eſt aliud p eſſentiã ab eo qđ
eſt principium diſtinctionis actuum: ſed principium
merendi eſt gratia vt in littera dicitur. principium
autem diſtinctionis in actu eſt determinata ſpecies
virtutis: q: qualis eſt virtus tales habitus reddit.
ergo gratia: ⁊ virtus per eſſentiam differunt.
¶ Reſpondeo dđ ꝙ circa h ſunt diuerſe opiniones.
Quidam enim dicunt ꝙ gratia: ⁊ virtus ſunt omni
no idem per eſſentiam ſm̄ rem: ſed differunt tantum
ratione: q: gratia dicitur ſm̄ ꝙ deo hominē acceptū
reddit. virtus autem dicitur ſm̄ ꝙ eſt principium re
cti operis. Sed h non videtur conueniens: q: ſi vir
tus ab eodem hr̄et ꝙ eſſet virtus: ⁊ ꝙ gratū deo red
deret: oportet ꝙ omnis virtus hoc faceret: ⁊ cū que
dam virtutes per actus acquirantur ſequeretur ſm̄
hereſim pellagii ꝙ ex li. ar. homo gratus deo effice
retur. Si autem ab alio habet ꝙ ſit virtus: ⁊ ꝙ gra
tū deo dredat oportet ꝙ gratia ⁊ virtus non ſint om
nino idem ſm̄ rem diuerſis enim effectibus qui diui
ſim inueniunt̄ diuerſa principia reſpondēt. ¶ Et iđ
alij dicunt ꝙ virtus ⁊ gratia realiter differunt: non
ita ꝙ ſint diuerſa per eſſentiā, ſed ꝙ ex gratia ⁊ vir
tute efficitur vnum ſicut ex forma: ⁊ eo cuius eſt for
ma. dicunt enim ꝙ h modo ſe habet gratia ad virtu
tem: ſicut lumen manifeſtans colorem ad colorem ip
ſum. vnde ſicut lumen efficitur quodammodo vnū
cum colore exiſtente cum eo in eodē ſubiecto: ita ēt
dicunt ꝙ gratia coniungitur virtuti in eodem ſubie
cto vt informans ipſam. Ponunt enim ꝙ proprie lo
quendo ſubiectum gratie eſt potentia. Sed iſtud ēt
non videtur conueniens. quia cum dicitur ꝙ ex lu
mine ⁊ colore efficitur vnum aut accipitur lumen qđ
eſt de compoſitione coloris: cuꝫ yypoſtaſis coloris ſit
lux: ⁊ ſic redeitur in primam opinionem. ſ. ꝙ gratia
⁊ virtus eſſent idem ſm̄ rem non enim lumen quod
eſt de compoſitiōe coloris re differt a colore: Aut ac
cipitur lumen quod eſt in aere circumſtante: ⁊ h cō
ueniat ꝙ in alio ſubiecto eſt a colore: ⁊ per eſſentiam
ab eo differt. Similiter etiam ſi accipiatur lumen p
ut participatur in ſuperficie corporis terminati i qua
eſt color de neceſſitate per eſſentiam a colore differ
ret qđ patꝫ ex hoc ꝙ adueniente ⁊ recedente lumi
ne nihilominus color idē manet ꝙ non eſſet niſi per
eſſentiam differret a colore. Similiter etiã oportet
ꝙ vel virtutes efficiantur deo grate per aliquod a
deo infuſum: ⁊ ſic oportet id per eſſentiā differre a
virtute cum etiam quedam virtutes infuſe vt fides
⁊ ſpes recedēte gratia remaneāt informes: vel opor
tet ꝙ virtutes deo ſint grate ſine h ꝙ aliquid adda
tur a deo infuſum: ⁊ ſic vel gratia nihil cauſatum in
anima ponet vel nihil aliud realiter a virtute diſtin
ctum. ⁊ ideo alii dicunt ꝙ gratia eſſentialiter a virtu
te differt oportet enim perfectiones perfectibilibus
proportionatas eſſe. vnde ſicut eſſentia anime eſt a
qua fluūt potentie ab ipſa eſſentialit̄ differentes ſic̄
accidens a ſubiecto: ⁊ tamen oēs vniunt̄ i eſſentia
anime vt in radice: ita etiam a gratia eſt pfectio eēn
tie vt dictum eſt: ⁊ ab eã fluunt virtutes q̃ ſunt per
fectiones potentiarum ab ipſa gratia eſſentialiter diſ
ferentes in gratia tñ coniuncte ſicut in ſua origine p
modum quo diuerſi radii ab eodem corpore lucente
procedunt: ⁊ h ſm̄ predicta conuenientius videtur.
¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ gratia ad genus
qualitatis reducitur: ⁊ ad primam ſpeciem qualitatꝭ
nec proprie tamen naturam habitus habet cum non
immediate ad actuꝫ ordinet: ſed eſt velut habitudo
quedā ſicut ſanitas ſe habet ad corpus. Et iđ dicit
Chryſo. ꝙ gratia eſt ſanitas mentis. vnde non com
putatur: nec inter ſcientias: nec inter virtutes: nec i
ter alias qualitates quas philoſophi numerauerunt
quorum non fuit tractare niſi habitus naturales et
acquiſitos. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ virtus di
citur diſpoſitio perfecti ad optimum inquantum eli
cit operationem per quam res ſuum finem conſequi
tur. vnde per hunc modum gratia non eſt diſpoſitio
perfecti ad optimum cum non primo operationē re
ſpiciat ſicut effectum proximum: ſed potius eē quod
dam diuinum quod anime confert. ¶ Ad tertiū di
cendum: ꝙ bonitas ꝗ̃ virtus habenti confert eſt bo
nitas perfectionis in comparatione ad opus: ſed gra
tia confert anime perfectionem in quodā diuino eē
⁊ non ſolū reſpectu operis ſm̄ ꝙ quodammodo gra
tiam habentes deiformes conſtituuntur propter qđ
ſicut filij deo grati dn̄r. ¶ Ad quartum dđ: ꝙ gratia

preueniens dicitur fides non quod per eſſentiam gratia a
fide non differat: ſed quia in iuſtificatione quam gratia creat
primus motus fidei inuenitur: et ideo cum habitudi-
nes et habitus per effectus nobis innoteſcant illud
in quo gratia manifeſtatur eſt fides: et propter hoc fidem
gratiam preuenientem dicit. ¶ Ad quintum dicendum: quod
caritas: alio modo dicitur forma virtutum quam gratia. ca
ritas enim eſt forma virtutum ex parte actus in quan-
tum. ſ. omnes actus virtutum in ſuum finem conuo-
cat eo quod eius obiectum eſt finis vltimus: ſic enim eſt i
omnibus potentiis: et actibus ordinatis quod illa que al
tiorem finem reſpicit largitur formam arti que ſub ip
ſa eſt cuius actus in ſuum finem ordinatur: ſicut pa-
tet: quia gubernator oſtendit factori nauis qualis debe
at eſſe forma timonis. vnde caritas informat alias
virtutes: ſicut virtus virtutem: ſed gratia informat
per modum originis: quia. ſ. ex ipſa gratia quodammo
do formaliter oriuntur habitus virtutum per diuer
ſas potentias diffuſi. Illud autem quod ab alio orit
formam et ſpeciem ab eo trahit: et in ſuo vigore conſiſtit
quamdiu origini continuatur: et ideo non oportet quod gratia ſit idem
quod caritas quamuis caritas nunquam poſſit eſſe ſine gratia.

a Ad quintum ſic proceditur. videtur quod incon
uenienter gratia per operantem et cooperan
tem diuidatur: quia vt dictum eſt gratia non per
ſe reſpicit opus: ſed vnumquodque diuidendum eſt ſecundum
hoc quod ſibi per ſe conuenit vt in ſeptimo metha. dicitur.
ergo videtur cum operans et cooperans reſpectu ope
ris dicantur quod inconuenienter: gratia per hec duo
diſtinguatur. ¶ Preterea. ſi gratia eſt operans oportet
quod aliquid in anima operetur aut. ergo ſeipſam aut ali
quid aliud: ſed ſeipſam non facit cum nihil ſui ipſius
cauſa ſit nec eſt ſignare aliquid aliud quod in anima
operetur. ergo videtur quod inconuenienter aliqua gratia
operans dicatur. ¶ Preterea nullum opus eſt tan
tum gratie quod etiam li. ar. non ſit. ſi ergo gratia co
operans dicitur per hoc quod ſimul cum libero arbitrio opera
tur: videtur quod gratia quelibet cooperans dici debe
at. ¶ Preterea. illud quod cooperatur alicui non ſe
habet ſicut principale in operatione: ſed in omni ope
ratione in qua li. ar. et gratia conueniunt: gratia prin
cipalitatem optinet. ergo inconuenienter gratia co-
operans nominatur. ¶ Preterea. Aug. dicit in libro
de natura: et gratia quod gratia preuenit vt pie viuamus
et nos preuenit vt vocemur et ſubſequitur vt cum
illo ſemper viuamus: et tunc ſubſequetur vt glorifi-
cemur: et illa gratia preueniens ſtatum preſentis vi
te reſpicit: et gratia ſubſequens ſtatum glorie: cum igi-
tur operans et cooperans ad preſentem vitam perti
neant: videtur quod gratia operans et cooperans non ſint
idem quod preueniens et ſubſequens vt magiſter in
nuit. ¶ Reſpondeo dicendum: quod gratia habet in nobis di-
uerſos effectus ordinatos. Primum enim quod facit eſt
hoc quod dat eſſe quoddam diuinum: Secundus autem
effectus eſt opus meritorium quod ſine gratia eſſe non
poteſt: Tertius effectus eſt premium meriti. ſ. ipſa vi
ta beata ad quam per gratiam peruenitur. In actibus
etiam eſt quidam ordo: quia primum eſt opus interi
us voluntatis. Secundum eſt opus exterius quo vo
luntas completur: et ſecundum hoc quatuor Aug. diuerſimo-
de: videtur accipere gratiam preuenientem et ſubſe
quentem: quia conſiderato ordine meriti ad premi-
um quod ſequitur nominat gratiam preuenientem que
principium eſt merendi gratiam vero ſubſequentem
ſecundum habitum glorie qui in nobis beatam vitam effi-
cit vt patet in auctoritate inducta: ſecundum vero ordinem
actus interioris ad exteriorem ponit gratiam preue
nientem que creat motum bone voluntatis gratiam
vero ſubſequentem que opus exterius complet. vn
de dicit quod preuenit voluntatem vt velit bonum ſub
ſequitur vt compleat ſiue perſiſtat: et ſic quaſi in lit-
tera: videtur per totum accipere preuenientem et ſub
ſequentem: ſecundum vero ordinem eſſe quod dat
ad actum qui eſt operatio: ſic ponit gratiam preueni
entem que anime quoddam eſſe ſalubre confert: et
gratiam ſubſequentem que opus meritorium cauſat. vn
de dicit quod preuenit vt ſanetur: et ſubſequitur vt ſana
ti negotiemur. Sed diſtinctio gratie operantis et cooperantis pro
prie accipitur tantum prout pertinet ad ſtatum vi-
te preſentis. vnde dupliciter diſtingui poteſt. vno
modo vt per gratiam operantem ſignificetur ipſa
gratia prout eſſe diuinum in anima operatur ſecundum quod
gratum facit habentem: et per gratiam cooperantem
ſignificetur ipſa gratia ſecundum quod opus meritorium creat
prout opus hominis gratum reddit. Alio modo ſecundum
quod gratia operans dicitur prout cauſat voluntatis actum
et cooperans ſecundum quod cauſat exteriorem actum in quo vo-
luntas completur: et perſeuerantiam in illo: et vtroque
modo cooperans et operans: dicitur idem quod pre-
ueniens et ſubſequens. ¶ Ad primum ergo dicendum
quod quamuis non immediate gratia ad opus referatur tamen
eſt per ſe cauſa operis meritorii licet mediante vir-
tute: et ideo non eſt inconueniens ſi per operantem
et cooperantem diſtinguatur. ¶ Ad ſecundum dicen-
dum: quod gratia operans ſecundum vnam acceptionem dicitur
operari in anima non effectiue: ſed formaliter ſecun
dum quod quelibet forma facit eſſe aliquod in ſuo ſicut
albedo: facit eſſe album. vnde per hunc modum gra
tia dicitur operans: quia formaliter hominem deo gra
tum facit ſecundum vero aliam acceptionem dicitur
operans effectiue ſecundum quod habitus effectiue cauſat opus:
ita enim gratia motum meritorium voluntatis ope
ratur eliciendo ipſum licet mediante virtute propter
quod operans dicitur. ¶ Ad tertium dicendum: quod
ſi accipiatur gratia operans ſecundum primam acceptionem
tunc planum eſt quod effectus quod operatur formaliter ip
ſa ſola operatur: ſicut enim ſola albedo formaliter fa
cit album parietem: ita ſola gratia formaliter gratum
facit: ſed ſecundum aliam acceptionem verum eſt quod ipſe mo
tus voluntatis non eſt a gratia ſine li. ar. et tamen quia
ſe habet gratia vt principale: quia inclinat in talem ac
tum per modum cuiuſdam nature: ideo ipſa ſola ta-
lem actum dicitur operari non quod ſine libero arbitrio
operetur: ſed quia eſt principalior cauſa: ſicut graui-
tas dicitur operari motum deorſum. ¶ Ad quartum
dicendum: quod ſi dicatur gratia cooperans ſecundum
quod cauſat quecumque motum vel extrinſecum vel intrinſe-
cum: ſic dicitur cooperans non quia non ſit principa
lis cauſa in agendo: ſed quia li. ar. miniſtrat ſibi ac
tus: et gratia eſt forma per quam meritorius eſt. vn
de illud quod gratia miniſtrat eſt ſicut vltimum com
plementum: et propter hoc dicitur cooperans quaſi com
plens illud quod per li. ar. vt preiacens exhibetur:
Si autem accipiatur cooperans prout reſpicit actum
exteriorem tantum ſic dicitur cooperans non propter
principalitatem li. ar. ad gratiam: ſed propter prin-
cipalitatem actus ad actum actus enim interiores in
moralibus potiores ſunt exterioribus vt in decimo
ethicorum philoſophus dicit vnde conuenienter gra
tia ſecundum quod cauſat principalem actum dicitur ope-

rans: ⁊ ſecundum ꝙ ē̄at ſecundarium dr̄ cooperās.
¶ Ad quintum dicendum: ꝙ ꝗ̄uis quantum ad il-
lum modum acceptionis gratie preuenientis ⁊ ſub-
ſequentis operans ⁊ cooperans preuenienti ⁊ ſubſe
quenti non reſpondeat tamen ſcd̄m alias acceptio-
nes penitus idem ſunt: ⁊ h̄ modo magiſter in littera
ſumit.

a D ſextum ſic proceditur. videtur ꝙ gratia i
anima multiplicetur. Diuiſiones enim gra-
tiarum ſunt vt. i. Cor. xii. dicitur: ſed diuiſio
eſt cauſa numeri: ⁊ multitudinis. vnde ſecundum
Yſid. numerus dicitur quaſi nutus memoris. i. diui
ſionis. ergo videtur ꝙ in vna anima inueniant̄ mul
te gratie. ¶ Preterea. non poteſt idem eſſe prius ⁊
poſterius precedens ⁊ ſubſequens. ergo cū in vno
homine inueniatur gratia preueniens ⁊ ſubſequens
videtur ꝙ oporteat plures gratias in vno ⁊ eodem
homine eſſe. ¶ Preterea. omnis forma multiplica
tur ſecundum differentiam eorum que informat cū
diuerſorum diuerſe ſint forme: ſed gratia eſt forma
virtutum. ergo videtur ꝙ cum virtutes ſint diuer-
ſe ꝙ oporteat gratias eſſe multiplicatas. ¶ Prete-
rea. ea que differunt ſecundum genus non reducun
tur in idem principium: ſed virtutes a donis ſecun-
dum genus differunt: ⁊ ſimiliter a gratiis ſacramen
talibus. ergo videtur ꝙ a diuerſis gratiis oriuntur.
¶ Preterea. gratia datur in diuerſis ſacramentis:
⁊ vna habita non habetur alia: queciiꝗ̄ autem h̄ mo
do ſe habent ꝙ vnum eſt ſine altero oportet eſſe nu-
merata ⁊ diſtincta. ergo videtur ꝙ gratia non maneat
tantum vna: ſed per eſſentiam multiplicatur.
¶ Sed contra. Perfectio proportionatur perfecti
bili: ſed gratia perficit immediate eſſentiam anime
vt dictum eſt. Cum igitur eſſentia anime ſit vna nō
multiplicata in potentiis: videtur ꝙ etiam gratia ſit
vna non multiplicata in virtutibus. ¶ Preterea.
illud quod conuenit diuerſis ſecundum eandem ra
tionem oportet ꝙ ab vno principio procedat: ſed ea-
dem ratio merendi ē in omnibus actibus meritoriis:
cū igitur gratia ſit principium merendi: videtur ꝙ
gratia ſit vna tantum non multiplicata. ¶ Reſpon-
deo dd̄: ꝙ ſm̄ illos qui dicunt ꝙ gratia ⁊ virtus rea
liter non differunt: ſed ſolum ratione neceſſe eſt po-
nere ꝙ gratia multiplicetur per eſſentiam ſm̄ nume
rum virtutum ꝗ̄uis poſſint dicere ꝙ multiplicatio
non contingit in virtutibus ſecundum ꝙ habent ra-
tionem gratie: ſed ſm̄ ꝙ habent rationem virtutum
nihilominus tamē oportet dicere ꝙ ſint plures gra-
tie per eſſe diuerſe. Sed ſm̄ opinionem que ponit
gratiam a virtute differentem eſt multiplex modus
dicendi. Quidam enim qui ponunt gratiā non eſſe
ſicut in ſb̄o in eſſentia anime neceſſe habent ponere
ꝙ ſint plures gratie ſm̄ numerum virtutum diſtinc-
te non enim poteſt eſſe vt idem accidens numero in
diuerſis ſubis ſit. Si autem gratia ex eo ꝙ eſt forma
virtutum ponitur in eodem ſb̄o in quo eſt virtus ne
ceſſe eſt ꝙ ſit in qualibet potentia in qua eſt virt⁹ vl̄
per prius vel per poſterius ſm̄ ꝙ quedam virtutes
per prius a gratia informantur ꝗ̄ alie: non enim po
teſt dici ꝙ ſit idem lumen numero quod colores di-
uerſorum corporum informant niſi ſecundum ꝙ ac-
cipitur in vno ſb̄o continuo quod eſt aer. Si enī cō
ſideretur: vt receptum in ſuperficiebus diuerſorum
corporum oportet de neceſſitate ꝙ ſecundum numeꝛum
rum multiplicetur cum accidens multiplicetur mul
tiplicato ſb̄o. Quidam vero dicunt ꝙ gratia ſicut in
ſubiecto in eſſentia anime in qua omnes potentie ſi-
cut in cētro colligātur: vnde ſicut linee: ⁊ radii in cē
tro vniuntur: ⁊ ſecundum ꝙ magis a centro elongan
tur plus ab inuicem diuiduntur: ita etiam gratia ſe-
cundū ꝙ i eſſentia anime conſiſtit eſt vna multipli-
catur: autem ſecundum ꝙ in diuerſas potentias dif-
funditur in quibus rationem virtutis accipit. Sed
iſta opinio: videtur ſub ponere ꝙ gratia ⁊ virtus nō
differant ſecundum ſpecies vel rationes: ſed ſolum
ſecundum diuerſitatem ſubiecti. Si enim alterius
rationis eſt virtus a gratia tunc ex multiplicatione
virtutum in potentiis non ſequeretur multiplicatio
gratie: quia diffuſiones gratie in potentiis nomen ⁊ ra
tionem gratie amitterent ſicut ſi lumen a centro dif-
fundatur per diuerſos radios ꝗ̄diu manet in ratio
ne luminis dicitur lumē multiplicari ⁊ diuidi: ſed ſi
ſecundum diuerſas lineas diffuſiones luminis ratio
nes diuerſorum colorum acciperent tunc diceretur
⁊ lumen eſſet tantum vnum. ſ. quod eſt in centro: ⁊ ꝙ
colores in in diuerſis lineis creati eſſent multi niſi
forte dicatur ꝙ diffuſio gratie in potentias eſt preter
eſſentiam virtutum: ſicut diffuſio lucis ſuper colores
qui efficiuntur per eam viſibiles actu ſecundū quo
rundam opinionem eſt preter eſſentiam coloris vt
dictum eſt: vt ſicut lux ſuper colores diffuſa prebꝫ co
loribus ꝙ ſint viſibiles actu: ita diffuſiones gratie q̄
ſi quidam radii eius prebeant virtutibus efficatiā
merendi: ſic enim radius gratie receptus in potētia
retineret rationem lucis ⁊ differt a gratia que eſt in
eſſentia anime: ſicut lumen a luce: ⁊ ita gratia prout
eſſet in eſſentia anime eſſet vna: ſed gratie diffuſe i
potentias eſſent multe: ſed hoc non poteſt ſtare: quia
ad actum meritorium non requiruntur niſi duo: vnū
eſt vt agens actum dignus vita eterna habeatur: ⁊
ad h̄ ſufficit gratia que eſt in eſſentia anime animā
gratificans. Aliud eſt vt actus ipſe ſit in debitū ſi-
nē relatus: ⁊ debitis circumſtantiis veſtitus: ⁊ ad h̄
ſufficit virtus. vnde ad eliciendum actum meritori
um non requiritur aliquid preter gratiam que eſt in
eſſentia: ⁊ virtutem que eſt in potentia anime quaſi
aliqua diffuſio gratie ab eſſentia anime perueniat in
potentiam preter virtutem. Et ideo alii melius dīt
ꝙ. ſ. gratia eſt vna tantum non multiplicata virtutes
autē ſunt multe que quidem virtutes in aliud gen⁹
cadunt ꝗ̄uis a gratia procedāt: ſicut etiam potentie
anime ab vna eſſentia procedunt: nec tamen eſt ea-
dem ratio potentie ⁊ eſſentie: ⁊ ideo potentie multi-
plicantur: ſed eſſentia manet tātū vna que omnes
conueniunt in h̄ quod conuenit eis ſecundū ꝙ ſunt
in tali eſſentia diſtinguuntur autem ſecundū diuer
ſas rationes potentiarum: ita etiam: ⁊ virtutes ha-
bent etiam rationem merendi que conuenit eis ſe-
cundum h̄ ꝙ a gratia oriuntur differunt autē ſm̄ ꝓ
prias rationes in quantum virtutes ſunt.
¶ Ad primū ergo dicendū: ꝙ Apoſtolus large ac
cipit gratiam pro quolibet dono quod nobis grat̄ a
deo ꝯfert: ⁊ hec quidē dona plura: ⁊ diuiſa ſunt. Sꝫ
nos hic loquimur de gratia prout eſt primum donū
gratam faciens animā. ¶ Ad ſecūdū dd̄: ꝙ quocūꝗ̄
mō diſtinguat̄ maxime ꝗ̄ ad duas diſtinctiōes ope
rans ⁊ cooperans preueniens ⁊ ſubſequens nō diffe
runt ꝑ eſſentiā: ſed ratione tantū. vna enim forma ē
que dat eſſe: ⁊ que eſt principiū operis vnus etiā ha
bitus eſt qui elicit actum extrinſecum ⁊ intrinſecum

vnde eadem gratia eſt operans ⁊ cooperans nec di-
citur preueniens ⁊ ſubſequens propter ordinez gra
tie ad gratiam: ſed propt ordinē effectus ad effectū.
¶ Ad tertiū dicendū: ꝙ rō illa procedit de forma q̄
eſt intrinſeca rei ⁊ quaſi conſtitutiua eius: ſic autem
gratia non dicit̄ eſſe forma virtutum: ſed quaſi prin
cipium a quo virtutes formalit̄ oriunt̄. ¶ Ad quar
tum dicendum: ꝙ diuerſitas virtutum ⁊ donorum ac
cipit̄ tātum ſm diuerſitatem actuum: cōueniūt autez
actus in rōne merendi. vnde oz ꝙ primum pncipi-
um a quo rōnem merendi habent ſit vnum: ⁊ ꝙ di-
uerſitas eorum in genere ⁊ in ſpē ſit ex diuerſitate ac
tuum ⁊ obiectorum. ¶ Ad quintum dicēdum: ꝙ gr̄a
in diuerſis ſacramentꝭ dat̄ ad diuerſos effectus ſm
ꝙ plures infirmitates ex peccato conſequunt̄ cōtra quas
precipue gr̄e ſacramentales ordinant̄. ⁊ ideo ſic dif
fert virtus a virtute per hoc ꝙ ordinat̄ ad diuerſuz
actum: ita etiā differt vna gr̄a ſacramentalis ab alia
per hoc ꝙ ad diuerſos effectus ordinat̄. vnde ſic ex
multiplicatione virtutum n̄ ſequit̄ multiplicatio gr̄e
ita etiam ex multiplicatione ſacramentorum non ſe-
quit̄ multiplicatio illius gr̄e de qua nunc loquimur:
quia ille perfectiones que in diuerſis ſacramentꝭ con
ferunt̄ quedam emanationes ſunt illius gr̄e de qua
nunc loquimur: ſicut ⁊ virtutes. Sed quia non habent
propria nomina: ideo cōmunit̄ noīe gr̄e nuncupant̄.
¶ Hec eſt gratia operans ⁊ cooperans ⁊c. De qua
ſ. ſ. mentionem fecit cum dixit ipſa gratia preuenit
⁊c. Uoluntas eſt cum motus ⁊c. Sciendum ꝙ hic
non diffinit voluntatem que eſt potentia: ſed volun-
tatem que eſt actus. h enim cōmune eſt fere in oībus
potentiis anime vt eodem nomine potentia: ⁊ actus
nominetur: ⁊ ſic fere per totuz hic voluntas accipit̄.
Sed ipſa meret̄ augeri ⁊c. De augumento gr̄e eodē
modo poteſt diſputari: ſicut de augmento caritatꝭ de
quo ſupra dictum eſt primo li. di. xvii. Cetera poteſt
homo volens ⁊c. Intelligenduz eſt de actibus exte-
rioribus non autem de interioribus: q2 diligere nul-
lus poteſt niſi volens. Sequit̄ tardus aut nullus af
fectus ⁊c. Iſte affectus eſt per modum operatiōis p̄
cedentꝭ habitū virtutꝭ que ex ſola deliberatione rō-
nis procedit: ſed affectus perfectus q delectationē
habet eſt in operatiōe que ſequitur habituz: q2 ſignū
oportet habitus accipere fientem in opere delecta-
tionem vt in ſecundo ethi. phs dicit.

## Diſtinctio. Uigeſimaſeptima.

### Quid ſit ipſa gr̄a ⁊ quomodo mereat̄ augeri querit̄.

s Juero querit̄ quomodo illa gratia preueniens mereat̄ augeri cum nullum meritum ſit ſine lib. ar. ⁊ quid ſit ipſa gr̄a: an virtus: an non. Et ſi virtus: an actus vel non. Ut hoc aperte inſinuari valeat: premittendum eſt tria eſſe genera bonorū Alia nāq3 ſunt magna. alia minima. Alia media: vt Augu. ait in. i. li. de rettactationibus. Uirtutes inquit quibus recte viuit̄ magna bona ſunt. Species autem quorumlibȝ corporuȝ ſine quibus recte viui poteſt: minima bona ſunt. Potentie vero animi ſine quib9 recte viui non poteſt media bona ſunt. Item virtutibus nemo male vtit̄. Ceteris autem bonis. i. mediis ⁊ minimis: non ſolum bene ſed etiam male quiſq3 vti poteſt. ⁊ ideo virtute nemo male vtit̄. quia opus virtutis eſt bonus vſus iſtorum: quibus etiam non niſi bene vti poſſumus. nemo autem bene vtendo male vtit̄. non ſolum autem magna: ſed etiaz media ⁊ minima bona eſſe preſtitit bonitas dei. Ecce habes tria genera bonorum diſtincta.

### In quibus bonis ſit liberum arbitriuz.

q Uerit̄ autem in quibus bonis contineat̄ libe. ar. de hoc Augu. in. i. li. retractationum ait ita. In mediis quidem bonis inuenit̄ liberum voluntatꝭ arbitrium. quia ⁊ male illo vti poſſumus: ſed tamē tale eſt vt ſine illo recte uiuere nequeamus Bonus autez uſus eius iam uirtus eſt: que in magnis reperit̄ bonis: quibus male uti nullus poteſt. ⁊ quia bona ⁊ magna ⁊ media ⁊ minima ex deo ſūt ſequit̄: ut ex deo ſit etiam bonus uſus libere uoluntatꝭ qui uirtus eſt: ⁊ in magnis numerat̄ bonis. Attende diligent̄ que dicta ſunt ⁊ confer in unuz. Sic enim aperiet̄ quod ſupra querebat̄. Dixit equidem opus uirtutꝭ eſſe bonum uſum illorum bonorum: quibus etiam non bene uti poſſumus. i. mediorum. in quibus poſuit liberum arb. cuius quoq3 bonum uſum dixit eſſe uirtutem. quod ſi eſt: non eſt ergo opus uirtutis quod ſupra dixit. quia aliud eſt uirtus: aliud opus eius.

### De uirtute quid ſit ⁊ quid actus eius.

b Je uidendum eſt qd ſit uirtus ⁊ qd ſit actus vl̕ opus ei9. Uirtus ē ut ait Augu. bona qualitas mentis: qua recte uiuitur: ⁊ qua nullus male utitur. quā deus ſolus in homine operatur. ideoq3 opus dei tantum eſt. ſicut de uirtute iuſtitie Aug. docet ſuper illum locum pſalmi. Feci iudicium ⁊ iuſtitiam: ita dicens. iuſtitia magna uirtus animi eſt: quam non facit in homine niſi de9. Ideoq3 cum ait propheta ex perſona eccleſie. Feci iuſtitiam non ipſam uirtutez quā non facit homo. ſed op9 ei9 intelligi uoluit. Ecce aperte inſinuat̄ hic ꝙ iuſtitia in homine non eſt op9 hominis. ſed dei. quod ⁊ de aliiſ virtutib9 idem intelligendum eſt.

De fide itidem dicit quod non eſt ex homine: ſed ex deo tantum.

Az de gr̃a fidei epheſiis ſcribẽs apo
i ſtolus: ſiſr fidẽ nõ ex hoĩe: ſ3 ex deo
tm̃ eẽ aſſerit inquiens. gr̃a eſtis ſaluati
p fidẽ. ⁊ hoc nõ ex vob. dei eñi donũ ẽ. qd̃ a
ſanct. ita exponit̃ hoc. i. fides nõ ẽ ex vi natu
re nr̃e. q2 donũ dei pure ẽ. Ecce ⁊ hic mani/
feſte tradit̃ q fides nõ ẽ ex libertate arbitrii:
ſiue ex arbitrio voluntat. qd̃ ſupioribus cõ
ſonat: vbi dictũ ẽ gr̃am p̃ueniẽtẽ vel operãtẽ
eẽ virtutẽ q̃ voluñtatẽ hoĩs liberat ⁊ ſanat. Uñ
Auguſ. in li. de ſpũ ⁊ lr̃a ait. Juſtificati ſum⁹
nõ p liberã voluñtatẽ: ſ3 p xp̃i gr̃am. nõ q ſine
voluñtate nr̃a fiat: ſed voluñtas nr̃a oſtendit̃ in
firma p legẽ: vt ſanet gr̃a voluntatem: ⁊ ſana
voluntas impleat legem.

De gr̃a que liberat voluñtatẽ que: ſi virtus
ẽ virtus nõ ẽ ex li. ar. ⁊ ſic nõ ẽ motus menti.

J igit̃ gr̃a q̃ ſanat. ⁊ liberat volunta
s tẽ hominis: virtus ẽ vl' vna vl' plures
cũ ipa gr̃a nõ ſit ex arbitrio voluñtat.
ſ3 eã potius ſanet ac p̃paret vt bona ſit: cõſe/
quit̃ vt virtus non ex libero ſit arbitrio. ⁊ ita
nõ ſit motus vel affectus menti: cũ oĩs mot⁹
vel affectus menti ſit ex li. ar. ſ3 bonus ex gr̃a
⁊ li. ar. mal⁹ vero ex li. ar. tm̃. Ut. n. ait Aug.
in. i. li. retractationũ. Nõ ſpõte ⁊ li. ar. cadere
potuit nõ ẽt reſurgere. Jtẽ in li. de duabus
aiabus. Anime ſi libero ad faciendũ ⁊ nõ fa
ciendũ motu ai carent: ſi deniq3 his abſtinẽ/
di ab opere ſuo ptãs nulla concedit̃: eax pec
catum tenere non poſſumus. Hic aperte oñ
dit̃ q motus ai ſiue ad bonum ſiue ad malũ
ex libero ar. eſt. Jdeoq3 ſi gr̃a vel virtus mo/
tus menti eſt: ex li. ar. eſt. Si vero ex li. ar. vel
ex parte eſt: iam non ſolus deus ſine hoĩe eã
facit. Propterea quidã nõ inerudite tradũt
virtutẽ eſſe bonã menti qualitatẽ ſiue formã
que animam informat. ⁊ ipſa non eſt motus
vel affectus ai ſed ea li. ar. iuuat̃ vt ad bonum
moueat̃ ⁊ erigat̃. ⁊ ita ex virtute ⁊ libero ar.
naſcit̃ bon⁹ mot⁹ vl' affect⁹ ai. Et exinde bo
nũ op⁹ pcedit exterius. Sic̃ pluuia rigat̃ ter
ra vt germinẽ ⁊ fructũ faciat. nec pluuia ẽ ter
ra nec germẽ nec fruct⁹ nec terra: germẽ vl' fru
ct⁹. nec germẽ fruct⁹. Jta grati terre meti nr̃e
i. arbitrio voluntat infundit̃ pluuia diuine
benedictionis. i. inſpirat̃ gr̃a. quod ſolus de
us facit. non homo cum eo qua rigat̃ volun
tas hominis ut germinet ⁊ fructificet. i. ſena
tur ⁊ preparat̃ ut bonum uelit ſecundu3 qd̃
dicit̃ operans. ⁊ iuuat̃ ut bonum faciat. ſecũ
dum quod dicit̃ cooperans ⁊ illa gr̃a uirtus
non incongrue nominat̃. quia uoluntatẽ ho
minis infirmam ſanat ⁊ adiuuat.

Quo ſenſu dicunt̃ ex gr̃a incipere bona
merita: ⁊ de qua gr̃a hoc intelligat̃.

Um uero ex gr̃a dicunt̃ eſſe bona
c merita ⁊ incipere: aut intelligit̃ gr̃a
grati dans. i. deus uel potius gratia
grati data: que uoluntatem hominis preue/
nit. Non enim magnum eſſet ſi hec a deo di
cerent̃ eſſe: a quo ſunt omnia: ſed potius ei⁹
gr̃a grati data intelligit̃ ex qua bona merita
incipiunt. que cu3 ex ſola gr̃a eſſe dicant̃: nõ
excludit̃ liberum ar. quia nullum meritum ẽ
in homine quod non ſit per liberum ar. Sed
in bonis merẽdis cauſe principalitas gr̃e at
tribuit̃. q2 p̃ncipalis cã bonox meritox eſt
ipſa gr̃a q̃ua excitat̃ li. ar. ⁊ ſanat̃ atq3 iuuat̃
voluntas hominis vt ſit bona.

Qd̃ bona voluñtas gr̃e principalit̃ ẽ ⁊ eti
gr̃a eſt: ſic ⁊ omne bonum meritum.

Ue ipſa eti donu3 dei eſt: ⁊ hoĩs me
q ritum: immo gr̃e. q2 ex gr̃a principa
lit̃ eſt ⁊ gr̃a eſt. Unde Aug. ad ſixtũ
pbr̃m. Quod eſt meritu3 hominis an̄ gr̃a3?
Cum oẽ bonũ nr̃m meritu3 non in nob' fac̃
niſi gr̃am? Ex gr̃a enim vt dictũ eſt que pre
uenit ⁊ ſanat arbitriũ hoĩs: ⁊ ex ipõ arbitrio
pcreat̃ i aia bonus affectus ſiue bonus mo/
tus menti: ⁊ hoc eſt primũ bonum hominis
meritum. Sic̃ verbi gr̃a ex fide virtute ⁊ ho/
minis arbitrio generat̃ in mente motus qui
dam bonus ⁊ remunerabil'. ſ. ipſu3 credere.
Jta ex charitate ⁊ li. ar. alius quidam motus
prouenit. ſ. diligere bonus valde. Sic de ce/
teris virtutibus intelligendum eſt. ⁊ iſti bo/
ni mot⁹ vel affectus niſi merita ſunt ⁊ dona
dei: quibus meremur ⁊ ipſorum argumen/
tationẽ ⁊ alia que ↄſequenter hic ⁊ in futuro
nobis apponunt̃.

Ex qua rõne dicit̃ fides mereri iuſtifica/
tionem ⁊ alia.

Um ergo dicit̃ fides mereri iuſtifica
c tionem ⁊ uitam eterna3: ex ea rõne di
ctum accipit̃: quia per actu3 fidei me
ret̃ illa. Similiter de charitate ⁊ de iuſticia ⁊
de aliis accipit̃. Si enim fides ipſa virt⁹ pre
ueniens diceret̃ eſſe menti actus qui eſt me/
ritum: iam ipſa ex libero ar. origine3 habe3
quod q2 ſi eſt ſic dicit̃ eſſe meritũ: quia act⁹
ei⁹ eſt meritum: ſi tamen adſit charitas ſine q̃
nec credere nec ſperare meritum ure eſt. Un
de apparet uere quia charitas eſt ſpũs ſcũs:
que anime qualitates informat ⁊ ſanctificat
ut eis anima informet̃ ⁊ ſanctificet̃. Sine q̃
anime qualitas non dicit̃ uirtus. quia non
ualet ſanare animam.

De muneribus virtutuȝ ⁊ de gr̃a q̃ non eſt: ſed facit meritum.

minem ſine gratia ⁊c. Ponuntur ergo quattuor poſi/
tiones: quarum prima eſt q̄ ſine gratia poteſt homo
perfecte legem dei implere ex ſolo li. ar. Quis gra/
tia ad hoc detur: vt facilius homo impleat ad quod
etiam nos deus iuuat inſtruendo per ſuam legem.
Secunda poſitio conſequens ex prima eſt q̄ nō opor
tebat orare neqȝ pro fidelibus neqȝ pro infidelibus:
cum ex ſeipſis homines bene vel male operari habe
ant. Et hoc ibi deſtruuntur ⁊ orationes ⁊c. Tertia ē
quia dicunt q̄ homo ex propriis actibus gratiaz dei
meretur. ibi. Gratiam dei qua liberamur ab impie/
tate ⁊c. Quarta eſt: q̄ hominez ſine peccato origina
li naſci dicunt: ⁊ hoc ibi. Paruulos etiā ſine vllo ⁊c.
Quid vero dixit ⁊c. Hic ponitur cōfirmatio p̄dictaꝝ
pōnum. Et diuiditur in partes ſex ſm ſex auctorita/
tes Augu. que inducuntur: ex quibus error Pella/
gii ɔfirmari videtur. Scda incipit. ibi. Aliter etiam
innitebatur ⁊c. Tertia. ibi. Alibi etiam Aug. dicit ⁊c.
Quarta. ibi. Sic etiam intelligendū ⁊c. Quinta. ibi.
In expōne quoqȝ ⁊c. Sexta. ibi. Illud etiam diligē/
ter ⁊c. Hic quinqȝ queruntur. Primo vtrū ſine gratia
homo aliquod bonum facere poſſit. Secundo vtruz
ſine gratia poſſit homo vitare peccatuz. Tertio vtꝝ
homo ſine gratia poſſit mandatum legis implere.
Quarto vtrum ſine gratia ſaltem gratis data poſſit
ſe homo ad gratiam preparare. Quinto vtrum ſine
gratia poſſit homo ſcientiam veritatis habere.

D primum ſic proceditur: videtur q̄ homo ſi
a ne gratia nullū bonū facere poſſit: quia ſicut
Io. xv. dicitur a xp̄o diſcipul' ſine me nihil
poteſtis facere: ſed deus non habitat in nobis niſi p̄
gratiam. ergo videtur q̄ ſine gratia homo nihil bo/
ni facere poſſit. ¶ Pre. cogitatio boni precedit ope
rationem eiuſdem: ſed vt dicitur. ii. Cor. iii. Nō ſu/
mus ſufficientes aliqd cogitare a nobis quaſi ex no/
bis. ergo videtur q̄ nullatenus ſine gratia bonū ope
rari poſſumus. ¶ Pre. ſicut dicit Aug. ad Bonifa/
ciū papam. Non pōt homo aliquod bonum niſi iuue
tur a deo qui malū velle nō poteſt ſed adiutorium ei'
qui malum velle non poteſt. ſcilicet dei eſt gratia ip
ſius. ergo homo ſine gratia nihil bonū vel nec face/
re poteſt. ¶ Pre. nō poteſt homo eſſe iuſtus ⁊ bon'
ſine gratia. ſed in hoc q̄ aliquis bona ⁊ iuſta operat̄
iuſtitia ⁊ bonitas hominis attenditur. ergo homo ſiñ
gratia non poteſt aliquod bonum facere. ¶ Pre. ni/
hil poteſt in effectum qui eſt vltra ſuam perfectio/
nem. ſed boni actus excedunt bonitatem naturalium
potentiarum: q̄ computantur inter magna bona: cū
potētie inter media bona cōputent̄. ergo hō p̄ poten
tias naturales ſine additione gratie nō pōt in bonaz
operationē. ¶ Cōtra. nulli fit admonitio vel precep
tum de eo quod facere nō poteſt: ſed quotidie homi
nes admonentur vt bona faciant. ergo bona facere ē
in eoꝝ poteſtate etiam ſine gratia. ¶ Pre. ſm Da.
Nulla res deſtituitur p̄pria operatione: ſȝ bona ope
ratio hois eſt q̄ eſt p̄pria eius. i. ſm rōnem ordinataz
ſicut ⁊ malū hominis eſt ɔtra rationem eſſe: vt Dio.
q̄rto ca. de diui. no. dicit. ergo homo per ſe ſine gra/
tia adiuncta poteſt in bonam operationem. ¶ Reſ/
pondeo dicēdo: q̄ cū virtus eētiam cōſequat̄: oȝ q̄
ſm diuerſitatē naturaꝝ ſit diuerſa facultas ad operā
dum: qd̄ qdaȝ non attendētes pari modo operationē
li. ar. ⁊ reꝝ naturaliū determinauerūt credētes q̄ ſi/
cut lapis de neceſſitate ſuā operationē habet vt eat
deorſum niſi aliquid impediat: ita etiaȝ homo neceſ
ſario operationes ſuas exerceat ſm congruentiā alī
cuius nature in ipſo exiſtentis. ⁊ q̄ in homine conſi/
deratur duplex natura. vna. ſ. intellectualis: ex qua
ineſt homini inclinatio ad appetendū p̄ ſe deſidera/
bilia ⁊ honeſta. ⁊ altera ſenſibilis ſȝ quā prius eſt ad
appetendū ⁊ ad cōcupiſcendū ea que ſunt delectabi
lia ſm ſenſū. ideo ad hec duo reſpiciētes heretici cō/
trarias hereſes ex eadem radice prodeuntes confi/
xerunt. quoꝝ qdam. ſ. Iouiniani attendētes ad intel
lectualem naturam hominem de neceſſitate bñ ope/
rari ⁊ nunq̄ poſſe peccare aſſerebant. Alii vero. ſ.
Manichei reſpiciētes ad naturam ſenſibilē: quam
ſm ſe malam eſſe dicebant: ⁊ a malo deo originez ha
buiſſe dixerunt q̄ homo de neceſſitate peccat nec bo
num facere poteſt. In hoc penitus li. arbi. vtriqȝ de
ſtruentes. nō. n. eſſȝ homo li. ar. niſi ad eum determi
natio ſui operis pertineret: vt ex proprio iudicio eli
geret hoc aut illud: vt ſupra dictum eſt. Et ideo alii
naturam li. ar. ſaluare volentes in alium errorem p̄
lapſi ſunt. ſ. pellagiani facultatem li. ar. amplianteſ
Dicunt enim q̄ q̄ li. ar. de ſe non eſt terminatuz ad
aliquod opus: ſed ex ipſo pēdet determinatio cuiuſ
cunqȝ operis. ideo homo per li. ar. in quodlibet bo/
num opus poteſt ſine aliqua gratia ſuperaddita etiā
in opus meritorium. non attendentes q̄ opus meri
toriū nō determinet genus act' ſȝ efficaciā. Genera
eni actuū diſtinguūtur ſm diuerſitatē obiectorū: ⁊ q̄

li.ar.ad nullũ obiectũ determinatũ eſt: iõ in q̃ðlibet genus act⁹ ex ſe põt: vt.vʒ.facere fortia ⁊ iuſta: ⁊ huiuſmodi. Sʒ act⁹ meritori⁹ hʒ efficaciã excedentem naturalẽ virtutẽ: inq̃ʒtũ eſt efficax ad illud premium ɔſequendũ: quod facultatẽ nature excedit. ⁊ iõ q᷑ op⁹ ſit meritoriũ nõ poteſt li.ar.ex ſeipſo niſi ſublevetur ꝑ habitum: qui etiã nature facultatez excedat q̃ gratia dicitur. ⁊ ideo ſm fidem catholicam in medio cõtrariarum hereſum intendendum eſt: vt.ſ. dicam⁹ hominem per li.ar. ⁊ bona ⁊ mala facere poſſe: non tamen in actum meritorium exire ſine habitũ gratie: ſicut etiam nõ poteſt homo ſine habitu virtutis acquiſite talem actum facere qualẽ facit virtuoſus ad modum agendi: lʒ poſſit talem facere q̃ʒtum ad genus operis: vt ly per ſe: non excludat divinam cãlitatem ſm q᷑ ipſe deus in omnibus operatur: vt vniuerſaliſ cauſa boni: vt dicitur Iſa.xxvi. Omnia opa noſtra operatus es in nobis domine. Sed excludit habituʒ aliquem cauſatum naturalibus ſuperadditum.

¶ Ad primum ergo dicendũ: q᷑ ſicut ſupra dixit magiſter. Gratia dupliciter dicitur. Uno modo donum gratuitũ. alio modo ipſe deus gratis dans. Dona ãt gratuita proprie dicuntur que naturalibus ſuperaddita ſunt: ſine quibus donis homo multa bona facere poteſt: q̃ʒuis non meritoria: nihil tamen boni poteſt facere ſine gratia dei ſm q᷑ intelligitur gratia ipe ds gratis dans: eo q᷑ ipſe eſt principium omnis boni: nõ tantum in hominibus: ſed etiam in aliis creaturis: ⁊ ſic intelligendum eſt quod dicitur Sine me nihil poteſtis facere. Et ſic etiam poteſt intelligi qð Apoſtolus dicit: q᷑ non ſumus ſufficientes cogitare ⁊c. Uel intelligendum eſt de cogitatione illorum que ad fidẽ pertinent: que capacitatem naturalis rationis excedunt. ⁊ ad hoc homo ſufficiens non eſt ſine gratia fidei. Unde patet reſponſio ad ſecundum. ¶ Ad tertium dicendum: q᷑ deus non tantum iuvat nos ad bene agendum per habitum gratie: ſed etiam interius operando in ipſa voluntate: ſicut in qualibet re operatur etiam exterius occaſiones ⁊ auxilia prebendo ad bene agendum: ⁊ ſine his omnibus nullus bene facere poteſt. oportet enim q᷑ ſicut motus difformes regulantur a motu vniformi: ita voluntates noſtre q̃ in bonum ⁊ malum flecti poſſunt dirigẽtur ab illa voluntate que non niſi recta eſſe poteſt. Uel dicendum: q᷑ intelligit de bono meritorio. ¶ Ad quartum dicendum: q᷑ aliquis poteſt dici iuſtus dupliciter. vel iuſtitia civili: vel iuſtitia infuſa. Iuſtitia autem civili poteſt aliquis iuſtus effici ſine aliqua gratia naturalibus ſuperaddita. non autem iuſtitia infuſa neutra tamen iuſtitia conſiſtit in hoc qð eſt iuſta operari: non enim quicunq; iuſta operatur iuſtus eſt. ſed qui hoc operatur ſicut iuſtus: vt in ſecũdo ethi. dicitur. Unde non ſequitur: q᷑ ſi etiam iuſtitia civilis ſiñ gratia haberi non poſſet: q᷑ homo per li.ar.non poſſet iuſta operari. ¶ Ad quintum dicendum: q᷑ bonuʒ op⁹ dicitur dupliciter. vel opus quod eſt a virtute procedens ea informatum: ⁊ hoc opus bonuʒ perfectionẽ rationis excedit: ſiue ſit virtus acquiſita ſiue infuſa. vnde talis actus non eligitur a potentia niſi ſit ꝑ habitum virtutis perfecta: eſt aũt aliud bonum op⁹ etiã virtutem antecedens quod virtutem acquiſitã cauſat ⁊ ad infuſam diſponit: vt patet in eo qui iuſta operatur: non ſicut iuſtus: q: indelectabiliter: ⁊ talis operatio naturalem perfectionem rationis non excedit: q: tota rectitudo huius operis eſt ſm regulam rationis in qua ſunt principia iuris quibus opus bonum regulatur: niſi forte ſm q᷑ quelibet operatio excedit potentiam ſicut complementum eius.

Ad ſecũdum ſic proceditur. videtur q᷑ hõ ſiñ
a gratia nõ poſſit peccatũ vitare. Primo ꝑ hoc quod ſupra magiſter dixit: q᷑ hõ ante reparationem gratie per li.ar.non põt nõ peccare etiã mortaliter. ergo ſine gratia hõ vitare nõ poteſt peccatuʒ. ¶ Pre. per peccatũ in aliquo libertas ar. immutata ẽ ſed homo in primo ſtatu hoc habuit q᷑ bonũ facere poterat: ſed nõ meritoriũ: in ſtatu naturaliũ ergo ſaltem in hoc per peccatũ etiam immutatum eſt li.ar. q᷑ homo vitare peccatũ nõ poſſit. ¶ Pre. Augu. dicit in lib. de vera relig. q᷑ natura ſuperba neceſſe habet alii invidere: eadem aũt ratione qui eſt in vno peccato neceſſe habet in aliud peccatum cadere: ſed quantum ad preſentem ſtatum quilibet homo vel eſt in peccato vel in ſtatu gratie. ergo videtur q᷑ ſi nõ eſt in gratia q᷑ peccatum vitare non poſſit. ¶ Pre. habẽs pedem claudum non poteſt ambulare niſi claudicando ſed peccatum eſt ſicut quedam curvitas voluntatis. ergo homo in ſtatu peccati exiſtens non poteſt non peccare. ¶ Prete. mors ex peccato conſecuta eſt: vt Ro.v. dicitur. ergo vbi eſt neceſſitas moriendi ibi eſt neceſſitas peccandi. ſed in ſtatu iſto ineſt nobiſ neceſſitas moriendi: ergo ⁊ neceſſitas peccãdi.

¶ Pre. quicunq; tentationi reſiſtit tentantem vincit: ſed vincenti premium eternũ ꝓmittitur. Apoc.ii. ⁊.iii. Cum ergo ad premiũ eternũ nullus ſine gratia venire poſſit: videtur q᷑ nec ſine ea aliquis poſſit tẽtationi reſiſtere peccatũ vitando. ¶ Contra. Greg. dicit: q᷑ debilis eſt hoſtis qui non poteſt vincere niſi volentẽ: ſed qð eſt ꝑ voluntatem nõ eſt per neceſſitatem. ergo homo non neceſſario a peccato ſuperatur: ſed illud vincere poteſt. ¶ Pre. vbicunq; eſt neceſſitas agendi: ibi eſt vĩtus activa determinata ad vnũ ſed hoc eſt ɔtra rationem li.ar. ergo homo in peccato exiſtens non habet neceſſitatem peccandi: ſed peccatum vitare poteſt. ¶ Reſpondeo dicendo: q᷑ vt ſupra dictũ eſt: quidam heretici poſuerunt in nobis naturam quandam eſſe malam que hominem neceſſario ad peccandum impellit. Hic autem error: vt dictum eſt omnino li.ar. excludit ⁊ naturam rationis ⁊ volũtatis. vnde nec fidei nec philoſophie conſonat. Alii vero naturam li.ar. ſervare volentes: dicũt quidem q᷑ homo ſm naturalem ſuam virtutem hoc modo conditus eſt: vt peccatum vitare poſſet: ſed per peccatum virtus illa adeo immutata eſt: vt homo in peccato exiſtens vitare peccatum nõ poſſit: ſed in aliud peccatum precipitetur niſi per gratiam liberetur. ne anteʒ omnino peccatum neceſſariũ ponere videant̃: dicũt quidaʒ q᷑ homo in peccato mortali exiſtens poteſt hoc vel illud peccatum vitare: nõ tamẽ oĩa: ſicut etiã de venialib⁹ dicit̃. Dñt ẽt q᷑ põt hõ in pctõ mortali exñs ad tp̃s ſtare ne in pctũ cadat: ſʒ nõ diu. Iſta ãt põ multiplr̃ apparet falſa. Primo: q: cũ peccatũ bona naturalia nõ tollat: ſʒ diminuat illud qð ad naturã potẽtie naturalis pertinet: hõ per pctũ amittere nõ põt: ⁊ ſi in illo infirmet̃. Cũ igitur libera electio vl̃ fuga boni ſeu mali ad naturã li.ar. pertineat: nõ põt eẽ vt pctũ ſubtrahat̃ hõi facultas fugiendi pctũ: ſʒ ſolũ q᷑ minuat̃ ita.ſ. q᷑ illð peccatũ qð hõ aũ vitare de facili poterat: poſtmodum difficulter vitet. Siľr ẽt qð inducũt de peccato veniali nõ eſt ſiľe. q᷑ eni nõ poſſum⁹ oĩa venialia pctã vitare:

ſed ſingula p̄cipue.ꝓpter primos mot⁹ dicit̄ ad quos
nō requirit̄ deliberatio conſenſus.ſ; ſunt quidam ſu
biti mot⁹: vnde du; homo vni obſtare nititur ex alia
p̄te alius motus inſurgit. ſed pctm̄ mortale requirit
ↄſenſu determinatū.vn̄ ſi pōt vitare hoc ⁊ illud: po
teſt eadem rōne vitare oia.nec iter pōt dici ꝙ ad tē-
pus vitet ⁊ nō diu:q: li.ar.reſiſtens malo nō efficit̄ i
firmus ad malū vitandū: ſed multū forti⁹ .vn̄ multo
magis poſtea pōt vitare peccatū ꝙ̄ ante. Et ideo cū
aliis dōm eſt: ꝙ vitare peccatū intelligi pōt dupli-
ter.aut pctm̄ iam ↄmiſſū:aut peccatū ↄmittendū. Si
intelligat̄ de pctō iam cōmiſſo:ſic hō in pctō mortali
exn̄s nō pōt peccatū vitare ſine gratia:q: nō pōt ſe a
pctō preterito abſoluere ⁊ a reatu culpe:niſi per gra-
tiam liberet̄ .⁊ in hoc errabat Pellagi⁹ eſtimans ho
minē ꝓpriis operib⁹ ſine gratia poſſe ſe a peccatis p̄
teritis abſoluere: ſatiſfaciēdo:pctm̄ aūt cōmittendu;
pōt hō vitare ēt ſine gratia ꝙ̄tuncūq; in pctō mortali
exiſtat. Si uō gratia intelligatur aliquis habitus in-
fuſus ⁊ non ipſa diuina voluntas p quā oia bona exe
antur: ⁊ mala repellunt̄.℄ Ad primū ergo dō; : ꝙ ſi
cut videre dicit̄ duplr̄.i.habere viſū ⁊ vti viſu:ita ⁊
peccare :vn̄ cū dr̄ ꝙ hō nō pōt nō peccare an̄ repa-
rationem itelligit̄ nō habere pctm̄.ſ; nō pōt intelli-
gi ꝙ nō poſſit nō vti peccato.℄ Ad ſcōm dōm: ꝙ li-
bertas ar.innata ē per peccatū:ſ; nō ablata. Qḋ aūt
dicitur vt li.ar.oino nō poſſit qḋ pri⁹ poterat h̄ abla-
tionē facultatis deſignat ⁊ nō ſolū diminutionem: ſed
hoc ad diminutionē pertinet: vt qḋ pri⁹ facile pote-
rat: poſtmodū nō ſine difficultate ⁊ pugna poſſit ꝙ̄tū
ad vitationē mortaliū.ſ; venialia oia nō pōt vitare ꝓ
pter rebellionē carnis ad ſpūm.℄ Ad tertiū dōm ꝙ
verbū Aug.nō eſt intelligendū de neceſſitate abſolu
ta ſ; ↄditionata que ē neceſſitas finis. vir.n. ſupbus
ſi fini ſuo inherere vult: vt.ſ.ꝓpriā excellentiā q̄rat:
neceſſe h; vt inuideat excellētie alioꝝ q̄ ꝓprie excellē-
tie derogat.ſ; q ſemel p ſuperbiā peccauit mortalr̄ :n̄
ꝓpter hoc neceſſe h; vt ſemper in actū ſuperbie exe
at. pōt.n.de vno pctō in ↄtrariū peccatū tranſire: vl'
in bonū ex genere: ⁊ iō nō eſt neceſſariū ꝙ inuideat.
℄ Ad quartū dōm: ꝙ rō illa tenet in illis q̄ agunt ꝓ
pter neceſſitatem nature: in qb⁹ de neceſſitate ope-
ratio ſequit̄ ſm exigentiā pfectiōis ⁊ defectū operan
tis.nō aūt tenet in volūtariis: q: hō hn̄s virtutē pōt
nō vti virtute: ſ; in contrariū vſum exire: ⁊ ſilr̄ habēs
habitū viciosū: pōt nō vti habitu illo.℄ Ad quintu;
dō: ꝙ mors nō reſpōdet ꝓ pēa cuiꝫ pctō: ſ; pctō p̄rie
tranſgreſſionis: ex quo tota natura infecta eſt. vnde
ſicut a neceſſitate moriēdi hō nō liberat̄ niſi per gra-
tiam: ita ⁊ a neceſſitate ſubiacēdi illi pctō per originē
apparentib⁹ i poſteros tranſfuſo: nō tn̄ oꝫ ꝙ homo ne
ceſſario i peccatū mortale actuale labat̄.℄ Ad ſextū
dōm : ꝙ aliud eſt reſiſtere peccato ⁊ aliō victoriam d̄
pctō hr̄e. Quicūq; eni vitat pctm̄ pctō reſiſtit. vnde
hoc pōt fieri etiam ſine grā: nec oꝫ ꝙ tūc hō reſiſtēdo
pctō mereat̄ p̄mium eternū.ſ; ille ꝓprie vincit pctm̄
q pōt ptingere ad h̄. Cōtra: qḋ eſt pugna pcti: hoc aūt
nō pōt eē niſi i eo q op⁹ meritoriū operat̄. vn̄ talis vi
ctoria vitā eternā merer̄ ⁊ ſi in gratia nō ſit.

a D tertium ſic ꝓcedit̄. vr̄ ꝙ hō ſine gratia di
p̄cepta iplere nō poſſit. Qui.n.mandata dei
ſuat vitā eternā meret̄ vt dr̄ Mat.xix. Hoc
fac ⁊ viues: ſ; hoc nō pōt hō ſine grā. ergo nec man-
data legis implere.℄ Pre.charitas nō pōt ſiū gra-
tia hr̄i.ſ; dilectio charitatis ē in p̄cepto: Mat. xxii.
ergo p̄cepta nō pūt ſine gratia ipleri.℄ Pre. vt ſup̄
Augu. pbauit virtutes in nobis ſol⁹ de⁹ operat̄. ſed
act⁹ virtutū ſūt i p̄cepto. ergo precepta ex nobis ipſis
iplere nō poſſum⁹.℄ Pre. expſſe hoc videt̄ per illō
Actuu;.xv. h̄ eſt onus qḋ neq; nos neq; patres no-
ſtri ⁊c. ſed on⁹ illō ſūt p̄cepta legis. ergo p̄cepta legiſ
hō per ſe iplere nō poteſt.℄ Pre. nullus damnatur
niſi ꝓ pctō omiſſionis vel trāſgreſſionis. ſ; nullus dā
natur qui p̄cepta legis iplet. ſi ergo hō pōt ſine gra-
tia p̄cepta legis implere: cū etiam poſſit ſine gratia:
vt dictum eſt peccatū mortale vitare vr̄ ꝙ hō poſſit
ſine grā dānationē penit⁹ vitare: ſ; quicūq; nō dānatur
eſt in glīa. ergo hō ſine grā poterit ad glīam ꝑuenire
qḋ eſt oino hereticū.℄ S; ↄtra. Hiero. dicit : ꝙ deū
ꝑcipere impoſſia anathema ſit. ſ; ipoſſe ē hoi illud qḋ
iplere nō pōt. ergo mādata dei hō per ſe implere pōt
℄ Pre. deus nō eſt magis crudelis ꝙ̄ hō: ſ; hōi im-
putat̄ icrudelitatē ſi obliget aliquē ꝑ p̄ceptū ad id qḋ
implere nō poſſet. ḡ hoc de deo nullo mō eſt extimā-
dum: ⁊ ita ſine gratia homo per ſe legis precepta im-
plere poteſt.℄ Reſpōdeo dicendo : ꝙ de preceptis
legis duplr̄ ↄtingit loq: aut ꝙ̄tū ad id qḋ directe ca-
dit in p̄cepto: aut ꝙ̄tū ad intentionē legiſlatoris . Di
recte aūt cadit i p̄cepto act⁹ virtutis ꝙ̄tū ad ſubſtan
tiā operis: ⁊ nō ꝙ̄tū ad modū agendi: quem circa ip
ſum virt⁹ ponit: hoc eni directe alicui precipit̄ ꝙ ſta
tim in ipō ē: vt faciat illō. nō aūt eſt in hoie vt faciat
actū virtutis: eo mō quo virtuoſus facit p̄uſꝙ̄ virtu-
tē habeat vl' acq̄ſitā vl' infuſā. ſ; itentio legiſlatoris ē:
i ſcdo ethi. dicit̄: ciues facere bonos ⁊ per aſſuetudi
nes operū q̄ p̄cipiunt̄ inducere ad virtutē. ⁊ huic con
ſonat verbū aplī Tym.i. Finis p̄cepti charitas eſt ad
hoc.n. data ſūt p̄cepta legis: vt hoies in dilectione;
dei ⁊ primi inſtituant̄. ē ergo itentio legiſlatoris non
tm̄ vt hec opera fiant: ſ; vt ex charitate fiāt. Dōm
ē ergo ꝙ p̄cepta legis ꝙ̄tū ad id qḋ directe ſub p̄cep
to cadit pōt aliqs implere per lī.ar. ſine gratia gratiſ
data ⁊ gratū faciēte. ſi tn̄ grā accipiat̄ ꝓ aliquo habi-
tu infuſo: ſ; ꝙ̄tū ad itentionē legiſlatoris ſine gratia
ipleri nō pn̄t. q: donū charitatis nō ē nobis ex nobis
ſed a deo infuſū. ſed ſi gratia ꝓ diuina volūtate gratiſ
in nobis oia bona cauſante accipiat̄: tūc dōm: ꝙ neu
tro mō homo ſine gratia precepta implere poteſt. ⁊ iō
Pellagius errauit q ſimpliciter ipleri precepta le
gis poſſe ſine gratia poſuit.℄ Ad primū ergo dōm:
ꝙ precepta legis non qualitercūq; obſeruata in vitā
inducunt: ſed ſolū ſm ꝙ opera q̄ precipiunt̄ charita-
te informata ſūt ſm ꝙ cadūt ſub intentōe legiſlatoris
⁊ hoc modo planum eſt ꝙ ſine gratia ſeruari non poſ
ſunt.℄ Ad ſecundum dicendum: ꝙ ſicut aliarū vir
tutum actus dupliciter conſiderari poſſunt. vel ſecū
dum ꝙ ſunt a virtute. vel ſecundum ꝙ antecedunt
virtutem: ita etiam eſt de charitate: poteſt enim ali-
quis etiam charitatem non habens diligere primū
⁊ deum: ⁊ ſuper omnia vt quidam dicunt: ⁊ hoc dili-
gere intelligit̄ actus charitatis ſub precepto directe
cadere: ⁊ non ſolum ſm ꝙ a charitate procedit.
℄ Ad tertium dicendum: ꝙ actus virtutum non ſūt
in precepto ſm ꝙ a virtute procedunt. ſed quantum
ad ſubſtantiam operis vt dictum eſt ſecundum ꝙ cō
tingit aliquem facere iuſta etiam ſi non faciat.
℄ Ad quartum dicendum: ꝙ hoc dictu; eſt propter
multitudinem preceptorum veteris legis: precipue
quantu; ad cerimonalia que nimiꝙ̄ multitudo popu

li obſeruauerat: ꝛ nõ niſi cũ magna difficultate obſer-
uari poterant. ℭ Ad quintum dõm ꝙ homo ꝛ ſi nun
ꝗ tranſgrederetur vel omitteret: nihilominus tamẽ
peccato originali ſubiectus eſſet: a quo non niſi ꝑ gra
tiam liberari poteſt pro quo merito ſubiret damnatio
nem ꝛ etiam ad legittimam etatẽ deueniens in hoc
ipſo peccaret ꝙ ſe ad gratiam non prepararet. vnde
etiam pro tali negligentia puniretur. Si autem pre-
pararet ſe faciendo quod in ſe eſt proculdubio gratiã
conſequeretur: per quã vitã eternã mereri poſſꝫ.

D quartum ſic proceditur. videtur ꝙ homo
a non poſſit ſe preparare ad gratiam ſine ali-
qua gratia. Primo per id quod dicitur Je.
.x. Non eſt in homine via eius nec viri eſt vt dirigat
greſſus ſuos. ſed nullus preparatur ad gratiam: niſi
greſſus eius dirigantur ꝛ viam ſalutis querat. ergo
non eſt in poteſtate hominis vt ſe ad gratiam prepa-
ret. ℭ Pre. illud quod eſt in poteſtate hominis non
eſt neceſſarium vt homo ab alio petat: ſed ꝙ homo ꝑ
paretur ad gratiam petendum eſt a deo: vt patet in
pſal. Deduc me domine ꝛc. ergo preparatio ad gra-
tiam non eſt in poteſtate hominis. ℭ Pre. illud qđ
viſibiliter factum eſt in quibuſdam q gratiam cõſecu
ti ſunt probabile eſt etiam in aliis ſaltem inuiſibiliter
fieri: cum eadem ratio ſit de vno ꝛ de omnibus. ſed q
dam cum etiam gratie reſiſterent per ſpeciale mun⁹
gratie ad gratiam preparati ſunt: vt patet in conuer-
ſione Pauli. ergo etiam alii ſine gratia ſaltem gra-
tis data ad gratiam preparari non poſſunt. ℭ Pre.
Heb. x. oportet accedentem ad deum credere: quia
eſt: ſed fides non poteſt haberi niſi per gratiam. dei
enim donum eſt vt ad Ephe. ii. dicitur. ergo cum nul
lus ſe ad gratiam preparet niſi accedendo ad deum
videtur ꝙ ſine munere gratie homo ſe ad gratiam ꝑ
parare non poſſit. ℭ Pre. Augu. dicit: ꝙ timor ſer-
uilis inducit charitatem: ſicut ſeta linum. ſed timor
ſeruilis eſt donum. ſ. ſ. ergo per gratiam gratis datã
homo preparatur ad gratiam gratum facientem.
ℭ Contra Zach. i. dicitur Cõuertimini ad me ꝛ ego
conuertar ad vos. ſed conuerſio quam nobis indicit
non videtur eſſe aliud ꝗ preparatio ad receptionem
gratie. ergo hꝫ primo a nobis exigitur: vt ad gratiam
preparemur ꝗ ꝙ deus ad nos gratiam infundendo
conuertatur. ℭ Pre. Anſel. dicit: ꝙ aliquis nõ habꝫ
gratiam non eſt ex hoc ꝙ deus non velit eam dare: ſꝫ
quia homo non vult accipere. ergo ſi homo vult ac-
cipere: deus eam dabit. ſed illud quod in voluntate
hominis conſtitutũ eſt in poteſtate li. ar. eſt ergo i po
teſtate li. ar. ẽ vt homo ad gratiã ſe prepararet. ℭ Rñ
deo dicendo: ꝙ gratia dupliciter poteſt accipi: vł ip
ſa diuina prouidentia qua omnibus rebus gratis im
pendit ex ſua bonitate ea que ipſis conueniunt: vel
aliquod donum habituale in anima receptum: quod
gratis a deo confertur. Si ergo primo modo accipi
tur gratia: nulli dubium eſt ꝙ homo ſine gratia dei nõ
poteſt ſe preparare ad habendum gratiam gratũ fa
cientẽ: vt. n. i. viii. phyſi. oſtendit mutatio volũtatis
effici nõ põt ſine aliquo mouẽte ꝑ modũ excitantis.
oẽ eni motũ neceſſe eſt ab alio moueri: nec differt qc-
qd ſit illud quod huiuſmodi variationis occaſionẽ
prebeat: quaſi voluntatẽ excitando: ſiue ſit admoni-
tio hominis vel egritudo corporis: vel aliqd hmõi:
que oia cõſtat diuine ꝓuidentie ſubiecta eſſe ꝛ in bo-
num electorum ordinata. Unde quicquid illud fue-
rit qđ hominem excitauerit ad conuertendum ſe: vł
gratiam gratum facientem accipiat gratia gratis da
ta dici poteſt. ꝛ ſic ſine gratia gratis data homo ſe ad
gratiam non preparat: ꝛ etiam ſi gratia gratis data
dicatur ipſe actus li. ar. quem deus i nobis facit: quo
ad gratiam gratũ facientem preparamur. Si autem
accipitur gratia pro aliquo munere habituali anime
infuſo: ſic duplex eſt opinio. Quidam eni dicũt ꝙ nul
lus põt ſe ad grãm gratũ facientẽ preparare: niſi per
aliqđ lumen menti infuſũ: qđ eſt donum gratie gratis
date. Iſtud autem non videtur conueniens: quia ꝑ-
paratio que eſt ad gratiam nõ eſt per actus qui ſunt
ipſi gratie equandi equalitate proportionis: ſicut me
ritum equatur premio. ꝛ ideo non oportet vt actus q
bus homo ſe ad gratiã habendam preparat: ſint na
turam humanam excedentes: ſicut enim natura hu
mana ſe habet in potentia materiali ad gratiam: ita
actus virtutum naturalium ſe habent vt diſpoſitio-
nes materiales ad ipſam: vnde non exigitur ad hoc
vt homo ad gratiam ſe preparet aliquod aliud lumẽ
gratie precedens. Et preterea ſm hoc eſſet abire i in
finitum: quia illđ etiam lumen gratie gratis date nõ
datur alicui: niſi q ad illud recipiendum preparauit
alſs oibus daretur: qđ non põt intelligi niſi forte gra-
tia gratis data dicatur naturale lumen rationis: qđ
pertinet ad bona naturalia ꝛ nõ ad gratuita niſi lar-
ge accepta. Si aũt preparatione indiget talis gratia
gratis data: tunc redibit queſtio de iſta preparatiõe
vtrum in eam poſſit homo ex ſe vel non: ꝛ ſic vł abi-
retur in infinitum: vel erit deuenire ad aliquam gra
tiam ad quam homo per ſe preparare poteſt ſe: ꝛ non
eſt ratio efficax quare hoc magis in vna gratia ſit ꝗ
in alia. Et ideo aliis conſentiẽdo dicimus ꝙ ad gra-
tiam gratum facientem habendã ex ſolo libero ar-
bi. ſe homo poteſt preparare. faciendo enim quod in
ſe eſt gratiam a deo conſequitur. hoc autem ſolum in
nobis eſt quod in poteſtate li. ar. conſtitutum eſt.
ℭ Ad primũ ergo dõm: ꝙ directio greſſus ſpecialis
non poteſt eſſe: niſi a deo: ſine cuius prouidentia nul
lum bonũ contingit: nec tamen oportet ꝙ hoc per ali-
quem habitum infuſum fiat ſi directio greſſuũ ad ꝑ-
parationem ad gratiam gratum facientẽ precedentem
referatur. ℭ Ad ſcđm dõm: ꝙ homo non poteſt
ſe ad gratiam preparare nec aliquod bonũ facere ſi-
ne dei auxilio: ꝛ ideo rogandus eſt vt nos ad ſe con-
uertat ꝛ etiam alios: nec tamen oportet ꝙ illud au-
xilium ſemper ſit per aliquem habitum infuſum: ſed
poteſt eſſe per multa que exterius ſunt ſalutis occa-
ſio: ꝛ per ipſum actum interiorem quem deus in no-
bis facit. ℭ Ad tertium dicendum: ꝙ claritas illa q̄
circumfulſit Paulum: fuit claritas corporalis que ſu
it quedam occaſio que ipſum induxit vt ſe ad gra-
tiam habendam prepararet deiiciendo ipſum ꝛ conter
rendo: ꝛ cum ſe ad gratiam preparauit gratiam con-
ſecutus eſt: non tamen oportet ꝙ anteꝗ gratiam gra-
tum facientem acceperit ſibi aliquod lumen gratie
gratis date infuſum fuerit. vnde non dicitur ꝙ int⁹
in ipſo fulſerit claritas: ſꝫ q: eũ circũfulſit quaſi exte-
rius: ita etiam aliis qui ad deum conuertuntur occa
ſiones ſalutis deus preparat.
ℭ Ad quartũ dõm: ꝙ ẽt ad fidem hũdã aliquis ſe ꝑ
parare poteſt ꝑ id qđ in naturali rõne eſt. vnde dr̃ ꝙ
ſi aliqs i barbaris natis natõib⁹ qđ in ſe eſt faciat dñs
ſibi reuelabit illud quod eſt neceſſarium ad ſalutem

vel inſpirãdo vel doctorẽ mittẽdo. vñ nõ oꝫ ꝙ habitus fidei p̃cedat preparationẽ ad grãꝫ gratuꝫ faciẽtẽ: ſꝫ ſic hõ ſe preparare põt ad fidẽ hñdã: ⁊ ad alias virtutes ⁊ grãm hñdã. ¶ Ad quintũ dõ: ꝙ q̃uis p timorẽ ſui lẽ charitas inducat tñ nõ eſt neceſſariũ vt timor ſuilis charitatẽ p̃cedat. timor enim ſeruilis ſemp cũ peccato mortali habet multi autem charitatem conſecuti ſunt qui nunq̃ꝫ mortaliter peccauerunt. vnde obiectio nihil probat ad propoſituꝫ.

Ad quintũ ſic procedit. videt ꝙ ſine grã hõ
a nihil verꝝ ſcire poſſit. Primo p id qd dr̃. i. cor. xii. Nemo põt dicere dominus ihs niſi i ſpũ ſctõ vbi dicit Amb°. ꝙ oẽ verꝝ a quocũqꝫ dicatur a ſpũ ſancto ẽ: ſed ſpũſſanctus non hitat i nobis niſi p grãꝫ. g̃ nullũ verũ dici aut ſciri ſine grã põt. ¶ Pre. reuelatio diua nõ fit niſi p infuſionẽ alicuius luis gratis dati: ſed Ro. i. dr̃ ꝙ de⁹ illis. ſ. phis reuelauit ea que etiã naturali ratione cognouerunt. g̃ nulla cognitio veritatis poteſt eſſe ſine aliquo luie grẽ infuſo. ¶ Pre. facilior via eſt cognoſcendi aliquid per doctrinã q̃ꝫ per inuẽtionem: ſed ſicut Aug. in li. de magiſtro dicit: nullus põt dicere exterius niſi interi⁹ deus doceat. vñ pꝫ ꝙ p doctrinã cognitionẽ veritatis hõ hr̃e non põt niſi p gratie auxilium interius opantis. ergo multo minus per inuentionẽ: ⁊ ita nullo mõ q: oẽ qd quis nouit diſcẽs vel inueniẽs nouit vt phs dicit. ¶ Pre. ſicut ſe hꝫ lux corpal' ad viſuꝫ ita ſe hꝫ lux ſpũal' ad intellectũ: ſed nihil põt videri corporaliter niſi p influxũ lucis corpal': ⁊ precipue maxime lucentis qd eſt ſol. ergo nihil põt intelligi niſi per influxum luminis ſpũal' a deo: ⁊ h eſt grã. ergo nullũ verꝝ ſine gratia ſciri põt. ¶ Pre. q̃cũqꝫ ſunt in genere aliquo reducũt: ſicut in cãm in vnũ primũ quod eſt maximum in genere illo: ſed primum in genere intellectiuor eſt ipſe deus. ergo eſt maxime intelligens: ⁊ cã intelligendi oĩbus intelligentibus: ſed non cãt aliqd in nobis niſi aliquid influendo. ergo nõ poſſum⁹ aliquod verum intelligere ſine infuſione alicuius grẽ. ¶ Cõtra. Dam. dicit ꝙ nulla res deſtituit propria operatione: ſed intelligere verum eſt propria opatio intellectus. ergo ſine omni gratia ſuperaddita veri cognitionem habere poteſt. ¶ Preterea. non eſt potentior intellectus i intelligendo q̃ꝫ ſenſus in ſentiendo: ſed ſenſus ſine gratia poteſt ſentire ſenſibilia. ergo ⁊ intellectus ſine gratia poteſt intelligere intelligibilia. ¶ Reſpondeo dõ: ꝙ verorum quedam ſunt naturali rationi proportionata. quedam naturalem rationem excedunt. Illa naturalem rationem excedunt que non poſſunt concludi ex primis principijs per ſe notis. cum enim ꝓpria principia ſint ſicut inſtrumenta intellectus agentis vt cõmentator dicit i tertio de anima oportet ea eſſe proportionata virtuti eius ſicut organa corporalia ſunt ꝓportionata virtuti motiue. vnde que ex primis principijs concludi non poſſunt naturale lumen intellectus excedunt huiuſmodi autem ſunt ea que fidei ſunt ⁊ futura contingentia ⁊ huiuſmodi. ⁊ ideo horum verorum cognitio ſine lumine gratie gratis date haberi non poteſt ſicut eſt lumen fidei: ⁊ etiam prophie ⁊ aliquid huiuſmodi. Si autem loquamur de illis veris que naturali ratione proportionata ſunt: ſciendum eſt ꝙ circa h eſt duplex opinio. Quidam enim dicunt vt ſupra dictum eſt ꝙ intellectus agens eſt vnus omnium: intellectum agentẽ deũ eſſe dicentes: ⁊ cũ intellectus agens ſe hꝫat: hoc mõ ad intelligibilia: ſicut lucidũ ad viſibilia voluñt ꝙ ſicut nõ põt videri aliquid viſibile niſi per emiſſionem radii corpal': ita nõ poſſit intelligi aliqd itelligibile ſine noua emiſſiõe radii ſpũalis qui ẽ grã gratis data. Sed hec põ ꝯueniẽs non ẽ vt ſupra dictũ eſt. non eniꝫ intellectus agẽs ẽ aliqua ſba ſepata: vel deus: vt quidã theologi dicunt: vel intell'a vt plures phorum vt ſupra dictũ eſt: ſed natural' virtus ipſius rõnalis aiune: nec tñ oporteret hac poſitione ſuppoſita vt ſemper noua infuſio grẽ fieret in cuiſlibet veri cognitiõe eo ꝙ infuſio ⁊ emanatio ſpũaliũ donoꝝ non eſt ſucceſſiua per modũ motus: ſed eſt fixa: ⁊ pmanens. vñ ſm vnã irradiationẽ ſpiritualem intellectus poſſibilis ad oĩa ſibi proportionata cognoſcenda pficeret. Alioꝝ vero opinio eſt ꝙ intellectus agẽs ſit q̃dã potẽtia aie rõnal': ⁊ h ſubſtinẽdo nõ põt rõnabiliter poni ꝙ oporteat ad cognitionẽ veri tal' de quo loquimur aliquod aliud lumen ſupinfundi. Quia ad hoc verꝝ intelligendũ ſufficit recipiens ſpẽm intelligibilem: ⁊ faciẽs ſpẽm eſſe intelligibilẽ i actu: ⁊ vtrũqꝫ ẽ p virtutẽ nãlẽ ipſius aie rõnal' niſi forte dicat: ꝙ intellect⁹ agẽs inſufficiẽs ẽ ad h: ⁊ ita natura humana aliis iperfectior eẽt q̃ nõ ſibi ſufficeret i naturalib⁹ opationibus. Et iõ dõ ẽ ꝙ hec vera ſine oĩ luie grẽ ſupaddito p lumẽ nãle intellectus agẽtis cognoſci poſſunt. ¶ Ad pmũ dõ: ꝙ ſic de⁹ opat in nã ⁊ ꝯtinet vtutẽ nãlẽ: ita ẽt opat in intellectu ⁊ ꝯtinet virtutẽ intellectiuam. vnde ſicuti nulluꝫ opus naturale eſt niſi in deo ſicut incontinente nec ambulatio: nec aliqd huiuſmodi: ita ẽt nec cognitio veritatꝭ ẽ niſi i ſpũ ſancto q i itellectu opat: ⁊ ipm conſeruat. ¶ Ad ſcdm dõ: ꝙ ſic ibidẽ i glo. exponit pro tãto dr̃ eis de⁹ reuelaſſe: q: nãlẽ rõnẽ eis dedit: ⁊ creaturas ꝯdidit i qbus maieſtas creatoris cognoſci poterat: ⁊ nõ p aliqd lumẽ grẽ nãli lumini ſuperadditũ. ¶ Ad tertiũ dõ: ꝙ ſicut dicit Aug. in pmo de doctrina xpiana ille q docet ſilis ẽ ei q mouet digitũ ad aliqd oñdẽdũ. vnde ſicut hõ põt exterius mouere digituꝫ vt aliqd oñdat nõ aũt põt ꝯferre virtutẽ viſiuã per quã ille qui docet doctrinã viſibilẽ aduertat: ita etiã põt hõ exterius verba ꝓferre que ſunt ſigna veritatꝭ nõ tñ veri itelligẽdi virtutẽ p̃bere q̃ a ſolo deo ẽ. ꝓ tãto. g̃ dr̃ ipſe ſolus deus docere: q: vim intelligẽdi in nobis continet ⁊ cãt nõ: ex hoc ꝙ in qualibet cognitione veritatis nouum lumen gratie ſuperinfundat: qualiter autẽ diuerſimode deus angeli: ⁊ hõ docere dñr dictum eſt ſupra di. ix. ¶ Ad quartuꝫ dõ: ꝙ ipm lumen intellectus agentꝭ ẽ quedam irradiatio prime lucis ſm ꝙ Dyo. iiij. c. de di. no. dicit ꝙ omnes bonitates i creaturis pticipate ſunt quidam radii diuine bonitatꝭ. ⁊ ideo non opꝫ ꝙ huic irradiationi aliud lume ſupaddat in hiis que naturali rõni ſunt ſubdita. ¶ Ad quintum dicendum: ꝙ ipſe deus eſt cã cuiuſlibet noſtre cognitionis non tamen opꝫ ꝙ h fiat per influxum alicuius gratie: ſed per influxum natural' luminis qd qdem lumen ab ipſo ẽ vt ſine hac credant hoiem poſſe facere oĩa dei mia ⁊c. Intelligebant vt ſimplr ipleri poſſint ſm ꝙ ſunt efficatia ad vitã eternam ꝓmerendã. Ad h tamen iuuante nos per ſuaꝫ legem ⁊c. Ex hoc patet ꝙ Pelagius ponebat eorũ que in lege ſunt aut que ad fidem pertinent cognitionem a nobis habere non poſſe per naturalem virtutem rationis: ⁊ in hoc recte ſentiebat. Recte a mortalibus viui non poteſt ⁊c. Ut intelligat ut rectitudo que eſt neceſſaria ad opus meritoriũ: nec tñ ſeqt ſi h non poteſt homo ſine gratia ꝙ non poſſit cauere

trãſgreſſionem futuram: ſicut pelagius videbať arguere ex vno aliud volens concludere. Id enim ꝯ manicheos dixit ꝛc. vr̃ ꝙ hec rõ nihil valeat: qꝛ dictũ Aug. ꝛ ſi obuiat poſitioni iſtoꝝ nihilominus põt ꝯfirmare poſitionẽ quã pelagius aſtruere videbať ꝛ vr̃ ꝙ obuiet ꝓ rõnẽ eãdẽ. Sed dõ ꝙ non ſequiť: qꝛ opinio manichei erat ꝙ voluntas erat determinata ad vnũ faciẽdũ: qd̃ ſi eſſet ab ea rõ culpe ꝛ laudis et vituperii auferreť: ſicut ab illis q̃ agunt ꝑ neceſſitatem nature: ſed ꝙ fides catholica ponit hoiem non poſſe ſe a peccato liberare qd̃ incurrit vl̓ ꝑ actũ ꝓpũ vel ꝑ originẽ viciatũ non eſt ex determinatiõe voluntatis ad vnũ: ſ; ex eius inſufficientia ad ꝑ ſe acquirendũ illud ſine quo a peccato liberari nõ põt nec diuina mãdata implere ꝑfecte ſine gratia. vñ nõ eodẽ modo auctoritas Aug. vtriq; obuiat. In ꝑtãte quippe hominis ꝛc. Sciendum ꝙ mutatio voluntatis i melius dupl̓r poteſt intelligi vel ſm bonitatem ciuile;: ꝛ ſic hõ per ꝑtãtem naturalem qua; a deo accepit põt voluntatem mutare in melius: ſicut in predicamẽtis dicitur prauus ad meliores exercitatões deductus: ꝛ doctrinas perficiet vt melior ſit: vel ſm bonitate; gratuitam vt.ſ. acquirat gratiam qua; prius non habuit: ꝛ h̓ non põt ex ꝑtãte naturali: ſed ex ꝑtãte gr̃e ꝑ quã meretur gr̃e augmentũ ꝛ ꝯſũmationem.

## Di. Uigeſimanona.

Utrum homo ante peccatum eguerit gr̃a operante ꝛ cooperante. ꝛ ꝙ operãte ꝛ cooperante gr̃a eguerit: ſed operante non eguit ſecundum omnem modum quo ipſa operať.

p Oſt hec conſiderandũ ẽ: vtrum hõ ante peccatũ eguerit gr̃a operante ꝛ cooperãte. Ad quod breuiter dicimus: ꝙ non cooperante tantu;: ſed etiã operãte gr̃a indigebat: non quidem ſm oẽm operandi modum operantis gr̃e. Operatur eni; liberando ꝛ preparando voluntatẽ hominis ad bonum. Egebat itaq; homo ea: non vt liberaret voluntatem ſuam que peccati ſerua non fuerat: ſed vt prepararet ad volendũ efficaciter bonum quod per ſe non poterat. non enĩ poterat bonũ mereri ſine gratia vt Aug. in enchi. euidenter tradit. Illam inquit imortalitatem in qua poterat non mori natura humana perdidit per li. ar. Hãc vero in qua nõ poterit mori acceptura eſt per gratiam quam fuerat ſi non peccaſſet acceptura per meritu; q̃uis ſine gratia. nec tunc vllu; meritum eſſe potuiſſet: qꝛ ꝛ ſi peccatũ in ſolo erat arbitrio conſtitutum non tamen iuſtitie habende vel retinende ſufficiebat li. ar. niſi diuinum ꝓberetur adiutorium. Ecce his verbis ſatis oſtẽditur ꝙ ante peccatum homo indigebat gr̃a opante ꝛ coopante. Nõ. n. hẽbat quo pede; moueť poſſet ſine gr̃e opanti ꝛ coopanti auxilio. habuit tamen quo poterat ſtare.

Quod hõ ante lapſum virtutes habuerit.

p Reterea q̃ri ſol; vtru; hõ añ lapſum virtutẽ hũerit. Quibuſdã vr̃ ꝙ non hũit: id ita ꝓbare conãtꝰ. Iuſtitia; ĩquiũt ñ hũit: qꝛ ꝑceptũ dei cõtẽpſit. nec prudẽtiã: qꝛ ſibi nõ ꝓuidit. neq; tꝑantiã: qꝛ alienа appetiit. nec fortitudinẽ: qꝛ praue ſuggeſtioni ceſſit. Quibus rñdentes dicimꝰ eũ quidẽ nõ tũc habuiſſe has virtutes qñ peccauit: ſ; añ: ꝛ tũc amiſiſſe. Qd̃ multi teſtimoniis ſãctoꝝ ꝯprobať. ait. n. Aug. i q̃dã omelia. Adã ꝑdita charitate malꝰ inuentꝰ ẽ. Itẽ. Princeps vicioꝝ dñi vicit Adã de limo terre ad imaginẽ dei factũ: pudicicia armatũ: tꝑantia cõpoſitũ: charitate ſplẽdidũ: ꝓmos parentes illis donis ac tanti bõis expoliauit pariterq; ꝑemit. De hoc eodẽ Ambroſiꝰ ad ſabinũ ait. Quã Adã ſolꝰ erat nõ ẽ ꝑuaricatꝰ: qꝛ eiꝰ mẽs deo ad hẽbat. Sup pſalmũ quoq; diẽ ꝙ hõ ante peccatũ beatiſſimꝰ: aurã carpebat ethereã. ſed quõ ſine virtute beatiſſimꝰ erat? Augu. quoq; ſup Geneſim diẽ. Adã ante peccatũ ſpũaliter mẽte ꝑditũ fuiſſe. Nõ ẽ ergo dubitandũ hominẽ ante peccatũ virtutibus fulciſſe ſed illis per peccatum ſpoliatum fuiſſe.

De eiectione hominis de paradiſo.

i I illiꝰ quoq; peccati penã eiectꝰ ẽ de paradiſo i iſtũ miſeriarũ locũ ſiẽ i geneſi legiť. Nũc ẽ ne forte mittat manũ ſuã: ꝛ ſumat de ligno vite: ꝛ comedat: ꝛ viuat i eternũ: emiſit eũ deꝰ de paradiſo voluptatis. His verbis inſinuari vr̃ ꝙ nũq̃ moreretur ſi poſtea de illo ſumpſiſſet ligno.

Quõ intelligẽdũ ſit illud ne ſumat de ligno vite ꝛ comedat ꝛ viuat in eternu;.

s Ed qꝛ ꝑ peccatũ iã mortuũ corpꝰ hẽbat: illa verba ex tali intellectu accipi poſſũt. Deꝰ nõ irati loquẽs ꝯ hoie ſupbo ait. Uidete ne forte mittat man. ſu. ꝛc. .i. cauete vos angeli ne comedat de ligno vite quo idignꝰ ẽ. De quo ſi ꝑſtitiſſet comederet ꝛ viueret i eternũ. Sz nõ ꝑꝑ inobediẽtiã idignꝰ ẽ comedere. Et ſiẽ verbo dixit ita ope exhibuit. Emiſit. n. eũ deꝰ ꝯ paradiſo voluptatis i locũ ſibi ꝯgruũ. ſiẽ plerũq; malus cũ inter bonos viuere cepit: ſi i melius mutari noluerit: de bonoꝝ cõgregatione pelliť pondere praue conſuetudinis preſſus.

De flãmeo gladio añ paradiſum poſito.

E vero poſt; ad illud accederet collocanit deꝰ añ padiſũ Cherubin: ꝛ flãmeũ gladiũ atq; verſatilẽ ad cuſtodiẽdã viã ligni vite. qd̃ iuxta litterã põt h̓ mõ accipi. Quia ꝑ miſteriũ ãgeloꝝ ignea cuſtodia illi ꝯſtituta fuit. Hoc. n. ꝑ celeſtes ꝑtãtes in

paradiſo viſibili factum eſſe credendum eſt:
vt per angelicū miniſterium ibi eſſet quedaȝ
ignea cuſtodia: non tamen fruſtra: ſed q꞉ ali/
quid ſignificat de paradiſo ſpirituali. Cheru
bin enim interpretatur plenitudo ſciētie. hec
ē charitas. quia plenitudo legis eſt dilectio
Gladius autem flāmeus pene tēporales ſūt
que verſatiles ſunt. qm̄ tēpora volubilia ſunt
Illa ergo ad cuſtodiaȝ ligni vite ideo poſita
ſunt ante paradiſum: quia ad vitam non re/
ditur niſi per Cherubin. ſ. plenitudinē ſcie. i.
charitatem: ⁊ per gladium verſatilem. i. tolle/
rantiam paſſionum temporalium.

An homo ante peccatum comederit de li
gno vite.

Oteſt autem queri vtruȝ de ligno vi
p te ante peccatuȝ comederit homo de
hoc Aug. in li. de baptiſ. paruuloruȝ
ſic ait. Recte profecto intelliguntur primi ho
mines ante malignam diaboli perſuaſioneȝ
abſtinuiſſe a cibo vetito: atqȝ vſi fuiſſe cōceſ/
ſis. His verbis oſtēditur q̄ de ligno vite an
te peccatum ſumpſerint: quibus p̄ceptū erat
vt de omni ligno paradiſi comederet: niſi de
ligno ſcientie boni ⁊ mali.

Quare nō ſunt facti immortales ſi come
derint de ligno vite.

Vare ergo perpetua ſoliditate ⁊ bea
q ta immortalitate veſtiti non ſunt: vt
nulla infirmitate vel etate in deteriuſ
mutarentur. Hanc enim virtutem naturali/
ter illud lignum habuiſſe dicitur. Sed forte
non hoc conferebat: niſi ſepe de illo ſumere/
tur. Potuit ergo fieri vt de illo ſumeret ſe/
mel ⁊ non ſepius: qui per aliq̄ꝫ moram in pa
radiſo fuiſſe intelligitur: cum ſcriptura dicat
eum ibi ſoporatum fuiſſe quando coſta de
latere eius aſſumpta eſt: ⁊ inde formata mu/
lier. ⁊ animalia ante eum ducta: quibus no/
mina impoſuit.

Oſt h̄ conſiderandum eſt vtrum homo
⁊c. Poſtq̄ȝ determinauit de gratia abſo
p lute. Hic determinat de ea per compa
tionē ad ſtatum primi hominis in p̄mo
ſtatu. Et diuidit in partes duas. In pri
ma inquirit an homo in primo ſtatu gratiam habue/
rit. Secundo determinat quā penam pro peccato in
curreritur. ibi. In illius quoqȝ peccati pena ⁊c. ¶ Cir
ca primum duo facit. Primo inquirit an homo in p̄
mo ſtatu gratia eguerit. Secundo an virtutes gra/
tuitas habuerit. ibi. Primum queri ſolet ⁊c. In illi⁹
quoqȝ ⁊c. Hic determinat penam quā homo incur/
rit pro peccato quo gratiam ⁊ virtutem amiſit. Et di
uiditur in duo. Primo determinat penam. Secun/
do oſtendit veritatem cuiuſdam queſtionis ex pre/
dictis occaſionate. ibi. Poteſt etiaȝ queri ⁊c. ¶ Cir

ca primum duo facit. Primo oſtendit q̄ Adā p̄ pec/
cato ⁊ locum delitiarum ⁊ cibum ſaluberrimum ami
ſit. Secundo quomodo impeditus eſt ab eius recu/
peratione. ibi. Ne vero poſſet ad illud accedere ⁊c.
¶ Circa primum duo facit. Primo oſtendit penam
ex verbis ſcripture. Secundo mouet quaſdam dubi
tationes ex verbis illis quā. Primo mouet. ibi His
verbis inſinuare ⁊c. Secundo ſoluit. ibi. Sed q꞉ p̄
peccatum ⁊c. poteſt autem queri ⁊c. Hic mouet quā
dam dubitationem ex predictis occaſionatam. ſ. an
homo ante peccatum de ligno vite cōmederit. Et p̄
mo determinat q̄ ſic. Secundo mouet iterum dubi/
tationem ꝯtra h̄ ortam ⁊ determinat eam. ibi. Quare
ergo perpetua ſoliditate ⁊c. Hic. v. queruntur. Pri
mo an homo in ſtatu innocētie gratia indiguerit. Se
cundo an gratiam habuit. Tertio ſi habuit vtrū gra
tia hūani generis ſi in innocentia p̄ſtitiſſet fuiſſet ma
ior q̄ꝫ modo ſit. Quarto vtruȝ actus humani fuiſſent
efficatiores ad merendum. Quinto de pena que in
littera ponitur hominem propria tranſgreſſione con
ſecuta.

D primum ſic proceditur. videtur q̄ homo ī
a ſtatu innocentie gratia non eguerit. Ad h̄. n.
gratia datur hominibus vt deo ſint accepti:
ſed cum humana natura integra erat ſine aliqua cor
ruptione peccati homo ex bonitate naturali deo ac/
ceptus erat: omne enim bonum ⁊ precipue malo in p̄
mixtum deo acceptum eſt. ergo gratia ſuperaddi/
ta non indigebat. ¶ Preterea. gratia diuiditur
in operantem ⁊ cooperantem: ſed non indigebat in
ſtatu illo gratia operante: q꞉ impius non erat: cuȝ tū
effectus gratie operantis ſit de impio facere piū nec
iterum cooperante: q꞉ nullam difficultatem ad bonū
agenduȝ patiebatur: gratia vero cooperans ad h̄ da
tur: vt homo bonū facile facere poſſit. ergo nulla grā
indigebat. ¶ Preterea. vt dicitur deutro. xxxij. dei
perfecta ſunt opera non autem eſſet in diuinis operi/
bus perfectio ſi aliq̄s gradus nobilitatis poſſibil' eēt
ī creaturis q̄ iſtitut⁹ a deo n̄ eēt. ſ̄ ois grad⁹ bonitatꝫ
poſſibil' ī creaturis i rex̄ nā iuenit: ſ; poterat deus ta
lem naturam condere que per propria naturalia vi/
tam eternaȝ mereretur: alias non eſſet omnipotens:
cum igitur nulla alia creatura h̄ magis habere vide
atur: q̄ꝫ homo vel angelus: videtur q̄ hoc eis cōue/
niat: ⁊ ita ſi natura humana pura eſſet: ſicut in p̄mo
ſtatu erat homo: gratia non indigeret ad vitam eter
nam promerendam. ¶ Preterea. pena nunq̄ȝ pre/
cedit culpam cum ſit effectus eius: ſed carentia vi/
ſionis diuine eſt pena originalis culpe. ergo ſi in na/
tura humana non fuiſſet culpa nec etiam ibi fuiſſet
carentia diuine viſionis: ſed poterat homo in ſtatu
īnocentie omni culpa carere abſqȝ gratia. ergo ⁊ gra
tia non indigebat ad h̄ vt ad dei viſionem p̄ueniret.
¶ Preterea. ad h̄ gratia datur homini vt per eam
deo configuret ⁊ aſſimiletur: ſed ex conditione natu
re ſue homo ad imaginem ⁊ ſimilitudinem dei fact⁹
eſt. ergo ſi natura in eo integra maneret alia gratia n̄
indigeret. ¶ Contra: Ro. vi. dicitur. gratia autē dei
vita eterna: ſed neceſſe erat homini vt ad vitā eter
nam perueniret. ergo indigebat gratia per quam ad
eam peruenitur. ¶ Preterea peccatum naturaȝ hu
manam non mutauit: ſed eadem manet ante ⁊ poſt:
ſed meritum vite eterne excedit virtutē nature poſt
peccatū. ergo ēt excedebat vires eius an̄ peccatuȝ:
ergo indigebat gratia per quā vitā eternā mereret.

¶ Reſpondeo dđ ꝙ duplex eſt neceſſitas. Una ab-
ſoluta que eſt ex prioribus cauſis vt ex materiali et
formali: ex quibus componuntur res vt ꝙ omne cō-
poſitū ex contrariis neceſſe corrumpitur ⁊ huiuſmo
di. Alia vero eſt conditionata ex ſuppoſitione finis
vt ſi ſerra debeat facere ſerre opus. ſ. ſectionem ne-
ceſſe eſt eam dentes ferreos hr̄e. Hec autem neceſſi
tas eſt duplex: quedam. ſ. ſine qua non poteſt hr̄i fi-
nis intentus: ſicut ſine cibo non poteſt haberi conſer
uatio vite: quedam vero ſine qua non poteſt aliquiſ
ad finem de facili pertingere: ſicut dicitur equus ne
ceſſarius homini ad pagēdū iter: ⁊ nomen vtilitatiſ
cōe eſt vtriq; modorū neceſſitatis vltimo poſitoꝝ:
ſed nomen indigentie magis ſe habet ad primuꝫ mo
dum eorum. Illo eniꝫ proprie dicimur indigere ſine
quo fineꝫ conſequi non poſſumus. ſꝫ h̄ dico ꝙ homo
ante peccatum gratia indigebat: qꝛ ſine gratia fineꝫ
vite eterne nullo modo conſequi potuiſſet: ad finem
enim non peruenitur niſi per opera proportionata fi
ni. vita autem eterna eſt finis omnino nature hu-
mane facultatem excedens. vnde etiam intellectuꝫ
⁊ deſiderium ſuperat. i. cor. Oculus non vidit ⁊ au-
ris nō audiuit ⁊c. Ideo oportet ꝙ opera per que ad
vitam eternam peruenitur vires nature humane ex
cedant. vnde in ea homo non poteſt ſine aliquo do
no naturalibus addito: ⁊ ideo quātūcūq; natura hu
mana ſit integra: nihilominus homo gratia indiget
ad vitam eternam conſequendam. ¶ Ad primuꝫ er
go dicendum: ꝙ vnumquodq; bonuꝫ deus acceptat
ſꝫ menſurā ſue bonitatis: ſed illud ſimpliciter a deo
acceptari dicitur cui ab ipſo preparatur illa gloria qua
ipſe glorioſus eſt. ſ. viſio eius per eſſentiam. ¶ Ad
ſecundum dicendum: ꝙ homo ante peccatum ⁊ ope
rante ⁊ cooperante gratia egebat: gratie eniꝫ operā-
ti aliquid per ſe conuenit: ⁊ aliquid per accidens. ꝑ
ſe enim ſibi conuenit vt hominem iuſtum formaliter
faciat: ⁊ deo gratum: ſed hoc accidit ſibi vt iuſtuꝫ ex
iniuſto faciat ex ꝑte ſubiecti in quo iuſtitia inuenitur.
h̄ etiam per ſe eſt ſibi conueniens vt ex non iuſto iu
ſtum faciat vel ex non grato gratum: ſicut albedinis
eſt ex non albo facere album: ſed h̄ albedini accidit
vt ex nigro album faciat. Similiter etiam gratie co
operantis non eſt vt ſolam facultatem faciat in ope
rando. h̄ enim hereſis pelagiana ponebat: ſꝫ vt effi-
catiam ⁊ virtutem quādam nouam operibus homi
num prebeat. ſ. merendi vitam eternam. ¶ Ad ter
tium dicendum: ꝙ non poteſt eſſe aliqua creatura q̄
ex propriis naturalibus vitam eternam promereri
poſſit: ſicut non poteſt eſſe aliqua creatura que natu
re diuine equetur: nec h̄ omnipotentie dei derogat.
Et h̄ patet ex hiis que ſupra dicta ſunt. ¶ Ad quar-
tum dicendum: ꝙ carentia diuine viſionis poteſt in
telligi dupliciter. vel negatiue: ⁊ ſic non eſt pena: ſꝫ
defectus naturam creatam conſequens. nulla enim
natura creata ex ſe ſufficiens eſt ad dei viſionem: et
ſic fuiſſet carentia diuine viſionis in homine aū pec
catum ſi gratiam non habuiſſet. Alio modo poteſt ſu
mi priuatiue ut intelligatur aliqua obnoxietas ad ca
rendum dei viſione: ⁊ ſic eſt pena peccati ⁊ i primo
ſtatu non fuiſſet. ¶ Ad quintum dicendum: ꝙ ſimili
tudo dei que conuenit homini ſm̄ ſua naturalia eſt
alia ab illa qua homo aſſimilatur deo per gratiā: nec
eſt inconueniens vt homo in pluribus deo aſſimile
tur eo ꝙ ſecundum quēlibet gradum bonitatis ſupe-
additū noua ſimilitudo i creaturis ad deū cōſurgit.

D ſecundum ſic proceditur. videtur ꝙ ho-
a mo ante peccatū gratiam non habuerit. Qui
cūq; enim habet gratiam poteſt proficere ad
meritum vite eo ꝙ per gratiaꝫ meretur quis augmē
tum gr̄e ⁊ eius cōſumationē: ſꝫ vt ſupra magiſter di
xit. xxiiii. di. homo in primo ſtatu nō habuit. vnde ad
meritum vite proficere poſſet. ergo gratiam non ha
buit. ¶ Preterea. maior eſt poteſtas gratie q̄ȝ natu
re: ſed quāto peccans eſt maioris poteſtatis tāto gra
uius eſt peccatum eius. ſi ergo homo a ſtatu gratie
cecidiſſet cum angelis. ante lapſum gratiam non ha
buerit vt multi dicunt: videtur ꝙ peccatuꝫ hominis
grauius q̄ȝ peccatuꝫ demonis fuiſſet quod ſupra ne
gatum eſt. ¶ Preterea. gratia magis conuenit cum
gloria q̄ȝ cum natura: ſed gratia tempore in homine
gloriam precedit. ergo multo fortius natura gratiaꝫ
⁊ ſic in primo ſtatu gratiam non hūit. ¶ Preterea.
gratia quātum in ſe eſt hominem in deum promouet
cum igitur in homine ante ſtatum peccati nihil eſſet
trahens ipſum inferius: videtur ꝙ ſi gratiam habu
iſſet ꝙ nunq̄ȝ peccauiſſet: peccauit autem: igitur gra
tiam non habuit. ¶ Preterea. ea que homo per pec
catum āmiſit ſibi reſtituta non ſunt: ſicut impaſſibili-
tas ⁊ huiuſmodi. ſi ergo gratiam in ſtatu innocentie
habuiſſet eam per peccatum āmiſſam per peniten-
tiam non recuperaſſet: hoc autem falſum eſt: qꝛ ſic to
tum humanum genus periret. ergo gratiam in primo
ſtatu non habuit. ¶ Contra. Nullus ſpoliat̄ illis q̄ n̄
habet: ſed homo per peccatuꝫ fuit vulneratus in na
turalibus ⁊ ſpoliatus gratuitiſ vt dicitur i glo. lu. x. er
go gratiam habuit. ¶ Preterea caritas nunq̄ȝ eſt in
formis in littera autem probatur ꝙ Adam in primo
ſtatu charitatem habuit. ergo ⁊ gratiaꝫ ſine qua non
eſt charitas. ¶ Reſpondeo dđ: ꝙ circa h̄ eſt triplex
opinio. Quidam enim dicunt ꝙ homo in primo ſta-
tu gratiam non habuit: nec virtutes gratuitas. om
nes autem auctoritates ſanctorum quas magiſter i
littera inducit ad probandum homini virtutes i fuiſ
ſe exponunt de virtutibus naturalibus que in ipſo ꝓ
pter itegritatē humane nature excellentiſſime erāt.
Sed hoc non videt̄ auctoritatibus conuenire i qui
bus ponit̄ ꝙ Adam charitatem habuit que ſine gr̄a
nō habet̄: ⁊ plura alia dicunt̄ que non niſi extorte ad
virtutes naturales referri poſſunt. Alij vero diſtin
guunt innocentie in duos ſtatus. dicunt enim ꝙ ho-
mo in principio creationis ſue ſine gr̄a creatus eſt i
naturalibus tm̄: poſtmodum vero aū peccatum gr̄aꝫ
conſecutus eſt: ⁊ ſm̄ hanc diſtinctionem varia dicta
ſanctorum ⁊ doctoruꝫ concordare nitunt̄. Sed iſtud
non videt̄ conuenire dictiſ ſanctorum ⁊ doctorum q
de ſtatu innocentie quaſi de vno ſtatu non diſtincto
loquunt̄. ⁊ ideo hec poſitio non magne auctoritatiſ ē.
Ideo alij dicūt ꝙ homo in principio creationis ſue i
gr̄a creatus eſt: ⁊ hec quidem poſitio ſatiſ congruere
videt̄ opinioni Aug. qui ponit res ſimul tempore ꝑ
fectas fuiſſe creatas in materia ⁊ informa. Prima
vero opinio magis congruere videt̄ opinioni alio
rum ſanctorum qui dicunt per ſucceſſionem tempo-
ris res creatas ꝑfectas fuiſſe. Que tamen harū opi
nionum verior ſit multum efficaci rōne probari non
poteſt ſicut nec aliquid eorum que ex voluntate dei ſo
la dependent. h̄ tamen probabilius eſt vt cum homo
creatus fuerit in nālibus integris q̄ ocioſa eē n̄ pote
rāt ꝙ i pmo inſtanti creationis ad deū ↄuerſus gr̄aꝫ
ↄſecutus ſit. ⁊ ideo hāc opinionem ſuſtinēdo dđ eſt.

℄ Alia opinio eſt que ſemen non tantum ex humido radicali eſſe aſſerit quod ex parentibus deciſum eſt. ſed ex hoc ſimul cum humido nutrimentali quod fuit ſuperfluum alimenti in patre. ⁊ hoc totum erit humidum radicale in filio ⁊ ad veritatem nature humane in ipſo pertinens. primo modo: ⁊ ſic aliquid de eo quod in nobis eſt de veritate humane nature: fuit ẽt de veritate nature in patre ⁊ in patre patris. ⁊ ſic vſqꝫ ad Adam: per quem modum omnes nos in adam ſm corpulentam materiam fuiſſe nos aſſerunt: ſed ꝗ̃uis hec opinio euadat quedam inconuenientium ꝗ̃ ad primam conſequuntur non tamen omnia euadere poteſt. Primo: quia rationes ⁊ ſigna philoſophi inducta euidenter oſtendunt: ꝙ ſemen nullo modo eſt aliquid ex mẽbris reſolutum. vnde eiſdem rationibus improbatur opinio ponens totum ſemen eſſe ꝗd reſolutum vel partem eius. Secundo: quia per modum iſtum: vt ipſi ponunt eſſet augmentatio veritatis humane nature per admixtionẽ: ⁊ ſic ſequerẽtur inconuenientia que ad duos modos ſupra poſitos ſequuntur: eſſet enim tunc minus de veritate humane nature in filio ꝗ̃ in patre: quod patʒ ſi alicui vino admiſceatur aqua ⁊ amiſceatur iterum parti diuiſe ab illo vino commixto iterum aqua vt perueniat ad eandem quantitatem: ⁊ ſic deinceps. conſtat eniʒ ꝙ ſemper minus de vino remanebit in ſecundo ꝗ̃ in primo ⁊ ſic tandem vinum annullaretur. vnde pʒ: ꝙ etiam ſequeretur ad hanc poſitionem ꝙ generatio naturaliter deficeret: ⁊ ꝙ in nobis iam quaſi veritas nature humane ⁊ infectio peccati euanuiſſet. ℄ Tertia opinio eſt philoſophi ꝙ ſemen ſit tantuʒ de ſuperfluo alimenti. vult enim ꝙ ſemen non eſt aliquid reſolutum a toto. ſed illud quod eſt habens naturam vt ſit conueniens toti: quod ſic poteſt contingere. Cum. n. omne agens aſſimilet ſibi patiens quantum poteſt oportet ꝙ cibus per virtutem anime agentem in ipſum aſſimiletur in naturam corporis quod ab anima ẽ perfectum: ⁊ quanto amplius digeritur: tãto magis erit virtuteʒ anime participans. quando igitur venit ad vltimam digeſtionem anteꝗ̃ ſit in mẽbra conuerſuʒ: quaſi perfectam ſimilitudinem totius conſecutum eſt virtute ⁊ ſi non actu: ⁊ ideo in eo eſt virtus per quaʒ poteſt formari totuʒ corpus. Quando ergo nutritiua pars ex alimento hoc modo aſſimilato aſſumpſerit in nutrimentum mẽbrorum illud quo ad nutrimentum indigetur vel ad augmentum reſiduum: quod dicit̃ vltime digeſtionis ſuperfluum adminiſtrat nutritiua virtuti generatiue: ⁊ h̉ eſt ſubſtãtia ſeminis: vt ſit ſemen: ⁊ ſit ſuperfluum inquantum reſiduum eſt ab opere nutritiue: ⁊ ſit tamen neceſſarium inquantum idiget eo virtus generatiua. vnde dicit philoſophꝰ in. xv. de animalibus ꝙ ſemen eſt ſuperfluum quo indigetur: ⁊ ita h̉ ſemen per virtutem generatiuam miniſtratum ⁊ preparatum habet naturam: vt ex eo generetur totum cum admixtione eius quod ex matre miniſtratur quicquid ſit illud ⁊ huic opinioni conſentio que rationabilior ceteris videtur. ℄ Ad primuʒ ergo dicendum: ꝙ hunc eſſe in adam ſm corpulentã ſubſtantiam poteſt intelligi dupliciter. aut ita ꝙ corpus iſtius fuerit in adam: ſicut quedam corpulenta ſubſtantia: ⁊ hoc modo eſt impoſſibile: nec ſic Augu. intelligit. aut ita ꝙ corpulenta ſubſtantia hm̃oi fuerit in adam aliquo modo: ⁊ hoc verum eſt: quia materia propria ex qua corpus humanum formatum ẽ: fuit in adam virtute ſicut in principio effectiuo originaliter. vnde ſm h̉ patet qualiter differt eſſe in adã ſm corpulentam ſubſtantiam tantum: ⁊ ſm rationem ſeminalem. Ad hoc enim ꝙ corpus humanum cõſtituatur: oportet duo aduenire. ſ. materiaʒ ex qua formaretur corpus que dicitur corpulenta ſubſtantia et virtus formans que dicitur ratio ſeminalis: ⁊ vtraqꝫ originata eſt ab adam. ⁊ ideo illi qui ex coitu viri ⁊ mulieris generantur: dicuntur fuiſſe in adam originaliter ſm ſeminaleʒ rationeʒ: ⁊ ſm corpulẽtã ſubſtãtiaʒ: chriſtus autem cuius corpus virtus. ſ. ſ. formauit de Maria virgine: aminiſtrata dicitur in Adam fuiſſe ſm corpulentaʒ ſubſtantiam tantuʒ. ℄ Ad ſecundum dm̃: ꝙ ſi dictum Dama. intelligatur vniuerſaliter de omni genere: non opʒ ꝙ generatum ſit de ſubſtantia generantis materialiter: ſed formaliter tantum: non quidem ſm vnam formam in numero: ſed ſecundum vnam formaʒ in ſpecie. Si autem intelligatur ſpecialiter de generatione viuentiuʒ: ſic generatuʒ eſt ex ſubſtantia generantis: quia ex alicuius deciſione quod fuit conueniens in ſubſtantiam generantis tranſire. ſanguis enim aliquo modo dicit̃ eſſe de ſubſtãtia generantis: ⁊ multo amplius ſemen qḋ ẽ ad vlteriorem digeſtionem perductum. ℄ Ad tertium dicendum: ꝙ ſi per coituʒ emitteretur ſolum illud ſeminis: quod reſiduuʒ eſt ab opere nutritiue et augmentatiue nunꝗ̃ ſequeretur debilitatio: ſʒ ex immoderato coitu aliquando emittitur etiã id quod neceſſariuʒ erat ad membroruʒ nutrimentum: adeo ꝙ ꝓpter imoderantiaʒ coitus: vt in. xv. de animalibꝰ dicitur: loco ſeminis aliquis ſanguinẽ emittit: ideo opʒ ꝙ debilitatem nature ſequatur: nec mirum cum etiã ex ſuperflua egeſtione ⁊ vrina debilitetur corpus: ſicut ex moderata alleuiatur. ℄ Ad quartuʒ dicendũ ꝙ aſſimilatio nõ eſt ꝓpter conuenientiam in materia ſed ꝓpter motum virtutis actiue quo mouet in ſuam ſimilitudineʒ. ⁊ quia aliquando corrumpitur motꝰ patris in ſemine naſcitur filius ſimilis auo ⁊ ꝓauo: cuiꝰ motus manet: vt. xviii. de animalibus philoſophus oſtendit: ⁊ non ꝓpter hoc ꝙ materia corporis nati ex auo ⁊ ꝓauo traducatur. Et per hoc patet reſponſio ad quintum: ꝙ ſimiliter procedebat ex hoc ꝙ cognationis cauſa eſſet magis ex parte materie ꝗ̃ ex virtute actiua: cuius contrarium philoſophus oſtendit in quinto methaphiſice: dicens magis homo eſt de ge

nere patris ſui ꝙ̃ matris: cū a patre formā recipiat ⁊ a matre materiam. ¶ Ad fertum dōm: ꝙ in corpore hominis ⁊ in corpore embrionis ſunt diuerſe hūiditates magis ⁊ minus ad perfectam participationem ſpēi accedentes ſicut ſanguis ⁊ hūiditas in quā vlterius ſanguis digeſtus conuertitur: ⁊ vlterius caro ⁊ os. Sciendum eſt ergo ꝙ vnumqđqꝫ reſurget i eo in quo magis fuit perfecte participans naturam ſpeciei: ⁊ ſi in vtroqꝫ fuit perfecte naturam ſpeciei ꝑticipans: reſurget in eo in quo primo fuit. Sꝫ hoc ergo dōm eſt: ꝙ quicquid fuit in illis carnibus quas pater pueri comedit: quod iam vltima conuerſione aſſimilatum erat membris reſurget: in eo cuius carnes comeſte ſunt: Sed qđ fuit in illis carnibus de humiditatibus ⁊ humoribus a perfecta aſſimilatione diſtantibus: reſurget in puero qui ex illo ſemine generatur ⁊ in vtroqꝫ illud ſupplebitur quod deeſt ex virtute diuīa. hoc tñ ad tractatū de ſurrectōe magis ꝑtinet. Hoc male ſenſerunt quidam heretici ⁊c. Pelagius ad h̄ inducebatur ꝓpter hoc ꝙ ꝑtātem li. ar. ampliabat nimis: vt nullum peccatum eſſe in homine poſſꝫ niſi ex eius li. ar. proueniret ⁊ ꝙ nulla gratia indigebat homo ad h̄: vt a peccato immunis exiſteret. Originale peccatum dicitur fomes peccati ⁊c. Hic ponuntur nouē noīa originalis peccati: quorum differentia ſic accipi poteſt. pōt. n. hoc peccatū nominari: vel ꝑ comparationē ad modū quo creaẗ in nobis: vel per comparationem ad ſubiectum in quo eſt: vel per cōparationem ad peccatum actuale: in quod inclinat ⁊ q: per originem viciatam in nos peruenit. ideo ex modo quo creatur in nobis: nominatum dicitur originale peccatū. In pctō āt actuali duo ꝯſideraẗ. ſ. defect⁹ ſeu deformitas pcti: ⁊ ſꝫ h̄ noiaẗ fomes pcti q̃ſi fomentum prebens ad peccandū: ſicut ſiccitate lignorum fouetur ignis. ⁊ iterū delectatio que conſiſtit in conuerſione ad bonū cōmutabile: ⁊ ſic dicitur cōcupiſcentia q̄tū ad deordinationē actu exiſtentem in partibus anime ſubtracto retinaculo iuſtitie originalis. vel in ordine ad actum concupiſcentie ad quē peccatum originale inclinat: ⁊ ſic dicitur concupiſcibilitas. Subiectū autē in quo originale peccatum conſiſtit: eſt homo qui ex duabus naturis ꝯuenit rōnali ⁊ ſenſitiua: poteſt ergo originale peccatū nominari: vl' ꝑ ꝯꝑationē ad rōnalē: vl' ꝑ ꝯponē ad ſēſitiuā. Si ꝑmo mō ſic ex ꝑte eius qđ ē formale ī originali pctō. ſ. debite iuſtitie carentia dicitur lāgor. nature ex parte vero eius qđ eſt materiale. ſ. inordinatio inferiorum virium dicitur tyrannus inquantū per inordinationē. inferiorum virium iniuſte ⁊ quodammodo tyrānice ratio in ſeruitutē pcti trahitur. ex parte autem ſenſitiue que eſt potētia organis affixa: dicitur lex carnis ex eo ꝙ per traductionem carnis traducitur: ⁊ diciẗ lex membrorum inquantū in membris completis dominaẗ: ⁊ quodāmodo ſm cōditionem eoꝝ inclinat in actum: vt. ſ. in delectabile membris homo inclineẗ: qđ eſt eis conueniens. In eo materialiter erāt ⁊c. nō ita ꝙ illud qđ fuit materia corporis Ade ſit poſtmodū materia omnium hominū. ſed q: materia omniū hominū originaliter ab adā traducta eſt ſicut a principio effectiuo: primo in humana natura. materia. n. humani corporis eſt menſtruū: vel ēt ſemē ſimul vt quibuſdam placet. Qđ aūt ſemē ⁊ menſtruū cauſetur in nobis: hoc nō eſt niſi per virtutē naturalē que in nos ex parentibus deuenit: ⁊ ita tota materia corporis humani originem habet ab adam: nō quaſi ab eo deciſa: ſed quaſi a virtute que ab ipſo deſcendit preparata. Qđ etiam oñdi pōt ⁊c. Iſta ratio non valet q: ꝓcedit a maiori afirmando: magis enim videtur ꝙ in reſurrectione que tota miraculoſa erit aliqđ diuina virtute fiat. vel per multiplicationem: vel etiā alio quocunqꝫ modo: q̄ꝫ in naturali augmento qđ actione nature cōpletur. Nō inficiamur tñ ⁊c. Iſtud videtur inconueniens: ꝙ magiſter hic ponit: q: vl' caro ⁊ ſanguis ex cibis generata diſtincta erāt ab illa q̃ a parentib⁹ deſcēdit: ⁊ ſic nō tota q̄ꝫtitas humani corporis ſaluareẗ in carne q̃ ex parētib⁹ deſcēdit vel cōmixta illi: ⁊ ſic oportebat ꝙ ex eis vnū qđ generareẗ qđ neutrū illorum eſſet: ſed mediū inter ea: ⁊ ſic totū equaliter ad veritatē nature ꝑtineret: niſi forte poneretur eē mixtio ſm minima ſaluata: vt quidam poſuerunt: quod etiam in primū modū rediret.

## Diſtinctio. Trigeſimaprima.

### Quomodo peccatū originale a patribus tranſeat ad filios: an ſm animā: an ſm carnē.

n Nunc ſupereſt inueſtigare: q̄liter illud peccatū a patribus traducaẗ in filios. ſ. an ſm ſolā aīam: an ſm carnē: ſiue ſm vtrūqꝫ. Putauerūt qdaꝫ ſꝫ animā trahi originale peccatū: nō ſolū ſm carnē: q: nō ſolū carnē: ſꝫ ⁊ aīaꝫ ex traduce eē arbitrati ſūt. Sicut. n. i generatōe ꝓlis de carne paterna ſubſtātial'r trahiẗ caro: ita ⁊ de gignētis aīa: aīa geniti eēntial'r deduci ab his extimatur. Ideoqꝫ ſicut de corrupta carne caro corrupta ſeminaẗ: ita etiā de aīa peccatrice: aīa peccatrix corruptione originali infecta ab illis trahi dicitur.

Predictā opinionē dānat: ⁊ ꝙ per carnē traducaẗ peccatuꝫ dicit: ⁊ quo mō oſtendit.

h Hoc autē fides catholica reſpuit: ⁊ tāꝙ̃ veritati aduerſū dānat: que nō animas: ſꝫ carnē ſolā ſicut ſuperius diximus ex traduce eſſe admittit. Non igitur ſm aīam: ſed ſm carnē ſolā peccatū originale trahitur a parentibus. Eſt eni peccatū originale vt ſupra diximus: cōcupiſcentia: non qdeꝫ actus: ſꝫ viciū. Unde Auguſtin⁹ ad Ualeriū. Ipſa cōcupiſcētia eſt lex mēbroꝝ vel carnis: q̃ eſt morbidus qdā affect⁹ vel lāguor: q commouet illicitū deſideriū. i. carnalē cōcupiſcentiā: que lex peccati diciẗ: que dicitur manere in carne: nō qui in aīa ſit: ſꝫ q: per corruptionem carnis ī anima ſit.

Cauſam corruptionis carnis oſtendit ex qua in anima peccatum ſit.

c Caro eni per peccatum corrupta fuit in Adama deo: vt cum ante peccatū vir ⁊ mulier ſine incentiuo libidinis

⁊ concupiſcentie feruore poſſent conuenire eſſetq; thorum immaculatum iam poſt peccatū nō valeat fieri carnalis copula abſq; libidinoſa concupiſcentia: que ſemper viciū eſt et ⁊ etiam culpa: niſi excuſetur per bona coniugii. In concupiſcentia igitur ⁊ libidine cōcipitur caro formanda i corpus prolis. Unde caro ipſa que concipitur in vicioſa concupiſcentia polluitur ⁊ corrumpitur: ex cuius contractu anima cum infunditur maculaȝ trahit qua polluitur: ⁊ fit rea. i. vicium concupiſcentie: quod eſt originale peccatum.

Qd̄ propter corruptionem carnis que eſt cauſa peccati dicitur peccatū eſſe in carne.

i Deoq; ipſum peccatum dicitur manere in carne. caro igitur que in concupiſcentia libidinis ſeminatur: nec culpā habet: nec actum culpe: ſed cauſam. In eo igitur q̄ ſeminatur corruptio eſt in eo aūt q̄ naſcitur concupiſcentia vicium eſt. Unde Ambroſius d̄ verbis Apoſtoli ſic ait. Quomodo habitat peccatū in carne cuȝ nō ſit ſubſtātia: ſed priuatio boni. ecce primi hominis corpus corruptum ē p̄ peccatum. Ipſaq; corruptio p̄ cōditiōem offenſionis manet i corpore: robur tenens diuine ſentētie date i adā cuius conſortio anima maculatur peccato: p̄ id ergo quod facti cauſa manet ihabitare dicitur peccatū i carne: hec eſt lex carnis. Ideȝ nō habitat peccatū i aīa: ſed i carne: q̄r peccati cā ex carne ē: nō ex aīa q̄r caro ē ex origie carnis peccati. ⁊ p̄ traducē oīs caro fit peccati. aīa vero nō traducit̄: ⁊ iō in ſe cām peccati nō hȝ. Augu. quoq; ex carne peccatū aīam trahere i ſermone quodā de verbis apoſtoli oſtendit dicens. vicium cōcupiſcētie ē quod i anima: ſed ex carne ꝯtraxit. Natura quippe humana iō ope dei cū vicio primitus ē inſtituta: ſed ex volūtatis arbitrio prior hoīum veniēti vicio eſt ſauciata: ita vt non ſit in carne bonum: ſed vicium quo inficitur aīa.

De cauſa originalis peccati que eſt in carne: vtrum ſit culpa: an pena.

b Ic queri ſolet: vtruȝ cauſa peccati originalis q̄ dicta eſt eſſe in carne: culpa ſit: vel pena: ſiue aliquid aliud. Culpa eſſe nō poteſt: quia culpa nō eſt i re irratiōali. Sicut enim culpa eſſet i carne ante infuſiōeȝ aīe: actualis eſſet vel originalis. Sed actual' ibi nō eſt nec originalis culpa eſt: quia ipſa cauſa eſt originalis peccati. Si autem pena eſt qua eſt illa paſſibilitas vel mortalitas: vel alia corruptio. hos enim defectus carni in eſſe conſtat.

Hic aperitur quid ſit. ſ. feditas tracta ex libedine coeuntium: que vicium vel corruptio dici poteſt.

i D quod dici poteſt: quia multiplex defectus carnis ⁊ precipue pollutio quedam: quam ex feruore coitus parentum ⁊ concupiſcentia libidinoſa contrahit caro dum concipitur: cauſa eſt originalis peccati: que recte viciuȝ ſiue corruptio carnis appellari poteſt. que feditas maior eē videtur in carne concupiſcentialiter traducta: q̄p̄ in ea vnde traducitur. Et quod vicium vel corruptio ſit in carne ante coniunctioneȝ anime: effectu probatur cum anima infunditur: q̄ ex corruptione carnis maculatur. Sicut in vaſe dignoſcitur vitium eſſe cum vinum infuſum acceſſit.

Inductu oſtendit ſimilium non abſurde filios trahere peccatum a parentibus eo mūdis dici.

Ne autem miremur ⁊ in intectu turbemur: audientes peccatum originale filios traducere a parentibus: iā per baptiſmum ab illo peccato mundatis: diuerſarum ſimilitudinuȝ inductione id poſſe fieri inſinuat Augu. in libro de baptiſmo paruulorum ita inquiens. Quomodo preputium per circūciſionem aufertur: manet tamē in eo quem genuerunt circuncidi. Quomodo etiam palea que opere humano tanta diligentia ſeparatur: manet tamen in fructu qui de purgato naſcitur tritico. ita peccatuȝ quod in parentibus per baptiſmum munda tur manet in eis quos genuerunt. Ex hoc enim gignunt quod adhuc vetuſtum trahūt non ex hoc q̄ lex in nouitate promouit eos inter filios dei. Non enim generant parentes filios ſecundum illam generationem: qua denuo ſunt nati: ſed potius ſecundum illam qua carnaliter ⁊ ipſi primum ſunt generati.

Quare dicatur originale hic dicitur cuȝ epilogo.

i Am oſtenſum eſt quid ſit originale peccatuȝ: ⁊ qualiter a parentibus in filios ⁊ per carnem in animam tranſeat. Ex quibus etiam innoteſcit quare dicatur originale peccatum: ideo. ſ. quia ex vicioſa lege originis noſtre in qua concipimur. ſ. carnis libidinoſa concupiſcentia traducitur vt ſupra dictum eſt. Non enim quia ex carne traducta ab Adam concepti ſumus: ideo peccatuȝ traximus: quia ⁊ chriſti corpus ex eadem carne formatum eſt: que ab Adam deſcendit: ſed eius cōceptus eſt celebratus: nō

lege peccati.i.ↄcupiſcentia carnis. vnde ꝛ ca
ro eius peccatrix non fuit: imo operatiõe ſpi
ritus ſancti. Noſter vero conceptus non fit
ſine libidine: ꝛ ideo non eſt ſine pctõ. Quod
euidenter Auguſtinus oſtendit in lib. de fide
ad Petrum ſic dicens. Quia dum ſibi inui
cem vir mulierq̃ miſcentur ſine libidine: nõ
eſt parentum concubitus. ob hoc filiorũ ex
eorum carne naſcentium non poteſt ſine pec
cato eſſe ↄceptus. vbi peccatum in paruulos
non tranſmittit propagatio: ſed libido: nec fe
cunditas nature humane facit homines cum
pctõ naſci: ſed feditas libidinis: quam homi-
nes habent ex illius iuſtiſſima ↄdemnatione
pcti. Ideo beatus Dauid propter originalẽ
peccatum: quo naturaliter obſtricti ſunt filii
ire dicit: In iniquitatibus conceptus ſum ꝛ
in.p.con. me mater mea. Ex hoc itaq̃ appa-
ret ex lege ↄceptionis traduci originale pec-
catum: quia niſi corruptio ſic fieret in carne:
anima ex carnis coniunctione ↄcupiſcentie
vicium non traheret.

Obiectio quorundam intentiũ probare
peccatum non traduci ex lege coitus.

Ed ad hoc oppõitur hoc modo. In
ſ ipſo ↄceptu vbi dicitur trãſmitti pec
catum propagatur caro: nec tamẽ ſic
infunditur animam ſm phyſicos: ſed iam effi
giato corpore: quod etiam moyſes in exodo
aperte ſignificat: vbi ait de percuſſura mulie
ris pregnantis. Si quis inquit percuſſerit
mulierem pregnantem ꝛ abortũ fecerit: ſi ad
huc informe fuerit puerperium: mulctuabiẽ
pecunia. Si autem formatũ fuerit reddat anĩ
mam pro anima. Formatum vero itelligitur
propria anima animatum: ꝛ informe quod
nondum habet animam. In ipſã ergo conce
ptu cum caro propagatur: nondum infundi
tur anima. Quomodo ergo ibi peccatũ trãſ
mittitur cum peccatum nõ poſſit eſſe vbi anĩ
ma nõ eſt. Ad quod dici poteſt: qꝛ in illo cõ
ceptu dr̃ pctm̃ trãſmitti: nõ qꝛ pctm̃ origina
le ſibi ſit: ſ; qꝛ caro ibi cõtrahit id ex quo pec
catũ fit in aĩa cũ infunditẽ ꝛ vtrũq̃ vocaẽ cõ-
ceptus.f. ꝛ cũ caro ꝑpagaẽ formãq̃ corporis
hũani recipit: ꝛ cũ aĩa infunditẽ: qḋ aliquãdo
etiã dr̃ natiuitas. Vñ qḋ natũ eſt i te. Pro
prie aũt natiuitas dr̃ in lucem editio.

Unc ſupereſt inueſtigare qualiter illud
peccatum ꝛc. Oſtenſo ꝙ peccatũ origi-
n nale eſt ꝛ quid ſit: hic ꝓſequitur quaſdã
ↄditiones ipſius. Et diuiditur i partes
tres. In prima determinat de peccato
originali q̃ſtũ ad ei⁹ principiũ oſtendens quõ tradu
catur. In ſecũda determinat de eo q̃ſtũ ad ei⁹ termi
num oſtendens quomodo per baptiſmũ remittatur
.xxxiii. di. quũ ſupra dictũ eſt ꝛc. In tertia determinat
de eo q̃ſtũ ad eius nũerũ inquirens an ſit vnũ vl' plu
ra. ibi. Predictis adiciendũ videẽ ꝛc. Prima diui-
ditur in duas. In prima oſtẽdit modũ quo peccatum
originale traducitur. In ſcđa mouet ↄtra h̃ quandã
dubitationẽ. ibi. Sed ad h̃ opponũtur h̃ modo ꝛc.
Prima diuidiẽ in duas. In prima determinat modũ
quo peccatũ originale in nos peruenit. In ſecunda
ex ipſo modo concludit rõnem nois. ibi. Iã oſtendẽ
dum eſt qđ ſit originale peccatũ ꝛc. Prima diuidiẽ
in tres. In prima mouet q̃õnem: vtrũ.ſ. peccatũ ori
ginale per traductionẽ aĩe vel per traductionem car
nis in nos deueniat. In ſcđa excludit ſniam illorum
qui per traductionem aĩe peccatũ originale i nos de
uenire dicebant. ibi. Putauere qdam ſm aĩam ꝛc.
In tertia oñdit qualr̃ ſ; traductionẽ carnis origina
le peccatũ traducaẽ. ibi. eſt eni peccatũ originale: vt
ſupra diximꝰ ꝛc. Et diuidiẽ in partes tres. In prima
oſtẽdit ꝙ ꝑpter feditatẽ que eſt in carne cũ traducti
one carnis ſil' culpa vel pena traduciẽ. In ſecũda in
quirit de illa feditate quid ſit: vtrum.ſ. culpa vel pe
na. ibi. Hic queri ſolet ꝛc. In terta oñdit quõ illi qui
ab hac feditate purgatĩ ſunt peccatũ originale tran
mittere poſſit. ibi. Ne autem miremur ꝛ intellectu
turbemur ꝛc. Hic queruntẽ duo. Primo de traducti
one originalis peccati. Secundo de ſubiecto eius.
¶ Circa primum queruntẽ duo. Primo: vtrũ per tra
ductionẽ carnis originale traducatur. Scđo: vtrum
in oẽs hoies neceſſariũ ſit originale pctm̃ trãſire.
D primũ ſic ꝓcediẽ. videẽ ꝙ ꝑ originẽ car-
a nis originale a primo parẽte in poſteros trã
ſire nõ poſſit. Actio eni ꝑſone non extendit ſe
ad naturã quia perſona inferior ꝛ minus ẽ potens q̃
natura in qua ſubſiſtit: ſ; origo carnis debeẽ ipſi na-
ture cũ generatio ſit ordinata ad ↄſeruationẽ ſpeciei
ꝛ non indiuidui. ergo peccatũ primi parẽtis ꝑ origi-
nem carnis in poſteros trãſire nõ potuit: qꝛ hoc eſſe
nõ potuit: niſi ꝑ actionẽ perſone natura inficeretur.
¶ Pre. cõtrariorũ oꝫ eſſe idẽ ſubiectũ: ſ; infectio cul
pe ꝑfectioni virtutis opponitur cũ ergo ſemen ſubie
ctũ virtutis eſſe nõ poſſit nec infectioni culpe ſubiciẽ
poterit. caro aũt nõ traduciẽ niſi mediãte ſemine. er
go ꝑ modũ iſtũ mediante ſemine nõ poterit ꝑ tradu-
ctionẽ carnis originale peccatũ traduci. Si dicatur
ꝙ ꝑ libidinẽ coitꝰ ſemẽ inficiẽ ꝛ illa infectio eſt cauſa
culpe originalis. ¶ Cõtra. libido ſm Aug. diciẽ im-
proba voluntas. ſed improba volũtas peccatũ ẽ. er-
go ſi rõne libidinis culpa originalis creatur in nato
tunc natus traheret peccatũ originale a primo pen-
te ꝛ nõ a primis parẽtibus. ꝛ hoc eſt ↄtra id quod in-
fra magiſter determinat. ¶ Pre. illa infectio ſemis
defectus quidã eſt. omnis aũt defectꝰ in nobis vide
tur vel culpa vel pena eẽ: aut igitur ẽ culpa aut pena
Culpa nõ põt eſſe: qꝛ ſemẽ ſubiectũ culpe eẽ nõ põt.
nec etiã pena: qꝛ pena culpã ꝑcederet: ꝛ culpa ex pe
na crearetẽ: qḋ eſt iconueniẽs. ergo nullo modo põt
ex infectiõe ſeminis pctm̃ originale i gñato creari.
¶ Pre. etiã poſt baptiſmũ q̃uis originalis cl'pa de-
leatur: remanet tñ cõcupiſcẽtia in corpore ꝑ modum
pene. ſi ergo infectio ↄcupiſcentie in ſemine aĩaꝫ infi
cere poſſet culpa originalis ẽt poſtq̃ hõ a pctõ origi-
nali mũdatꝰ eẽt ꝑ cõcupiſcẽtiã i corpore remanentẽ
aĩa ſilr̃ inficeretẽ: ꝛ ita pctm̃ originale de neceſſitate

rediret: qđ eſt incōueniens: qꝛ oporteret etiā de neceſſitate ⁊ penā ei⁹ redire q̄ eſt carētia viſiōis diuie. ergo nō ē poſſe ꝙ infectio ſeminis infectionē culpe in aīa cāet. ℂ Cōtra eſt qđ Apl's dicit ad Ro. v. Per vnū hoīem pctm̄ in mundū intrauit. ſꝫ nō potuit ex vno hoīe humanū gen⁹ infici: niſi eo mō quo totū genus humanū ex vno hoīe ꝓceſſit. hoc aūt fuit ꝑ originē carnis. ergo hoc mō pctm̄ originale a primis parētibus in nos trāſit. ℂ Pre. ſicut ſe hꝫ ꝑſonale peccatū ad actū perſone: ita ſe hꝫ pctm̄ nature ad actuꝫ nature. ſꝫ peccatū pſonale. i. actuale ex actu ꝑſone cātur. ergo ⁊ peccatū nature. ſ. originale ex actu nature in nobis efficitur. ſꝫ act⁹ nature ē actus generationis ꝑ quē ipā natura ſpēi ſaluat. ergo ꝑ actū generatiōis pctm̄ originale in nos trāſit. ℂ Reſpōdeo dō: ꝙ in ꝓgreſſu originalis talis ordo ſeruatur ꝙ ꝑſona naturā infecit per actum peccati ⁊ nature infectio in perſonam ſcđario tranſiuit que a perſona peccante propagatur: quod qualiter ſit videndū eſt: ſicut. n. p̄ri⁹ dictum eſt. ħ deus humane nature in ſui principio ſupra ꝯditionem ſuoꝝ principioꝝ contulerat: vt eſſꝫ in ratione rectitudo quedam originalis iuſtitie quam ſine aliqua reſiſtentia inferioribus viribus imprimere poſſet: ⁊ qꝛ hoc gratis collatū fuerat. ideo iuſte ꝑ ingratitudinem inobedientie ſubtractū eſt. vnde factū eſt: vt primo homine peccante natura humana que in ipō erat ſibiipſi relinqueretur: vt cōſiſteret ſꝫ cōditionem ſuoꝝ principioꝝ: ⁊ per modū iſtū ex actu perſone peccantis in ipſam naturam defect⁹ trāſiuit ⁊ qꝛ natura deficiens ab eo qđ gratis impenſū erat ſi pōt creare hoc qđ ſupra naturā collatū erat: cū nihil agat vltra ſuā ſpēm. ideo ſeqtur ꝙ ille q generat ab habente naturā hoc mō deficientē naturā in ſimili defectu ſuſcipiat: qꝛ act⁹ perſone ſcḋm conditionē ſue nature ꝓcedit ⁊ vltra nō ſe extēdit: inde eſt ꝙ defectus in ipſam perſonā generatā redūdat. ſed ratio culpe inde venit: qꝛ illđ qđ collatum fuit gratis ade. ſ. originali iuſtitia non fuit ſibi collatū ꝑſonaliter: ſed inq̄ꝫtū talē naturā habebat: vt oēs. ſ. in quib⁹ talis ab eo accepta natura inueniretur tali dono potirentur. ⁊ iō cū ꝓpagatiōe carnis ēt illa originalis iuſtitia ꝓpagata fuiſſet. In ꝑtāte ergo nature erat: vt talis iuſtitia ſemꝑ in ea ꝯſeruaretur: ſed ꝑ voluntatē perſone exiſtentis in natura factum eſt vt hoc perderetur. ⁊ iō ħ defectus cōparat⁹ ad naturā rationē culpe habet in omnibus in quibus inuenitur cū natura accepta a ꝑſona peccante. ⁊ qꝛ per originē carnis defect⁹ iſte naturali generatione traducitur ſimul cuꝫ natura. ideo etiam ⁊ culpa originalis per originem carnis traduci dicitur. ⁊ qꝛ per voluntatē perſone ratio culpe ad naturā trāſit. ideo dicitur ꝑſonā naturā infeciſſe: qꝛ vero in perſonis alijs eſt originale peccatū a p̄ma pſona generantis nō eſt ratio culpe ex ipſis: cū nō ꝓpria voluntate peccatū tale incurrant: ſed inquantum talem naturā cū ratione culpe recipiunt. inde eſt: ꝙ ſecundo natura perſonam inficere dicitur. inde etiam eſt ꝙ iſta infectio ex inordinata voluntate primi parentis in ipſo q̄dem primo parēte fuit duplr̄. ſ. ꝑ modū peccati actualis inquantū eam ꝑ ꝓpriā voluntateꝫ cōtraxit: ⁊ etiā vlteri⁹ per modū peccati naturalis: inquantū nā ī eo infecta ē. In ſequentibus aūt nō eſt niſi peccatū naturale. ℂ Ad primū ergo dōꝫ: ꝙ quis natura abſolute ꝯſiderata imobilis ſit: tamen ſcḋm eſſe ſuū ꝯſiderata oportet ꝙ ad variationem perſone varietur per accidens. ꝯſtat eni ꝙ deficiēte hoc hoīe deficit humana natura q̄ in ipſo eſt: ⁊ ita ēt peccatū perſonale Ade in naturam humanā trāſiuit ſcḋm ꝙ in ipō eſſe habebat. Ipſo enim peccāte priuat⁹ eſt his que ſibi rōne nature ſue gratis conceſſa erant: ⁊ eo priuato etiā natura priuata fuit: ꝓut in ipſo erat: ⁊ per ꝯñs in aliis qui ab ipſo naturā accepturi erāt. ℂ Ad ſecundū dōm: ꝙ ſemen nō ē actu ſubiectū culpe: ſꝫ virtutē tm̄: hoc mō eni ſe habet ſemen ad peccatū originale: ſicut ad naturā humanaꝫ. vnde ſicut in ſemine non eſt natura humana niſi in virtute: ita etiam nec originalis culpa: qꝛ per virtutē que eſt in ſemine generatio ad naturam humanam terminatur infectam originali peccato. ℂ Ad tertium dōm: ꝙ libido tribus modis dicitur. vno modo ſecundum ꝙ conſiſtit in actu voluntatis illicite ⁊ inordinate aliquid deſiderantis. ⁊ hoc modo libido eſt actuale peccatum. Alio modo dicitur libido que conſiſtit magis in delectatione ſenſualitatis: ⁊ precipue in actu generatiue: vbi ſuperexcedit delectatio: ⁊ ſic eſt quiddaꝫ ex peccato derelictum: non quia ſine peccato non eſſet delectatio: ſed quia inordinata non eſſet: quod nomen libidinis importat. Tertio modo poteſt ſumi libido: quaſi habitualiter pro illa inordinatione viriū nimia: ex qua eſt in nobis pronitas ad inordinate concupiſcendum. A prima igitur libidine mens cuiuſlibet iuſti generantis liberatur cum contingat actum matrimonialem ſine omni culpa ⁊ mortali ⁊ veniali exercere. vnde conſtat ꝙ non intelligitur illa libido trāſmittere originale pctm̄ i ꝓlē nec iteꝝ illa que eſt inordinata delectatio ſenſualitatis: ⁊ ſi enim per miraculum a tali inordinatione delectationis coit⁹ aliquorum purgaretur: nihilominus eorum nati peccatum originale contraherent. vnde patet ꝙ libido tertio modo dicta itelligitur eſſe peccati originalis cauſa. omne enim generans generat ſibi ſimile i natura. vnde cum hec ſit cōditio nature humane iuſtitia originali deſtitute: vt talis inordinatio virium anime in ea exiſtat: conſtat ꝙ etiam talis conditio in prole remanebit: ⁊ ſi feruor coitus inueniatur dici cauſa originalis peccati hoc non propter ſe dr̄: ſed inquantū ē ſignū eius qđ ē nature cā: qꝛ ex inordinatiōe virium inordinata delectatio in coitu procedit quaſi ſignum ⁊ effectus cām ſuā indicās. ℂ Ad quartū dō: ꝙ illa infectio que eſt in ſemine: ſicut nō hꝫ rōnē culpe proprie loquendo ante infuſionē aīe ita nec pene. oꝫ enim eſſe idem ſbm culpe ⁊ pene. ⁊ ideo ſicut i rebus irrationalibus nō proprie eſt pena que de ſe ordinē ad culpam hꝫ: ita etiaꝫ nec in ſemine pena pōt eſſe: ſed eſt defectus quidā i quātū ſimilitudo nature generātis i ſemine virtualiter manet ꝑ modū ēt quo lepra in ſemine leproſi ū eſt egritudo. ſi tn̄ pena eē poſſet eē cā culpe nō in quātū huiuſmodi: ſꝫ ſcḋm ꝙ ex culpa creatur virtus enim cāe manet in effectu. vnde qꝛ ꝑ pctm̄ ꝑmi hoīs iſta infectio ꝯſecuta eſt i tota natura humana: iō vbi inuenit ſubiectū ſuſceptiuuꝫ culpe hꝫ rōnē culpe in actu: ſicut in puero iam nato vbi vero ħ non inuenit manet in tali infectione virtus culpe vt ſic cā culpe eſſe poſſit. ℂ Ad quītū dō: ꝙ cum peccatū originale per ſe loquendo ſit nature vitium non pōt creari per id quod eſt perſone per ſe ſꝫ ſolū ꝑ id qđ nature debet. Conſeruatio aūt ꝯiunctionis corporis ad animam pertinet ſpāliter ad eſſe huiuſmodi ꝑſone in nā hūana ſubſiſtētis: ⁊ iō talis cōiūctio infectionē originalis peccati nō facit i aīa niſi adiungatur aliquid qđ ꝑ ſe ad nāꝫ ꝑtineat: ⁊ ħ eſt ac

tus generationis qui ꝑ ſe nature conſeruande debe
tur. ⁊ ideo ex ↄcupiſcētia que remanet poſt baptiſmū
non inficitur iterato anima illius qui baptizatus eſt:
ſed per generationem in filium ſuum traducitur vt
in originali naſcatur.

a D ſecūdū ſic proceditur. Videtꝰ ꝙ nō ſit ne-
ceſſe oēs homines i peccato originali naſci.
Baptiſmus enim reddit regeneratis per ip
ſum hoc quod per Adam perditum fuit: qꝛ donum
chriſti excedit delictum ade vt dicitur Ro. v. ſed ſi
adam non peccaſſet homines in peccato originali fi
lios non generaſſent. ergo ⁊ homines baptizati in fi
lios peccatum originale non tranſmittunt. ¶ Pre-
terea mors ē pena originali peccato debita. ergo vbi
non erit mors ibi non erit originale: ſed Hieronymꝰ
ponit quoſdam in fine mundi non morituros. ergo vi
detur ꝙ illi in originali non naſcantur. ¶ Preterea
ſicut deus ex coſta viri mulierem formauit: ita etiam
potens eſt nunc ex digito hominis vel alio membro
corpus humanum formare conſtat autem ꝙ ille qui
ſic formatus eſſet non deſcenderet ex adam ſm rōnē
ſeminalem: cum igitur hec fuerit cauſa vt Aug. dicit
quare xp̄s originale non contraxit: qꝛ non fuit in adā
peccante ſm ſeminalem rōnem: videtur ꝙ iſte origi
nale non habebit: ⁊ ita non eſt neceſſarium in omnes
originale tranſire. ¶ Preterea. Si muliere peccan
te que ante virum peccauit: vir in ſ. ar. remanſiſſet
poterat etiam non peccare: ſed ſi adam nō peccaſſet
etiam muliere peccante non fuiſſent ex eis homines
in originali geniti. ergo cum hoc fuerit poſſibile non
eſt neceſſarium vt peccatum parentis prime. ſ. Eue
in omnes poſteros eius tranſeat. ¶ Pre. vt Augu.
dicit in littera: concupiſcentia libidinis que eſt ī actu
coitus originale peccatum creat. ſed qualitercunqꝫ
ſtuitatꝰ ↄcupiſcētia potens eſt deus ab ea hoīem libe-
rare per miraculū. ergo ↄtingit aliquem ſine peccato
originali naſci. ¶ Cōtra eſt qd̄ Apoſtolus Ro. v. di
cit: Peccatū in oēs hoīs trāſiuit. ¶ Pre. ille q̄ non
eſt peccato obnoxius redēptōe non idiget. ſi ergo ali-
qs q̄ nō in pctō originali naſceretꝰ p̄ter xp̄m inuenire
tur aliqs q̄ redētione facta per xp̄m nō idigeret: ⁊ ſic
xp̄s nō eēt caput oīum hoīum: qd̄ nō eſt cōueniēs ſm
fidē. ergo nec ponere ꝙ aliqs ſine pctō originali na-
ſci poſſit. ¶ Reſpōdeo dd̄: ꝙ neceſſariū ē oēs qui ex
Adam generantꝰ ꝑ viā coitꝰ pctm̄ originale trahere:
cuiꝰ ratio ex dictis accipi pōt. ad eē. n. originalis duo
cōcurrunt. ſ. defectꝰ q̄dā p̄ncipia nature humane cō-
ſequēs. ⁊ iterū ꝙ fuerit i ptāte nature: vt iſto defectu
careret: vel nō: ſine quo ratio culpe i hoc defectu nō
eēt. vtrūqꝫ aūt neceſſariū eſt inueniri in illis qui ex
Adam ꝑ modū dictū generantꝰ. Si. n. defectꝰ ille nō
traduceretur: nō poſſet cōtingere: niſi ꝑ hoc ꝙ natura
generātis ꝑfecte reintegrata eſſet. nō eni pōt cōtin-
gere: vt virtute nature deficientis aliqd̄ in natura
nō deficiens generetꝰ. natura vero humana inſtatu
huius vie nō reintegratꝰ q̄ꝫtū ad id qd̄ nature ē. ⁊ ſi
ꝑ gratiā reintegratꝰ q̄ꝫtū ad hoc ꝙ ad ꝑſonā ꝑtinet. ſꝫ
in futuro ꝑfecte reintegrabitꝰ i beatis. vn̄ oꝫ ꝙ ſm to
tū decurſū hꝰ vite defectꝰ iſte ex parētibꝰ in filios ꝓ
pagetur. ſilr ēt ⁊ rō volūtarii q̄ culpā cāuſat i natura ī
oēs hoīes q̄ ab adā naturā accipiūt trāſit. erat. n. vt
ſupra dictū ē tali cōditione ſibi iuſtitia originalis con
ceſſa: vt oēs q̄ ab eo naturā humanā acciperēt ſimul
cū natura ⁊ iuſtitiā ↄſequerētꝰ. vn̄ ꝙ illi q̄ ab ipſo na-
ti ſūt tali iuſtitia careāt ex volūtate ipſiꝰ ade ↄſecutū
eſt. vn̄ ratio volūtarij in oēs qui ab eo naturā humā
nam accipiūt ſimul cū defectu trāſit. ⁊ qꝛ genitum na-
turā recipit a generāte ⁊ patiēs ab agēte. iō oēs qui
ſm ſeminalē rōnem q̄ eſt virtus actiua ab adam de-
ſcendūt: oꝫ ꝙ in culpa originali naſcantꝰ. ¶ Ad p̄mū
ergo dd̄m: ꝙ redētio xp̄i totū nobis reddit qd̄ i adam
ꝑdidimꝰ: nō tn̄ ſimul: ſed vnūqdq; tp̄e ſuo. nō enim ꝑ
xp̄m in primū ſtatū inocentie perducimur vt ſimꝰ im
mortales in hac via: ſicut ⁊ Adam fuit. ſed hͦ ꝑ xp̄m
i patria cōſequi ſperamꝰ. ⁊ iō per baptiſmū ⁊ alia ſa-
cramēta que ex paſſione xp̄i virtutē ſortiūtur expur
gatur homo q̄ꝫtū ad id qd̄ perſone ē: ⁊ etiā q̄ꝫtum ad
naturā in his que ꝑſone ſūt comparata: vt ipſe homo
in actibꝰ perſonalibꝰ pctō nō ſeruiat: ſed n̄ in q̄ꝫtū ad
naturā in his que ꝑ ſe nature debentꝰ. ⁊ iō oꝑꝫ vt per
actū etiā nature infectio originalis in ↄlem trāſeat:
q̄ꝫuis ēt pater ſit a culpa originali immunis ſm ꝙ ad ꝑ
ſonam ſuā ſpectat. ſicut enim peccatū originale quili
bet trahit particulari ḡnatione ſua ⁊ nō per generati
onem patris ſui: ita ēt oꝑꝫ ꝙ ⁊ mūdationē ſuā conſe-
quatur ꝑ ſpālem regenerationem ſuā: ⁊ nō ꝑ hoc ꝙ
pater ſuas regeneratꝰ. ¶ Ad ſcd̄m dd̄m: ꝙ hoc nō cō
cedatur ab oībus ꝙ aliqui in fine mūdi inueniantur:
q̄ nō moriantꝰ: imo Aug. ⁊ Ambro. cōtrariū dicūt: ⁊ di
ctum Hieroni. magiſter exponit in. xliii. di. quarti li
bri hoc mō: ꝙ dicantꝰ illi q̄ inuenientꝰ viui nō mori ex
eo ꝙ ſtatim reſurgent: ⁊ mors eoꝝ breuiſſimo tp̄e erit
ſi tn̄ detꝰ ꝙ nō morientꝰ: non ſeqtur ꝙ ſine culpa origi-
nali naſcantꝰ. hoc eni ex ſpāli diſpēſatione dei agetur
vt hanc penā remittat ex ſua liberalitate: qꝛ volūtas
⁊ ptās eiꝰ nō eſt ſubdita ordini culpe ad penā: multo
etiā minus q̄ꝫ ordini materialis cauſe ad effectū. pōt
eni facere ⁊ facit qn̄qꝫ deus vt ignis nō cōburat: vt
in tribus pueris pꝫ Danielꝰ. iii. vnde nō eſt incōueni
ens ſi faciat vt nati in originali moriantꝰ: ⁊ p̄cipue cū
mori in actu nō ſit directe pene origiali rn̄dens: ſed
neceſſitas moriēdi. Illi aūt hoīes neceſſitatē morien
di i natura ſua habebūt. ſed hac pōne facta ab hac ne
ceſſitate nature per ſpālem gratiā liberabūtur: ſicut
neceſſe eſt ſm cauſas inferiores ignē cōburere a qua
tamē neceſſitate pueri in camino per gratiā liberati
ſunt. ¶ Ad tertiū dd̄m: ꝙ ſi aliquis diuina virtute ex
cōdigno formaretur originale nō haberet: haberet ni
hilominꝰ omnes defectus quos habēt q̄ in originali
naſcūtur: tn̄ ſine rōne culpe: qd̄ ſic pꝫ: poterat deus a
p̄ncipio quādo hoīem ↄdidit etiā aliū hoīem ex limo
terre formare quē in cōditione nature ſue relinque-
ret: vt. ſ. mortalis ⁊ paſſibilis eſſet: ⁊ pugnam concu-
piſcētie ad rōnem ſentiens in quo nihil humane na-
ture derogaretur: qꝛ hoc ex principijs nature conſe-
quitur. non tamen iſte defectus in eo rationem culpe
⁊ pene habuiſſet: qꝛ nō per voluntatem iſte defectus
cauſatus eſſꝫ. ſimiliter dico ꝙ in iſto qui ex digito ge
neratur tales defectus eſſent ſi principijs ſue nature
relinqueretur niſi dominus gratis hoc ſibi vellet cō
ferre quod primo homini contulit: nec iſti defectꝰ ex
voluntate primi hominis procederent: qꝛ defectus
non cauſantur ex voluntate primi parentis: niſi i eis
qui ab eo naturam accipiunt: non autem aliquis acci
pit naturam a materia: ſed ab agente. vnde cum iſte
ſit ab adam ſolum materialiter: non autem ſicut a p̄n
cipio actiuo ab eo deſcendat: conſtat ꝙ naturam hu-
manam ab eo non accipit nec culpam originalem per
eum incurrit: nec predictos defectus: ⁊ ideo rationē
culpe vel pene non habebunt: cum non comparētur:

ad voluntatem ſicut ad cauſam. ¶ Ad quartũ dicẽdum ꝙ ſi mulier peccaſſet viro non peccante: forte illa in peccato ſuo mortua fuiſſet ⁊ deus viro aliam vxorem prouidiſſet: ſi tamen ⁊ ea filios genuiſſet dicitur ꝙ illi filii paſſibilitatem ⁊ defectus corporales contraxiſſent: non autem originalem culpam ⁊ defectus qui ſunt ex parte anime: cuius ratio in euidenti eſt: quia ſm philoſophum in. vi. de animalibus: corpus non eſt niſi ex femina: aīa autem eſt ex mari: non ita ꝙ anima rationalis traducatur: ſed quia in ſemine eſt virtus formatiua per quam in aliis animalibus inducitur anima ſenſibilis in homine vero organizatur corpus ⁊ preparatur ad receptionem aīe rationalis. Si autem ecõuerſo adam peccaſſet muliere nõ peccante filii ex vtroqꝫ concepti vtrunqꝫ haberent ⁊ defectus anime ⁊ corporis: q: ex defectu anime etiam defectus corporis cauſantur: deficiente. n. priore neceſſe eſt ⁊ poſterius deficere: ſed non cõuertitur. ¶ Ad q̄ntum dd̄m: ꝙ hoc non poſſet eſſe vt cõcupiſcentia habitualis que in ordinatione viriũ anime conſiſtit tolleretur ex toto: niſi natura penitus reintegraretur. ⁊ hoc quidem nulli dubium eſt q̄n deꝰ facere poſſet: ⁊ ſi hoc fieret proculdubio geniti ſine originali naſcerentur.

Einde queritur de ſubiecto originalis pecca
d ti. Et circa hoc queruntur duo. Primo vtrũ originale ſit in eſſentia anime: ſicut in ſubiecto vel in aliqua potẽtia eiꝰ. Secundo: vtrum generatiua pre aliis viribus infecta ſit.

D primũ ſic ꝓceditur. videtur ꝙ originale ſit
a in aliqua potentia ſicut in ſubiecto. Illud. n. quod eſt a corpore abſolutum ⁊ immateriale non vnitur corpori niſi mediante aliquo materiali: ſꝫ anima rationalis abſoluta eſt a materia: ⁊ immaterial' vt in tertio de anima philoſophus ꝓbat. ergo oportet q: vniatur corpori mediantibꝰ potentiis ſenſitiue ⁊ nutritiue partis que ſunt materiales ⁊ organis affixe. ſed peccatum originale tranſit in aīam ex hoc ꝙ corpori coniuncta eſt. ergo per prius inuenitur in potentiis ſenſitiue ⁊ nutritiue partis. ¶ Pre. originale per originẽ traducitur. origo autẽ humane nature eſt per actum generatiue potẽtia. ergo i ea ṗmo ⁊ principal'r eſt originale: ſicut in ſubiecto ⁊ non in eẽntia anime. ¶ Pre. cõcupiſcentia ſiue habitualiter ſiue actualiter ſumatur ad vires ſenſitiuas pertinet. ſed in precedenti diſtinctione magiſter dixit originale eſſe concupiſcentiam. ergo eſt in potentiis illis: ſicut in ſubiecto ⁊ non in eſſentia anime. ¶ Pre. ſicut Aug. dicit. omne peccatum in voluntate eſt: ſed originale peccatum eſt. ergo in voluntate eſt: volũtas autem potentia eſt anime. ergo eſt in potentia ſicut ĩ ſubiecto. ¶ Pre. pena reſpondet culpe: ſed pena originalis. ſ. carentia diuine viſionis eſt in ratione. ergo ⁊ peccatum originale: ratio autem potentia quedam eſt. ergo originale ⁊c. ¶ Contra. per origiale omnes potentie anime inficiuntur: ſed potentie non vniuntur niſi in eſſentia. ergo originale per prius eſſentiaꝫ reſpicit. ¶ Preterea. originale eſt culpa ⁊ infectio nature: ſed ad naturam per prius comparatur eſſentia q̄ꝫ potentia: quia eſſentia eſt pars eſſentialis nature. ergo in ea originale principaliter eſt. ¶ Reſpondeo dicendo: ꝙ peccatum originale eſt in eſſentia anime ſicut i ſubiecto: quod ſic patet: philoſophꝰ in. viii. methaphyſice oſtendit ꝙ vnio forme ⁊ materie non eſt per aliquod vinculuꝫ medium imo per ſe vnũ alteri vnit̄ alias non eſſet vnio eſſential': ſꝫ accidẽtalis: aīa aũt forma corporis eſt. vñ oꝫ vt ipſa aīa vniat̄ ꝑ eſſentiã ſuã imediate corpori vt ex eis: ⁊ corpore efficiatur vnũ: ſicut ẽt ex cera ⁊ ſigillo vt i ſc̄do de anima dicitur: ⁊ q: originale cãt̄ i aĩa ex ꝯiũctione eius ad tale corpus prout forma eſt ſic enim ex vtriſqꝫ ꝯiunctis talis natura reſultat oꝫ ꝙ in eſſentia aīe ſit primo ⁊ principaliter: ſicut in ſubiecto originale i potentiis autẽ per ꝯñs: ſicut ⁊ ſupra de gr̄a dictũ ẽ. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ aīa rationalis p̄t cõpari ad corpus vt motor ſm ꝙ eſt principium aliquoꝝ operum: ⁊ vt forma. ſi primo modo cum actus quarundam potentiarum inueniantur ſine inſtrumẽtis corporalibus exerceri aliarum vero cum corporeis inſtrumentis oꝫ illas potentias que in ſua actione organo corporali non indigent: ſcilicet intellectiuas mediantibꝰ ſenſitiuis corpus mouere: ſicut plane in tertio de anima oſtenditur ꝙ ab appetitu intellectus non ſequitur motus niſi mediãte appetitu ſenſus: ⁊ ſic veruꝫ eſt ꝙ anima rationalis vnitur corpori mediantibus viribus ſenſitiue ptis. Si vero conſideretur inquantum eſt forma ſic ĩmediate corpori vnitur: q: eſſe quod eſt actus forme coniuncti eſt. ex anima ⁊ corpore originale autem non tranſit in animam ſecundum ꝙ coniungitur corpori vt motor: ſꝫ ſm ꝙ coniungitur ſibi vt forma: q: ſic humanam naturam ꝯſtituit. ¶ Ad ſecundũ dicendum: ꝙ hoc mõ per actum generatiue virtutis originale traducitur ſicut ⁊ natura humana. vnde ſicut nõ oꝫ ꝙ principalitas humane nature i potẽtia generatiue ꝯſiſtat: ita nec ꝙ ipſa ſit primũ ſubiectũ original': ſed magis eẽntia anime que naturã humanã integrat ⁊ conſtituit. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ vt ſupra dictum eſt: cõcupiſcentia non eſt totum eſſe culpe originalis: ſed ſolum id quod materiale in originali eſt: quod vero in eo formale eſt ex parte voluntatis attenditur: ⁊ iõ in viribus ſuperioribus ⁊ inferioribus ſimul originale ſaluatur: ⁊ hoc non poſſet eſſe niſi per hoc ꝙ defectus ⁊ infectio primo in eſſentia anime inuenitur que vtrarũqꝫ potentiarum principium eſt: vt ſic ex ea in oẽs potẽtias corruptio original' trãſeat. ¶ Ad quartum dd̄: ꝙ peccatũ oẽ in volũtate ẽ ſicut in cã: non tñ ſemper eſt in ea: ſicut in ſubiecto: cũ etiam ꝯcupiſcibilis ⁊ iraſcibil' ſubiectuꝫ peccati eẽ poſſit et hoc mõ ẽt originale in volũtate ẽ ſicut i cã: q: ex volũtate ꝑmi parentis in oẽs tranſiuit. ¶ Ad quintum dd̄: ꝙ ꝑ viſionẽ dei nõ ſolũ ipſa rõ glorificat̄: ſed ẽt totus hõ. vnde carẽtia diuine viſionis nõ ẽ pena tñ rõnis: ſꝫ totius hoīs neqꝫ oꝫ ꝙ ſicut diuina viſio eſt ꝑmo i potẽtia rõis ita: ⁊ rõale i potẽtia ꝑmo exiſtat: q: origiale cõſequitur naturã. ſed beatitudo anime i opone quadam ꝯſiſtit. operatio aũt potẽtie debetur: ſed natura eẽntiam reſpicit. ⁊ ꝑterea ad viſionẽ beatã anima peruenire nõ poteſt ſine lumine gratie: cuius ſubiectum eſt eſſentia: vt ſupra. xxvi. di. dictũ eſt.

D ſecundum ſic ꝓceditur. videtur ꝙ gñatiua non ſit pre aliis viribus īfecta. Illud enim
a qd̄ nõ eſt aliq̄lr obediẽs rõni nõ p̄ot virtute perfici vel culpa inquinari. ſed potentia generatiua ẽ hmõi. ḡ in ea infectio p̄cti eẽ nõ p̄ot. ¶ Pre. potentie inficere nõ ꝯtingit eẽ actũ ſine peccato. ſꝫ actũ gñatiue v̄tutis ſine peccato eẽ ꝯtingit: vt pꝫ in actu matrimonial'. ergo gñatiua infectõe p̄cti infecta non eſt. ¶ Pre. īfectio original' p̄cti ẽ ꝑ fomitẽ. fomes aũt ẽ in ſenſualitate. ḡ ⁊ īfectõ i ea ꝑncipal'r ẽ ⁊ nõ i gñatiua.

¶ Preterea. infectio peccati eſt in eo quod eſt ſubiectum peccati: ſed ſubiectum originalis eſt eſſentia anime: ⁊ non potentia: vt dictum eſt. ergo in ea ē infectio: ⁊ n̄ in generatiua. ¶ Preterea. nutritiua augmentatiua ⁊ generatiua ad eandem partem anime pertinēt. ſ. vegetabilē: ſed nutritiua non ponitur infectiua originali peccato: nec iterum in augmentatiua aliquod peccatum ponitur. ergo nec generatiua debet dici pre aliis viribus ſpecialiter īfecta. ¶ Cōtra. Infectio originalis conſiſtit in reſiſtentia carnis ad animam hec autem reſiſtentia precipue in actu generatiue ſentitur. ergo ipſa maxime infecta eſt.

¶ Preterea. illud quod eſt cauſa alicuius maxime pticipat illud. ſed generatiua eſt cauſa infectionis originalis: q2 per actum eius traducitur. ergo ipſa maxime infecta eſt. ¶ Reſpondeo dd̄: ꝙ infectio originalis peccati tribus attribuitur: q2 inter ptes anime attribuit̄ generatiue: ⁊ inter ſenſus tactui: ⁊ inter vires appetitiuas attribuitur concupiſcibili. cuius eſt ratio: quia originale peccatum eſt nature vt dictum eſt. vnde infectio eius ad illas potentias principaliter pertinet que aliquem ordinem habent ad actum quo natura traducitur. actus autem ille duo hab3. ſ. ſubām actus ⁊ delectionem: delectatio autem ad ſenſum tactus pt3 ſba vero actus virtuti generatiue attribuitur ſicut exequenti: ſed virtuti concupiſcibili ſicut impāti: q2 eius eſt tendere in id quod eſt conueniens: ⁊ delectabile ſm ſenſum: ⁊ ideo diuerſis rōnibus hiis tribus viribus talis infectio precipue aſcribitur. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ peccatū actuale quod ꝯſiſtit in actu eius qui peccat: ⁊ volūtate non poteſt eſſe in illa pte que rationi non obedit: nihil tamen prohibet quin in illa parte que principiū naturalis operatiōis eſt infectio nature ſalu ef. Sciendum tamen eſt ꝙ etiam actuale peccatum in generatiua eſſe dicitur non quide3 ſicut in ſubiecto: ſ3 materialiter inquantum. ſ. concupiſcibilis actum generatiue impat. ¶ Ad ſecundu3 dd̄: ꝙ infectio generatiue ē īfectio nature. vn̄ n̄ o3 ꝙ ex ea relinquat̄ infectio peccati per actum eius in perſona generante: ſed ſolum in perſona generata. ¶ Ad tertium dicendū: ꝙ in ſenſualitate etiam eſt infectio inquantum ordinat ⁊ diſponat actus generatiue: ſed in generatiua eſt imediate ſm ꝙ ipſa eſt imediatum principiu3 traductionis nature: ſed verum eſt ꝙ infectio fomitis ī ſenſualitate principalius oſtēditur ſm ꝙ infectio nature redundat in infectione perſone p actuales concupiſcentias. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ infectio eſt in eſſentia anime: ſicut in primo ſubiecto: ſed ī generatiua: ſicut in cuius actu precipue manifeſtatur eſſentia enim non eſt principium actus niſi mediante aliqua potētia. vnde ſic ex infectione actus natura dicitur eſſentia eſſe infecta ſicut hic de infectione loquimur. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ generatiue aſcribit̄: ⁊ originalis ⁊ actualis peccati infectio. Originalis quidem inquantum eſt principium actus naturalis quo natatura traducitur: ſ3 actualis ſ3 ꝙ h3 aliquos actus exteriores ad generationem ordinatos qui ad virtutem motiua3 ſenſitiuam pertinent: ⁊ q2 nutritiua ſimiliter quoſdam tales actus hab3 vt apponere cibu3 ori maſticare: ⁊ delectatiouē ſentire ⁊ huiuſmōi ideo ſibi etiā actualis infectio attribuit̄ quaſi materialiter non autem originalis: q2 ipſa nō eſt principium illius actus quo natura traducitur niſi remote inquantum generatiue deſeruit: augmentatiue vero nulla infectio attribuitur: quia nec ad actum naturalis propagationis ordinatur: nec iteru3 habet actus exteriores qui per motu3 ſenſitiue pns expleant̄. ¶ Ad qđ dici pōt ⁊c. Sciēdū ꝙ magiſter hoc ſoluit negando vtrāq3 ptem. ſ. ꝙ illa infectio nō eſt culpa nec pena: ſed defectus quidam ⁊ dicit̄ de feruore coitus parentum cauſari: non ſicut ex per ſe cauſa: ſed ſicut ex ſigno cauſe. Et que feditas maior eſſe videtur ⁊c. videtur hoc eſſe falſum: q2 ſic originale magis habundaret in filio q̄3 in patre. Sed dd̄ ꝙ hoc intelligitur quantum ad iſtum actum tantum qui quidem propter concupiſcentiam ingenerāte nō eſt niſi infectio penalis: ſed in genito eſt infectio culpe non autem maior q̄3 fuerit in patre ſm ꝙ ex alio genitus fuit. Iniquitatibus ceptus ſum ⁊c. hoc non deferendum eſt ad iniquitatem concipientis q ſine omni peccato actuali concipere pōt: ſ3 ad iniquitatē originalē ꝯcepti: que vtrū ſit vna vel plures: ⁊ quare pluraliter dicatur infra dicetur. 33. diſ.

## Diſtinctio. Trigeſimaſecunda.

Quomodo originale peccatū dimittatur in baptiſmo: cū poſtea ſit illa ꝯcupiſcentia q̄ dicitur originale peccatū.

q Uoniam ſupra dictum eſt originale peccatum eſſe vitium cōcupiſcentie: aſſignatumq3 eſt quomodo a patentibus trahatur: ⁊ originale dicatur:团 ſupereſt inueſtigare quomodo in baptiſmo dimittat̄: cu3 etiam poſt baptiſmu3 remaneat concupiſcētia: que ante fuerat. vnde videtur: vel peccatū originale non eſſe concupiſcentia: vel non remitti ī baptiſmo. Manet quippe vt ait Aug. ī corpore mortis huius carnalis concupiſcētia: cuius vitioſis deſiderijs nō obedire precipimur: que tamen concupiſcentia quotidie minuitur in proficientibus ⁊ continentib9. Sed licet remaneat concupiſcentia poſt baptiſmum: non tamen dominatur ⁊ regnat ſicut ante. immo per gratiam baptiſmi mitigatur ⁊ minuitur: vt poſt dominari non valeat niſi quis reddat vires hoſti eundo poſt concupiſcentias. nec poſt baptiſmum remanet ad reatum: quia non imputatur in peccatu3: ſed tantum pena peccati eſt. ante baptiſmum vero pena eſt ⁊ culpa.

Quod originale peccatum duobus modis dimittitur ſcilicet extenuatione ſui ⁊ ſolutione reatus.

d Uplici ergo rōne peccatū originale dicitur dimitti in baptiſmo: quia p gratiā baptiſmi vitiū ꝯcupiſcētie debilitat̄ atq3 extenuat̄: ita vt iam nō regnet: niſi conſenſu reddantur ei vires: ⁊ quia reatus

rerum ad nos pertinentium:q: cauſa eſt tam
peccatorum ꝗ̃ penaruʒ:quibus premitur hu
mana natura. Prima igit᷑ origo ⁊ cauſa pec
cati bonum fuit:⁊ ſecunda malum:quod or/
tum eſt ex bono.

In qua re ſit peccatum:an in bona: an in
mala:⁊ dicitur quia in bona tm̃.

o Stenſa origine mali:ſupereſt videre
in qua re ſit malum.ſ.an in re bona:
an in re mala. Qui recte acuteqʒ ſapit
non niſi in bono malum eſſe intelligit.i.natu
ra bona. Malum enim eſt corruptio vel pri
uatio boni.vbi autem bonum non eſt nõ po
teſt nõ eẽ priuatio vel corruptio boni. Pec
catum igitur non poteſt eſſe niſi in re bona.
Sicut enim morbis ac vulneribus corrum/
puntur corpora:que vt ait Augu.in ench.ſũt
priuationes eius boni quod dicitur ſanitas
Ita ⁊ animorum quecũqʒ ſunt vitia:natura/
lium ſunt priuationẽs bonorum. Quid ẽ.n.

alind quod malum dicitur niſi priuatio bo/ni. Bonum enim minui malum eſt: ꝙuis ꝙ tumcunqꝫ minuatur neceſſe eſt vt aliquid remaneat ſi adhuc natura eſt. Non eniꝫ conſumi poteſt bonum quod eſt natura: niſi ⁊ ipſa conſumatur. Cuꝫ vero corrumpitur ideo malum eſt eius corruptio: quia eam qualicunqꝫ priuat bono. Nam ſi nullo priuat bono: nō nocet. Nocet autem cum adimit bonum: Quandiu itaqꝫ natura corrumpitur ineſt ei bonum quo priuetur. Ac per hoc nullum eſt quod dicitur malum ſi nullum ſit bonum. ſꝫ bonum omnino carens malo: integrum bonum eſt. Cum vero ineſt malum viciatum vl̄ viciosum bonum eſt. nec malum vnꝙ poteſt eſſe vllum vbi eſt bonum vllum. Unde res mira conficitur: vt quia omnia natura inquā tum natura eſt bonum eſt: nihil aliud dici videatur: cum viciosa natura mala natura eſſe dicitur: niſi malum eſſe quod bonum eſt: nec maluꝫ eſſe niſi quod bonuꝫ eſt. Hac contextione vel oſtenſione euidenter inſinuatur maluꝫ non poſſe eſſe niſi in re bona. Ubi etiam licet abſurduꝫ videatur: manifeſte dicitur eē maluꝫ quod bonum eſt.

Quod ex premiſſis ſequitur. ſ. ꝙ cum dicitur malus homo: dicitur maluꝫ bonuꝫ.

Ex quo colligitur nihil aliud ſignifica

e ri cuꝫ dicitur homo malus: niſi bonuꝫ malum. Unde Auguſtinus in encheridion ſubdit. Quid eſt malus homo: niſi mala natura. Quia homo natura ē. Porro ſi homo aliquod bonuꝫ eſt: quia natura ē: quid aliud eſt malus homo niſi malū bonū. Tamen cum duo iſta diſcernimus inuenimus nec ideo maluꝫ quia homo eſt: nec ideo bonum quia iniquus eſt. Sed bonum quia homo: maluꝫ quia iniquus. Omnis itaqꝫ natura etiam ſi vitioſa ſit: inquantum natura ē: bona eſt. inquantū vitioſa eſt: mala eſt.

Quod regula dialeticorū de cōtrariis fallit in his. ſ. bono ⁊ malo.

Ideoqꝫ in hiis contrariis que mala

i ⁊ bona vocantur: illa dialeticorum regula deficit: qua dicunt nulli rei duo ſimul ineſſe contraria. Nullus. n. potus aut cibus ſimul dulcis eſt ⁊ amarus. Nullum ſimul vbi album ibi ⁊ nigrum ⁊ hoc in multis ac pene in omnibus reperitur in contrariis vt in vna re ſimul eſſe non poſſint. Cum autem bona ⁊ mala nullus ambigat eſſe contraria: non ſoluꝫ ſimul eſſe poſſunt: ſed mala omnino ſine bonis: ⁊ niſi in bonis eſſe non poſſunt. ⁊ hec duo contraria ita ſimul ſunt. vt ſi bonū non eſſet: in quo eſſet prorſus: nec malum eſſe potuiſſet: quia non modo vt cōſiſteret: ſed vnde oriretur corruptio non haberet niſi eſſet quod corrumperetur. quoniam nihil eſt aliud corruptio ꝙ boni exterminatio. Ex bonis igitur mala orta ſunt: ⁊ niſi in bonis non ſunt: nec fuit prorſus vnde oriretur vlla mali natura: niſi ex angeli ⁊ hominis natura bona: vnde primitus orta eſt voluntas mala.

Epilogum facit ad alia tranſiturus.

Ex his aperitur quod primo ⁊ ſecun

e do ſupra diximus inueſtigandum. ſ. que fuerit origo mali ⁊ in qua re ſit. Ex bona enim re ortum ⁊ in bona re conſiſtere premiſſis teſtimōiis cōprobatur.

Sententie illi qua dictū eſt bonū eſſe malū opponitur de prophetia que ait: ve his ꝗ dicūt bonū malū.

Ad hoc autem quod dictum eſt ma

a lum eſſe quod bonum eſt quidaꝫ ſic opponunt. Si bonuꝫ maluꝫ eſſe dicimus: ⁊ malum bonum: incidimus in illam ſententiam propheticam vbi legitur. Ue his ꝗ dicunt bonum malum ⁊ malum bonum. igitur ſi hanc maledictionē vitare volumus: nullatenus dicere debemus: bonum eſſe maluꝫ: ⁊ econuerſo. hoc autem Aug. in eodem libro determinat dicens. Id quod dictuꝫ eſt in ꝓphecia intelligendum eſt de ipſis rebus quibus homines mali ſunt: non de hominibus vnde qui adulterium dicit eſſe bonuꝫ in euꝫ cadit illa prophetica deſtinatio: ⁊ in euꝫ qui dicit malum eſſe bonum: vel bonum eſſe iniquum. Qui enim dicit homineꝫ inquantuꝫ homo eſt: maluꝫ eſſe: ⁊ bonitatem eſſe iniquitatem: opus dei culpat qd̄ eſt homo: ⁊ vituꝫ hominis laudat quod eſt iniquitas.

Poſt predicta de peccato actuali ⁊c. Poſtꝗ determinauit de peccato originali quod a primis parentibus in poſteros tranſit per carnis originem Hic incipit determinare de actuali: quod a parentibus in poſteros tranſit per imitationem operis: Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de peccato actuali ꝗtū ad rōnem mali. In ſcd̄a determinat de eo ex pte actꝰ in quo deformitas fundat̄ per quā malū dicit̄ eſſe actuale pctm̄. ibi. Poſtꝗ hoc videdū ē qd ſit pctm̄ ⁊c. Prima diuiditur in duas. In prima determinat de malo veritatem oſtendens. In ſecunda excludit ꝗdam obiectionem: vt in hoc autem quod dictum eſt ⁊c. Circa primum tria facit. Primo dicit de quo intendit. Secundo proſequitur ſuum propoſitum.

ibi. Cauſa ⁊ origo primi peccati ⁊c. In tertia epilogat que dicta ſunt. ibi. Ex his aperitur ꝙ primos ⁊ ſecundos ⁊c. Prima diuiditur in duas. In prima inq̄rit cauſam mali. In ſecunda ſubiectum eius. ibi. Oſtenſa origine mali ⁊c. Circa primum duo facit. Primo oſtendit primam cauſam propriam mali cuiꝰ que extra genus mali eſt. Secundo oſtendit cauſam proximam que eſt quaſi vniuoca in eodem genere. ibi. Mala autem voluntas ⁊c. Oſtenſa origine mali ⁊c. Hic inquirit ſubiectũ mali: ⁊ primo oſtendit ꝙ ſubiectum mali eſt bonum. Secundo: ex hoc inducit quandam concluſionem. ibi. Ex quo colligitur nihil aliud ⁊c. Tertio oſtendit in hoc regulam artis dialetice fallere. Ideoq; in his contrariis: hic quinq; queruntur. Primo: an malum ſit. Secundo: quid ē malũ. Tertio: ſi bonũ ē cã mali. Quarto: ſi malũ ē i bono: ſicˉ i ſubiecto. Quinto ſi per malum totum bonum corrumpitur.

a AD primum ſic proceditur. omne quod eſt vel eſt exiſtens vel eſt in exiſtentibus: quia vel ē ſubſtantia vel eſt accidens: ſed malum neq; eſt exiſtens neq; in exiſtentibus vt probat Dio. quarto ca. de di. no. ergo malũ nõ ē. ¶ Pre. oē qḋ eſſe dicit vel eſt ens rationis vel eſt ens nature. omne autē quod eſt ens rationis: vel eſt exiſtens vel non exñs: ergo quod non eſt exiſtens neq; non exiſtēs nullo modo poteſt dici eſſe: ſed malum diſtat ab exiſtēte ⁊ adhuc plus diſtat a non exiſtente: vt Dio. quarto ca. de diuinis nomi. dicit. ergo nullo modo põt dici malum eſſe. ¶ Pre. deus p̄habet in ſe omnem affirmationem ⁊ negationem: vt in lib. de myſtica theologia dicit Dio. oportet eni omniũ poſitiones in eo ponere: ⁊ ad hoc omniũ negationes i eo negare: ſ; malum nullo modo preexiſtit in deo. ergo malum neq; eſt affirmatio neq; negatio. ſed inter affirmationē ⁊ negationē nihil eſt medium: vt i quarto methaphyſice ꝓbatur. ergo malũ nullo modo eſt. ¶ Pre. quecunq; poſitio ſeipſam deſtruit impoſſibile eſt eā poni: ſicut qui negat veritatem ponit veritatē eē vt dicit Augu. ⁊ Anſel. ⁊ qui negant demõſtrationē ponunt demonſtrationē eſſe: vt in quarto metha. dicitur. ſ; malum deſtruit ſeipſm: vt in quarto ethi. dicit. ergo malum nõ eſt. ¶ Pre. vnuſq̄ſq; artifex prouidus a ſuo opere ꝓpellit malum quantum poteſt. ſed diuina ꝓuidentia omnia reguntur: vt in primo li. habitū eſt. ergo cum deus ſit oīpotens ab vniuerſo malum oino expellit. ergo malum nõ eſt. ¶ Cõtra. ſicut appetitꝰ non eſt niſi boni: ita fuga non eſt niſi mali: ſ; multa ſũt que ſm rectã rõnem fugiũtur. ergo malũ eſt. ¶ Pre. nihil indiſcrete prohibetur neq; punit iuſte: niſi malum. ſed conſtat prohibitiones diſcretas multas eſſe ⁊ punitiones iuſtas. ergo cõſtat malum eſſe. ¶ Reſpondeo dḋ. ꝙ philoſophus in. v. methaphyſice oſtēdit ꝙ ens multipliciter dicit. vno. n. mõ dicitur ens qḋ per decem genera diuidit: ⁊ ſic ens ſignificat aliquid in natura exiſtens: ſiue ſit ſubſtantia vt homo ſiue accidens vt color. Alio mõ dicitur ens qḋ ſignificat veritatē ꝓpõnis ꝓut dicitur ꝙ affirmatio eſt vera: quando ſignificat eſſe de eo quod ē: ⁊ negatio qñ ſignificat nõ eſſe de eo qḋ nõ ē: ⁊ hoc ens cõpoſitionē ſignificat quã itellectus cõponēs ⁊ diuidens adinuenit. quecũq; ergo dñr eē entia q̄ʒtum ad primũ modũ ſũt entia q̄ʒtũ ad ſecũdũ modũ: q: oē qḋ hʒ naturale eſſe in rebꝰ põt ſignificari ꝑ ꝓpõnem affirmatiuā eē vt cum dicitur color eſt vel homo eſt. nõ aũt omnia q̄ ſunt entia q̄ʒtũ ad ſcḋm modũ ſũt entia q̄ʒtū ad primum: q: de priuatione vt de cecitate formatur vna affirmatiua ꝓpoſitio: cum dicitur cecitas eſt: nec mē cecitas aliquid eſt in rerum natura. ſed eſt magis alicuius entis remotio. ⁊ ideo etiã priuatões ⁊ negationes dicunt eſſe entia q̄ʒtum ad ſecũdum modũ. ſ; nõ quantum ad primũ. ens autem ſm vtrunq; iſtorum modorum diuerſimode predicat: q: ſm primū modũ acceptũ eſt predicatum ſubſtãtiale: ⁊ pertinet ad queſtionē quid eſt: ſ; q̄ʒtũ ad ſcḋm modũ ē p̄dicatum accidētale: vt Commen. ibidem dicit: ⁊ pertinet ad qõnem: an eſt. ſic ergo accipiendo ens ſcḋo modo dictum ꝓut queſtio querebat ſimpliciter dicimus mala eſſe in vniuerſo. hoc enim et experientia docet ⁊ ratio oſtendit: q: vt Dio. ꝓbat quarto capi. de diui. nomi. malum nihil aliud eſt niſi bonum imperfectū. Si autem nullũ bonũ eſſet i aliquo diminutũ omnia bona equalia eſſent: ⁊ ſic pulcritudo vniuerſi deperiret que ex gradibus bonitatis colligitur: periret etiã ordo eēntialis cauſarū in ꝑtibus vniuerſi ſm ꝙ nobiliora in minꝰ nobilia influunt. In idem etiā rediret incõueniens ſi poneretur ꝙ nulla res ꝑfectõe ſibi debita carere poſſet: q: tunc eſſet equalis ſtabilitas bonitatis in omnibus entibꝰ: nec eſſent omnes gradus bonitatis impleti ſi non eſſent quedam bona q̄ ſuis perfectionibus priuari nõ poſſent: ⁊ quedam ſuis ꝑfectionibus priuabiles ꝓpter diſtantiã a ſũmo bono. ¶ Ad primum ergo dḋm: ꝙ Dio. accipit exiſtēs ſm primã acceptõem entis: ⁊ per hũc modũ malum non eſt exiſtens neq; in exiſtentibus: q: neq; ipſm eſt natura quedam in vniuerſo: neq; eſt aliquid in exiſtente ſicut pars perfectionis eius. ſic enim ꝓcedunt ſue ꝓbationes: quibus ſigillatim oſtendit in nullis exiſtētibus: ſicut priuationes in ſubiecto vt cecitas i oculo ¶ Ad ſcḋm dḋm: ꝙ Dio. accipit nõ exiſtens illud ꝙ nullo modo eſt: ⁊ ab hoc quidem magis diſtat malũ q̄ʒ etiã ab exiſtēte: q: in exñte malū eſt tanq̄ʒ i ſubiecto: q̄ʒuis ipſum malũ in ſe nõ ſit exiſtens: ſed a non exñte magis abſiſtit: q: ſimpliciter nõ exñs non põt p̄uationis ſubiectũ eſſe: nec etiã ipſa priuatio eſt abſolute nõ exñs: ſed eſt non exñs in hoc: q: priuatio ē negatio in ſubiecto: vt in quarto methaphyſice dicitur: cecitas aũt nihil aliud eſt q̄ʒ negatio viſionis i eo qḋ natũ eſt videre. ¶ Ad tertiũ dḋm: ꝙ q̄ʒuis negationes omnium creatorū in deo veriſſime ſunt ꝓpter eiꝰ exceſſum. tñ nulla p̄uatio in eo eſt: q: nihil eſt natū habere qḋ nõ habeat. malũ aũt dicit eſſe ſcḋo mõ dicendi ens ſicut negatio: nõ q̄dem abſoluta: ſ; q̄ eſt priuatio alr oīa mala eſſent: q: nihil eſt a quo aliq̄d negari nõ poſſet. ¶ Ad quartũ dḋm: ꝙ phs nõ dicit ſimpliciter ꝙ malũ ſeipſm deſtruat: ſ; ꝙ malũ ſi integrum ⁊ ꝑfectũ ſit ſeipſm deſtruit: q: non põt eſſe malum integrum niſi corrumpat omne bonum: ⁊ ſi corrũpit omne bonũ corrũpit illḋ ens qḋ mali ſubiectũ eē põt. ſubiecto aũt corrupto ē̄t priuatio q̄ i ſubiecto erat eē deſinit: vnde ex hoc efficaciter concluditur ꝙ ſũmum malum eē non poſſit: nõ autem abſolute ꝙ non ſit malum. ¶ Ad quintum dḋm: ꝙ ꝓuidus artifex non expellit ab opere ſuo malum niſi ſaluata conditione ſui operis: cum aũt quedam ſint res a deo create d̄ quarum conditione eſt vt defectũ malicie incurrere poſſint vel in alia inducere ſi ſimpliciter malum ab eis ꝓhiberet deſtrueret opis eiꝰ conditio. ⁊ iō decet vt mala facere permittat: quorū tñ actor non eſt de hoc in primo libro dictum eſt.

O ſecundum ſic proceditur. videtur ꝙ malum ſit ens ſicut natura quedaꝫ primo modo accipiendi ens vt ea que poſitiue aliquid p̄dicant. Omne enim genus eſt natura quedam: quā non entis non ſunt neqꝫ ſpecies neqꝫ differentie vt philoſophus dicit: cum tamen omne genus in ſpēs per differentias diuidatur: ſed bonum ⁊ maluꝫ ſunt genera aliorum vt in predicamentis dicit̄. ḡ malum eſt aliquid poſitiue predicās. ¶ Pre. omne contrarium eſt natura q̄dam: q2 cōtraria ī eodē genere ſūt ⁊ nihil eſt in genere vt ſpecies niſi ſit natura quedā: ſed bonum ⁊ malum ſunt contraria: vt in littera dicitur. ergo malum eſt natura quedaꝫ. ¶ Preterea. omnis differētia que cōſtituit ſpēm ē aliquid poſitiue p̄dicās: ſed malum ⁊ bonum ſunt differentie in prima ſpecie qualitatis conſtituentes diuerſas ſpecies habitus. ergo malū aliquid poſitiue predicat. ¶ Pre. nihil pugnat aut corrumpit niſi agendo: nihil autem agit niſi habeat naturam aliquā: cum ergo maluꝫ corrumpat bonum ⁊ pugnet contra illud: videtur ꝙ malum ſit naturam quādam habens. ¶ Pre. omne qđ corrumpit generat aliquid: quia corruptio vnius eſt generatio alterius: vt in primo de generatione dicitur: ſed mali eſt corrumpere: vt Dio. dicit quarto capitulo de diuinis nominibus. ergo eius eſt etiam generare: ſed nihil generat niſi habens naturaꝫ aliquā quam generato tradat: ergo malum eſt naturam aliquam habens. ¶ Contra. omne quod eſt a primo bono bonuꝫ eſt: cum ex hoc omnia bona ſint ꝙ ab eo ſūt vt infra libro de ebdomodibus boetius dicit. ſꝫ omnis natura a deo eſt qui eſt ſummum bonum. ergo malum nō eſt natura aliqua vel ens aliquod poſitiue dictum. ¶ Pre. nihil appetit ſuum contrarium. ſꝫ omnis natura appetit bonū: q2 vnūqđqꝫ appetit ſui ipſi9 perfectionem: ergo cū malo ſit bonū oppoſitū malum nō erit ens naturā aliquaꝫ habēs. ¶ Reſpōdeo dđ. ꝙ Auicenna in ſua methaphy. ponit perutilē diuiſionem quandā mali que ex verbis eius colligi poteſt. dicit enim ꝙ malū dicit̄ aliquid dupliciter vel per ſe vel per accñs. per ſe malū dicitur ipſa priuatio ꝑfectionis qua aliquid malū eſt ēt a quibuſdam malū abſtracte ſumptum dicitur. hoc aūt eſt duplex: q2 illa priuatio vel eſt priuatio perfectionis que ē neceſſario in eſſe primo rei: ⁊ iſta priuatio ī omnibus ē malum: vt priuatio pedis ⁊ manus ⁊ hmōi: vel eſt p̄uatio alicuius perfectionis ſecunde: ſicut priuatio geometrie ⁊ hmōi: ⁊ talis priuatio nō ſemper cuilibꝫ eſt malum: ſed ei tm̄ qui ad eam habendam operam dedit vel eam habere debet. malū autem per accidēs eſt duplex: vel id quod eſt ſubiectum talis priuatōis vel id quod talem priuationē in altero cauſat: ⁊ vtrūqꝫ iſtorꝫ eſt malum concretiue ſumptum. Illud autē quod eſt ſubiectū priuationis poteſt accipi quadrupliciter. quia vel eſt actio vel habitus vel paſſio vl' ſubſtantia. Actio quidem ſi priuationem debiti finis ⁊ debite circunſtantie habeat rationē mali culpe habebit. ⁊ q2 ex ſimilibus actibus ſimiles habitus generātur: inde contingit ꝙ habitus ipſi qui ex talibus actionibus relinquuntur mali ſunt ſicut habitus viciorꝫ paſſio autem priuationem hꝫ per quā aliqđ in patiēte corrumpitur. ⁊ talis paſſio malum pene dicitur vl' defectus nature in illis in quibus non poteſt eē culpa nec etiam pena eſſe. ⁊ quia nullum accidens pōt eſſe ſubiectum alicuius qđ priuatiue vel poſitiue dicatur niſi gratia ſubſtantie que ei ſubiicitur. iđ oportet ꝙ vlterius intelligatur ſubiectum huius priuationis que per ſe malum eſt ſubſtantia eē ſꝫm quod dicitur homo malus ⁊ anima mala. Si aūt dicatur malum per accidens: q2 cauſat talem priuationē h' poteſt eſſe dupliciter. quia cauſa priuationis debite ꝑfectionis: vel eſt ex parte materie que eſt indiſpoſita ad perfecte recipiendam virtuteꝫ agentis: ſicut ē defectus in monſtris ⁊ in aliis que ex defectu materie contingunt. aut eſt ex parte agentis: ⁊ hoc contingit dupliciter. quia vel agens eſt coniunctum agens in contrarium perfectionis debite: ſicut ignis adurens ⁊ gladius ſecans. ⁊ ex hoc ſequitur malū qđ dicit̄ pena ſenſus in ſentientibus in quibus culpa ⁊ pena eē poſſunt. q2 tale agens qđ p̄uat ꝑfectionē debitaꝫ: eo ꝙ coniunctum eſt ſentitur. aut eſt agens nō cōiunctum impediens influentiam cauſe perficientis: ſicut dicuntur nubes male inquantum impediunt lumen ſolis ne ad nos perueniat. ⁊ quia talis cauſa non ſentitur ex ipſa perfectionis ſubtractione cū nō tollat perfectionem agendo ī id quod priuatur: ſed magis impediendo agentem ex hoc ꝙ perfectioneꝫ ſubtrahit: cum remota ſit. ſed forte ſentit alio modo per accñs: ſicut quia nubes videntur. Ideo malum quod ex h' ſequitur non dicitur pena ſenſus: ſed pena damni. in illis tamen que pene ſuſceptiua ſunt. in malis ergo hoc modo dictis eſt talis ordo: ꝙ id quod eſt per ſe malum primo malum dicitur: ⁊ omnia alia per relationem ad id: ⁊ ſcđm gradū tenet malum per accidēs quod eſt ſubiectum mali: quod dicitur maluꝫ ex hoc ꝙ priuationem que per ſe malum eſt in ſe habet ⁊ in tertio gradu eſt id quod dicitur malum per accidēs: ſicut cauſa inducens malum. hoc enim non habet in ſe de neceſſitate priuationem: ſed facit aliquid eſſe p̄uationem habens. vnde primuꝫ dicitur abſolute malum: ⁊ ſecundum in ordine ad primum: ⁊ tertium ī ordine ad ſecundum. Dđm ergo ꝙ maluꝫ nominat nō ens. vnde illud quod per ſe malum eſt non ponit aliquid: ſed dicitur eſſe vt priuatio. malum vero quod eſt ſubiectum priuationis eſt aliquid poſitiue: ſed nō ex eo quod malum eſt: ſicut oculus eſt aliquid: ſed nō ex eo quod cecus eſt: quia cecitas non ē in eo: niſi vt negatio viſionis. Quod autem dicitur malum ſi cauſa mali in ſe quid eſt conſideratum eſt aliquid. ſed ī ordine ad effectum: ratione cuius malū dicitur etiaꝫ priuatiue dicitur. Dicitur enim malum ex hoc ꝙ priuationem inducit: ⁊ ſic etiam ratio non entis in ipſuꝫ redundat cauſaliter ſicut ⁊ ratio mali.

¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ genus dupliciter poteſt accipi. vno modo proprie ꝑut predicatur de pluribus in eo ꝙ quid eſt. ⁊ ſic neqꝫ bonum neqꝫ malum ſunt genera. quia ſunt de tranſcendētibus: quia bonum et ens conuertuntur. Alio modo communiter vt genus dicatur omne id quod ſua cōmunitate mul'ta ambit ⁊ continet. ⁊ ſic bonum ⁊ malum dicūtur genera omnium contrariorum: quia vt in primo phyſi. dicitur: omnia contraria hoc modo ſe habent ꝙ alterum eſt nobilius ⁊ alterum vilius. ita ꝙ vilius p̄uationem in ſe includit: ſicut nigrum in reſpectu ad album: ⁊ frigidum in reſpectu ad calidum: propter qđ in. xii. de animalibus dicitur ꝙ frigus eſt priuatio caloris. ⁊ per hunc modum ſemper alterum contrariorum pertinet ad bonum ⁊ reliquū ad malum. vnde etiam Pictagoras ponebat duos ordines rerum. vnum boni ſub quo colligebat omnia perfecta vt dextrum triangulum equilaterum ⁊ ſimilia: ⁊ alterū ma

ſi ſub quo ponebat omnia que imperfectionem impli
cant: vt ſiniſtrum feminam ⁊ huiuſmodi.
¶ Ad ſecundum dōm: ꝙ ſi conſideretur malum per
ſe ſiue in abſtracto: ſic malum opponitur bono: vt
priuatio: ſi autem conſideratur malum per accidēs
ſicut eſt in actione vel in habitu: ſic opponitur bono:
vt contrarium vt prodigalitas liberalitati: ⁊ timidi-
tas fortitudini. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ maluꝫ per ſe vl'
abſtracte ſumptum non eſt differētia ſpecifica: ſꝫ ma
lum per accidens vel concrete acceptum: omnia eni
moralia ex fine ſpeciem conſequuntur. ex ordine aūt
ad finem debitum ſpecificatur bona actio ⁊ bonꝰ habi
tus: ratione cuius bonum dr̄ia ſpecifica ponit̄ habitꝰ
⁊ actionis moralis. Mala vero actio ſpecificatur ex
ordine ad finem indebitum cui admiſcetur priuatio
finis dēbiti: ex quo ratio mali incidit. vnde patet ꝙ nō
ſola priuatio ſpecificat malum habitum ⁊ actionem.
ſed poſitio ordinis ad finem quendam cum priuatōe
debiti finis: ⁊ ſic patet ꝙ malum ſ̄m quod differētia
non eſt malum per ſe ſed per accidens vel ꝯcretiue
ſumptum. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ malū poteſt
intelligi corrūpere dupliciť vl' formaliť vel effectiue
ſicut enim formaliter albedo facit album: ita etiā for
maliter priuatio priuat: ⁊ corruptio corrumpit: malū
vero per ſe ſumptum eſt ipſa priuatio vel corruptio
vnde non ſequitur ꝙ ſit ens poſitiue dictum: q: non
priuat: ⁊ corrūpit agēdo: ſi autem ſumatur effectiue
ſic non poteſt intelligi de malo per ſe vel abſtracte
ſumpto: q: priuatio nihil efficit: ſed oꝫ vt ſumatur de
malo per accidens quod eſt ſubiectum ⁊ cā mali: ⁊ h̄
quidem efficit aliquid non quidem inquantuꝫ priua
tū eſt: ſed inquantum eſt quoddam ens quod agere
pōt. ⁊ iō dicit Dyo. ꝙ malum nihil agit niſi virtute
boni ⁊ ipſum bonum non poſſet impugnare niſi ex bō
ni virtute: nihil enim prohibet vnum bonum alteriꝰ
contrarium eſſe: vt calor frigori. ¶ Ad quintū dō:
ꝙ corruptio ⁊ generatio ꝯiūis ſemper coniungantur
non tamen ſunt idem per ſe: ſed per accidens. qđ pꝫ
ex earum terminis ex quibus motus ⁊ mutatiōis ſpe
cificantur. terminus enim generationis eſt forma: q:
eſt mutatio ad eē. terminus vero corruptionis ē pri-
uatio: q: ē mutatio ad non eſſe. forma autē vnius ⁊ p̄
uatio alterius vt forma ignis ⁊ priuatio aeris ſunt q
dem idem ſubiecto: ſed dr̄nt ratione. ⁊ iō etiam illud
quod corrumpit: ⁊ generat: non ex eodeꝫ habet ꝙ ge
nerat ⁊ corrūpit: ſed ex eo ꝙ formam ſuaꝫ inducit ge
nerat: ⁊ ſic inquantum ens generat: ex eo autē ꝙ for
ma ſua neceſſario cōiungitur priuationi alterius for
me corrūp. vnde pꝫ ꝙ in eo ꝙ priuationē hꝫ vel non
ens ē aliquid corrūp. ⁊ pp̄ hoc Dyo. dicit ꝙ boni ē p
ſe loquendo generare ⁊ ſaluare. ⁊ mali eſt corrumpē
re. vnde ū ſequit̄ ꝙ maluꝫ in eo ꝙ malū eſt: aliqd ſit.

a D terciuꝫ ſic proceditur. Videtur ꝙ mali cā
bonuꝫ eſſe non poſſit. Boni eni vt dicit Dyo
niſius eſt ſaluare ⁊ producere: ſed malum eſt
corruptio quedam. ergo mali cauſa bonum non eſt.
¶ Preterea. vnum oppoſitorum non eſt cā alterius
niſi per accidens ſicut frigidum quodammodo cale
facit vt in. viii. phiſicoruꝫ dicitur: ſed malum nō tm̄
hꝫ cām per accidens: ſed per ſe: q: quod ē p accidēs
eſt vt in paucioribus: malum autem videtur eſſe vt
in pluribus. ergo oꝫ ꝙ prima cauſa mali ſit malum.
¶ Pre. omnis effectus cauſe ſecunde reducitur in
cauſam primam: ſed omne bonum eſt effectus cauſe
prime. ſi ergo aliquod malum ab aliquo bono cauſa-
tur tunc cauſa prima que deus eſt mali cauſa erit. et
ſic aliquo modo malus eſſet deus quod eſt abſurdū.
¶ Pre. oportet vt effectus ſequatur conditionem
ſue cauſe: ſed omne malum defectiuum eſt. ergo opꝫ
ꝙ in cauſa eius aliquo modo defectus ſit. aut ergo ē
in ea defectus in actu aut in potentia ſi defectus in
actu omne autem quod deficit in actu malum eſt. er
go cauſa mali non erit bonum ſed malū: nec hoc erit
primum malum cuius cauſam queſiuimus. Si autē
defectus eſt in cā in potentia tantuꝫ. id autem quod
eſt in potentia tantum non ſufficit vt educat aliquid
in actu: q: in ſecundo phiſicorum dr̄ edificatio i actu
eſt cauſa edificari in actu ⁊ edificatio in potentia eſt
cauſa edificari in potentia. ergo ex tali cauſa maluꝫ
actu oriri non poterit. ¶ Prete. Dyo. dicit in quar
to de di. no. ꝙ malum non habet cauſam: ſed quod a
bono cauſatur habet cauſam. ergo maluꝫ non ē ex bō
no. ¶ Contra. quicūqꝫ facit aliquid ad quod alterū
de neceſſitate conſequitur etiam illius cauſa eſt: ſed
res bona eſt cauſa alicuius boni ad quod malum cō
ſequitur ex eo quod ex illius aduentu alterum bonū
priuatur: ſicut patet in igne adurente qui formam ſu
am inducens formam rei aduſte tollit: ⁊ tamen vtra
qꝫ forma bonum quoddam eſt. ergo bonum eſt cauſa
mali. ¶ Preterea. omne quod eſt per accidens re-
ducitur ad per ſe: ſed malum non cauſat niſi per ac-
cidens: quia non agit niſi virtute boni: vt Dyoniſiꝰ
dicit. ergo oportet vt cauſalitas mali in bonuꝫ redu
catur: ſicut in primam cauſam. ¶ Reſpondeo dō: ꝙ
nihil agit niſi ſ̄m ꝙ eſt in actu nihil autem eſt in actu
niſi ſ̄m ꝙ formam vel perfectionem aliquam habꝫ:
vnde oportet ꝙ omne quod agit agat inquantum p-
fectum eſt: ⁊ ita inquantum eſt bonum. Cum omne
perfectum inquantum huiuſmodi bonuꝫ ſit. intentiō
autem cuiuſlibet agentis eſt ſimilitudinem ſuam i al
tero efficere. ⁊ ideo id quod eſt per ſe intentū ab agē
te eſt quo aliquod bonū efficiatur. vnde bonum per
ſe cauſam habet: ſed defectus incidit preter intētio
nem agentis: hoc autem contingit tripliciter: aut ex
parte eius quod intentum eſt ab agente quod cū non
compatiatur ſecum quandam aliam perfectionem
excludit eam: vt patet in generatiōe naturali. Ignis
enim intendit formam ſuam in materiam inducere
ſed quia forma ignis non compatitur formam aeris
inde ſequit̄ p̄ter itentionē agentis priuatio forme ae
ris: aut ex parte materie recipientis actionem que i
diſpoſita eſt ad conſequendam perfectionem quam
agens intendit inducere: vt patet in naturalibus in
partibus monſtruoſis: ⁊ in artificialibus in ligno no-
doſo quod non dirigitur ad actionem artificis. vnde
remanet artificiatum aliquem defectum habēs: aut
ex parte inſtrumenti: vt patet in claudicatione: q: a
virtute greſſiua ſequitur greſſus diſtortus propter
curuitatem cruris. Malum autēꝫ culpe ex duobus
horum modorum contingere poteſt. ſ. vel ex parte
eius quod intentum eſt. vel ex parte inſtrumenti: ex
defectu enim materie culpe malum non accidit: q:
operationes morales non ſunt factiones: vt per eaſ
aliquid in materia conſtituatur vt i ſexto ethicoruꝫ
dicitur: ſed ſunt actiones in ipſis agentibus perma-
nentes ⁊ eos perficientes aut corrumpentes: in om-
nibus enim peccatis que per deliberationem ratio-
nis procedunt malum incidit ex parte eius quod in
tentum eſt: ſicut enim in naturalibus non poſſunt eē
due forme ſubſtantiales vltime actu p̄ficiētes eādē

partem materie:ita nõ poſſũt eē duo vltimi fines vo
luntatis. vnde ſicut agens naturale ex hoc ꝙ īducit
vnā formā cauſat defectū alteri⁹ forme:ita etiā volũ
tas ex hoc ꝙ alicui tanq̈ʒ vltimo fini inhereret ꝙ debi-
tus ſibi finis nõ eſt auertitur a fine vltimo ſibi dito ī
quo cõpletur ratio mali culpe preter intentionē volũ
tatis. pctā vero q̄ preter deliberationē rõnis ꝓcedũt
vt primi motus incidunt ex defectu inſtrumēti .i. in-
feriorū viriū:que ſũt ſicut inſtrumēta volũtatis: aut
rationis: ſicut pʒ in primis motib⁹. ſic ergo pʒ ꝙ co
mõ quo malū cām habere põt bonū efficiens cā ma-
li eſt .ſ. per accñs: nõ aũt id qd̕ ē ꝑfectū ⁊ ſũmū bonuʒ:
qd̕ pʒ per ſilr̄itudinē in agentib⁹ naturalib⁹ in qb⁹ in-
uenitur aliqd̕ agēs vlē ⁊ aliqd̕ particulare. Agens
particulare qd̕ hʒ actionē determinatā ad vnaʒ for-
mam: ſicut eſt cā forme illi⁹: ita ē cā priuatiõis forme
alterius: vt pʒ in igne vel aqua. ſol aũt cū ſit cā agens
vlē ad oēm formā inferiorē nõ eſt cā priuatõis forme
niſi per ſuā elõgationē: vt dicit̄ ſcd̕o. de gñatõe. Si-
militer ēt illd̕ qd̕ eſt bonū particulare cām do aliquod
bonū determinatū: excludit bonū alteruʒ qd̕ nõ ſe cū
illo cõpatitur. bonū aũt cõpletuʒ qd̕ vniuerſaliter om
nis boni cauſa eſt: nõ eſt cā defectus alicui⁹ boni ne-
q̄ʒ etiam per ſuā abſentiā: q2 ipm̄ q̈ʒtum in ſe eſt: ſem
per preſens eſt viciſſitudinē nõ patiens abſentie ⁊ ꝑ
ſentie. ¶ Ad primū ergo dd̕ʒ: ꝙ boni effectus per ſe
eſt ſaluare ⁊ ꝓducere: ſʒ ēt corruptiõ vel priuatiõ põt
eſſe per accidens effectus boni vt dictū ē. ¶ Ad ſe-
cūdū dd̕m: ꝙ bonū in toto vniuerſo cõtingit vt ī plu-
ribus: malū aũt vt in paucioribus: plēs eniʒ ſũt par
tes vniuerſi in qbus malū nature accidere nõ põt .ſ.
ſuperiora corpora q̈ʒ ille in qbus malū nature accidit
.ſ. inferiora corpora in quib⁹ ēt malum nature vt ī pa
ucioribus eſt: q2 cauſe naturales nõ deficiunt a ſuis
ordinatis effectibus niſi in minori parte. Similiter
etiam eſt in voluntariis ſi accipiatur completa cau-
ſa que eſt voluntas per habitum perfecta: q2 hec ab
actu virtutis: vt in minori parte deficit. volũtas aũt
nondum per habitum perfecta eſt in cõpleta cauſa:
q2 ſe ad vtrumlibet habet. ⁊ ſicut mala plurib⁹ mo-
dis contingunt q̈ʒ bona ita in pluribus ſlectitur ī ma
la q̈ʒ imperfecte bona. In nullo eni volũtas hoc mo
do deficit: vt ſaltem in aliqua bona non cõuertatur:
q2 malum ſi perfectum ſit ſeipm̄ deſtruit: vt in quar-
to ethi. dicitur. ¶ Ad tertiū dd̕ʒ: ꝙ cā ſcd̕a hʒ ꝑ ſe ef
fectū ſm ꝙ eſt ſub cauſa prima. ⁊ ideo talis effectus
qui per ſe eſt eius in cauſam primā inducitur. ſed ſi
ſit aliquis defectus eius per accidēs inquantū erit
ab ordine cauſe prime: non oportet ꝙ effectus ille in
cauſam primaʒ reducatur: ſicut patʒ in actu claudi
cante quicqd̕. n. de rõne greſſus eſt in claudicatione
totū efficit̄ mediāte crure a virtute greſſiua: ſʒ crus ī
quantū eſt improportionatū virtuti greſſiue inducit
deformitatē que eſt in claudicatõe. vñ nõ oʒ ꝙ talis
deformitas ſit effect⁹ virtutis greſſiue: ita ēt bona ꝑ-
ticularia nõ ſũt cauſe per accidēs aliquoꝝ defectuū:
niſi ſm ꝙ deficiunt a perfectione ſummi boni. vnde
non oportet ꝙ defectus illi qui cõſequuntur in ſum-
mum bonū ſicut in cauſam reducantur. ¶ Ad quar-
tū dd̕m: ꝙ in voluntate creata inuenitur duplex effe
ctus. vnus qui eſt potentialis cauſa mali .ſ. ex nihi-
lo: ex hoc enim ꝙ ex nihilo eſt poteſt deficere peccan
do ſm vertibilitatē electionis: non tamē iſte defect⁹
eſt actualis cauſa mali. quia ſequeretur ꝙ voluntas
deficeret ſicut crus claudum ſemper claudicat: ali⁹
aũt eſt defect⁹ actualis ſm ꝙ actu deficit: ⁊ qcqd̕ ꝓ-
cedit ab ipā ꝓnt ſub iſto defectu ſtat totū ē malū: illi⁹
aũt defectus q eſt in actu volũtatis nõ oʒ ꝙ ſit cauſa
aliqs ali⁹ defectus in voluntate ꝑcedēs actū: q2 ſic in
infinitū iretur. ſʒ ipamet volũtas ſm ſe cõſiderata il
lius defect⁹ cā eſt. Ille. n. defect⁹ in volũtate ē ſʒ ꝙ
volũtas ad aliqd̕ aliquo idebito mõ cõuertit̄. Eius
aũt qd̕ eſt cõuerti ad bonū creatū idebito mõ volun-
tas dñium habet: q2 ad vtrūlibet libera ē. nõ eniʒ eſt
ſimile de volũtate ⁊ agēte naturali. agens eni natu-
rale ē determinatū ad vnū ex ſua natura. vñ nõ põt
eē cā actõis iordinate: niſi ꝑ hoc ꝙ aliquis defectus in
ipſo agente. volũtas aũt nõ eſt determinata ad vnū
ſed ſeipſā determinat ſm ꝙ huic vel illi adheret: ⁊ ī
tali adheſione primū malū volũtatis ꝯſiſtit. vñ primi
mali culpe qd̕ ē in actu volũtatis res bona .ſ. volun
tas cā eſt: ſed per accñs vt dictū ē: ſcd̕i aũt mali qd̕ ē
ī actu exteriori ipa volũtas iā mala ꝑ interiorē actuʒ
cā eſt. ¶ Ad quintū dd̕m: ꝙ malū nõ hʒ cām per ſe:
ſed ꝑ accidens: vt dictū eſt. ⁊ hoc Dio. intendit: ⁊ ſic
per accidens bonū mali cā eſſe põt.

a Ad quartū ſic ꝓcedit̄. videt̄ ꝙ malū nõ ſit in
bono: ſicut ī ſubo. Sicut. n. dicit Dio. iiii. ca.
de di. no. malū neq̄ʒ ē exñs neq̄ʒ in exñte: ſed
ꝓpriiſſime dicit̄ eē in altero qd̕ eſt in eo ſicut ī ſubo. g̃
exñs nõ ē ſubiectū mali: ſʒ oē bonū eſt exñs. g̃ malū ñ
eſt in bono: ſicut ī ſubiecto. ¶ Pre. malū ſe hʒ ad bo
nū: ſicut nõ ens ad ens. ſʒ ens nõ eſt ſubiectū nõ en-
tis: q2 ſimul eē nõ poſſūt. g̃ nec bonū eſt ſubiectū ma-
li. ¶ Pre. nullū ꝯtrariū ē ſubiectū ſui cõtrarii. ſʒ bo-
nū ⁊ malū ſũt ꝯtraria. g̃ bonū non ē ſubiectū mali. pri-
ma pʒ ex hoc qd̕ primo phy. dicit̄: ꝙ ſubiectū neutrū
ꝯtrariorū eſt. Si dicat̄ ꝙ regula iſta fallit in his con
trariis q̄ ſũt bonū ⁊ malū vt in littera dr̄. ¶ Cõtra. in
poſteriori ſemꝑ pri⁹ includit̄: ſʒ ꝑma oppõ eſt affirma
tionis ⁊ negatõis. g̃ affirmatio ⁊ negatio includit̄ in
oībus cõtrariis. ſed affirmatio ⁊ negatio nõ pñt eē ſi-
mul vera. ergo nec aliqua cõtraria: ſubiectū āt ſimul
ē cū eo cuius eſt ſubiectū. g̃ bonū mali ſubiectū eē nõ
põt. ¶ Pre. illud qd̕ ē ꝑ ſe ſubiectū alicui⁹ ē etiā per
ſe cauſa ei⁹: q2 ſicut dicit Auicen. ſubiectū ē ens in ſe
cõpletū prebens alteri occaſionē eēndi. ſʒ maluʒ non
cauſat̄ ꝑ ſe ex principiis boni. ergo bonū nõ eſt vlē ⁊
per ſe ſubiectū mali. ¶ Cõtra. omne qd̕ ē ſubiectum
eſt ens. ſed omne ens inq̈ʒtū hm̄õi bonū eſt: q2 ens ⁊
bonū cõuertūtur. g̃ oʒ ꝙ ſubiectū mali ſit bonum.
¶ Pre. phs dicit ī. ix. metha. ꝙ nõ eſt ꝑter res ma-
lū: eēt aũt ꝑter res ſi in rebus nõ eēt. ergo maluʒ eſt ī
reb⁹ ſicut ī ſubiecto: ſʒ oīs res inq̈ʒtum hm̄õi bona ē:
q2 ꝑ ſe malū nulla res eſt: ſed ꝑuatio vt dictū ē. ergo
bonū eſt ſubiectū mali. ¶ Reſpõdeo dd̕: ꝙ ꝑ ſe malū
vt dictū eſt ex dictis Auicēne ē priuatio. priuatio aũt
vt in quarto methaphy. dicit̄: eſt negatio in ſubſtātia
i. ſubſtantiā hʒ ſubiectū. negatio aũt que ſubiectum
nõ determinat ꝑuatio dici nõ põt: ſʒ ſimplex negatio
vñ oʒ ꝙ malū aliquod ens ſubiectū habeat. omne āt
ens inq̈ʒtū hm̄õi bonū eſt. vnde opʒ ꝙ ſubiectū mali
ſit bonū. Sed ſciendū ꝙ nõ oē bonū ſubiectū mali eē
põt. eſt. n. qd̕dā bonū cui nihil bonitatis deeſt: q2 per
fectū ē nec deeſſe põt. q2 oēs bonitates ī eo vnū ſunt
vt vna ab altera ſeparari nõ poſſit: q2 ſimplex eſt: ⁊ ī
tali bono malū nec eſſe nec cogitari põt. ⁊ hoc eſt ſum
mū bonū qd̕ deus eſt. Eſt aũt qd̕daʒ bonum quod q̈ʒ-
uis nõ oēm bonitatē perfecte colligat: ſed in aliquo a
ſummo bono deficiat: tamen nõ poteſt ſibi deeſſe ali-

qua bonitas que debita eſt ſibi: vt patet in angelis ⁊ in corporibus celeſtibus que bonitatem naturalem nullo modo amittere poſſunt: ⁊ tale etiam bonū ſubiectum mali eſſe nō poteſt. non enim omnis carentia bonitatis malum eſt: ſed illius tantum eſt quam nata eſt res habere ⁊ debita eſt ei. carere enim viſu non ē malum in lapide: ſed in oculo. hoc enī eſt commune priuationi omni: ꝙ aptitudinem ad actū in ſubiecto requirat. Eſt autem quoddam bonum quod nec omnem perfectionem conſequitur. ⁊ propter diſtantiam a ſummo bono illa etiam que debita eſt ſibi carere poteſt ⁊ quam natum eſt habere. ⁊ tale bonum eſt ſubiectum mali quicquid ſit illud. Unde Dioniſius dicit quarto capi. de diuinis nominibus: ꝙ bonum particulare eſt ſubiectum mali. hoc autem bonū quid ſit qđ malo ſubiicitur conſiderandum eſt ex perfectiōe que per malum priuatur: eo ꝙ priuatio ⁊ habitus ſūt circa idem. eſt autem quedam perfectio. ſ. ſecunda: cuiꝰ ſubiectum eſt ens actu completum in eē primo ⁊ hoc idem ens illi malo ſubiicitur: per quod iſta perfectio priuatur: ſicut anima culpe per quam gratia tollitur: eſt autem quedam perfectio p̄ma: vt forma ſubſtātialis: ſubiectū cuiꝰ eſt ens in potētiā tm̄. ſ. materia prima: que ſicut eſt ens incompletum ⁊ in potentia: ⁊ ipſa etiam ſubiicitur priuationi ſubſtantialis forme: vt dicit philoſophus in primo phyſicoꝝ. ꝙ materia non eſt malum per ſe ſed per accidens. ſ. ratione priuationis cui ſubiicitur. ¶ Ad primum ergo dōm: ꝙ Dioniſius intelligit eſſe in exiſtēte: ſicut aliqua pars perfectionem exiſtentis conſtituens: ⁊ hoc modo in nullo exiſtente malum eſt: ſed ſicut priuatio in ſubiecto. ¶ Ad ſcōm dicendum: ꝙ malum non ſe habꝫ ad bonum: ſicut non ens abſolute ſumptum ad ens: non ens enim abſolute ſumptum eſt negatio pura que ſibi ſubiectum non determinat. malum autem eſt non ens quoddaꝫ quod eſt priuatio. ⁊ ideo oportet ꝙ habeat determinatum ſubiectum quod non poteſt eſſe niſi ens ⁊ bonum. ¶ Ad tertiū dicendum: ꝙ non qđlibet malum contrariatur cuilibet bono directe. ſed nec cuilibet virtuti quodlibet vicium: ſed illi tantū bono: cuius perfectio per malum priuatur. malū aūt non eſt ſicut in ſubiecto in illo bono quod per malū tollitur: ſicut vita naturalis hominis non tollitur per malum culpe. vnde malum culpe non opponitur huic bono: quod eſt vicium vita naturali. ⁊ ideo non eſt inconueniens ſi hoc malū in hoc bono ſit ſicut ī ſubiecto. ¶ Ad quartum dicendū: ꝙ oppoſitio mali ad bonum poteſt conſiderari dupliciter: vel ſecundū determinatam rationem huius boni ⁊ illius mali: ⁊ ſic non fallit in iſtis oppoſitis bonum ⁊ malū dialeticorū regula que prohibet contraria ſimul eſſe nō poſſe q: vt dictum eſt: ſic accipiendo oportet poſitionē boni ⁊ mali malum non opponitur illi bono in quo eſt ſicut in ſb̄o: poteſt etiaꝫ conſiderari oppoſitio mali ad bonum ſm̄ rationem cōem vtriſqꝫ: ⁊ ſic malū ſimpliciter opponitur bono ſimpliciter: ſicut huic bono hoc malum: ⁊ per hunc modum fallit dialeticorum regula in iſtis contrariis: q: malū eſt in bono: ⁊ ratio quare fallit eſt iſta: quia bonum nō importatur ab aliqua determinata perfectione: ſed a perfectione in cōmuni. vnde quicquid perfectionis res habeat cōmunē rationem boni conſequitur. Similiter ēt quacūqꝫ perfectione priuatur cōem rationem mali incurrit. contingit autem vt aliquid habeat primam perfectionē ⁊ priuetur ſecunda: ⁊ ita ſimul habebit rationem boni ⁊ mali: ſed ſecundum diuerſa: ⁊ ex hoc non ſequitur ꝙ contradictoria ſint ſimul vera. ¶ Ad ſextum dicendum: ꝙ malum non habet ſubiectum: ſicut per ſe accidēs: ſed ſicut ꝑuatio perfectiōis. ⁊ ideo nō oꝫ ꝙ per ſe ex principiis ſui ſubiecti cauſetur: ſꝫ ſufficit ꝙ tantum in ſubiecto aptitudinē ⁊ debitū requirat.

a
Ad quintum ſic proceditur. Videtur ꝙ malū bonum totum corrumpere poſſit: quia vt in primo phyſicorū dicitur omne finitū conſumitur ablato quodam: ſed bonum creatum quod ſolum ſubiectum mali eſſe poteſt finitum eſt. ergo per multiplicationeꝫ mali poteſt ex toto conſumi. ſi dicatur ꝙ q̄uis ſit finitum in actu eſt tamen infinitum in virtute ⁊ potentia. ¶ Contra. quātitas virtutis vel potentie menſuratur ex obiecto: ſed obiectum poteſt habere infinitatem vel ſm̄ rationem quantitatis cōtinue vel ſm̄ rationeꝫ quantitas diſcrete: ſed neutro modo per peccatum diminuitur potētia vel virtus boni naturalis: quia ſicut ante peccatum erat anima capax infiniti boni quod deus eſt: ita etiā ⁊ poſt. Similiter etiam ſicut ante peccatū poterat in infinitos actus: ita etiam poſt: nec alicuius actus potentia ab ea auſertur ad minus remota. ergo diminutio boni ꝑ malum non attenditur ſm̄ quantitatē virtutis. ergo nec infinitas virtutis conſumptionem boni vel mali excludere poteſt. Si dicatur ꝙ diminutio boni ꝑ malum non eſt ſemper ſm̄ eandem quantitateꝫ: ſed ſm̄ eandem proportionem: ſicut in diminutione continui. ⁊ ideo ſemper i infinitum diminuitur: nec ex toto auſertur. ¶ Contra. quandocūqꝫ eſt diminutio ſꝫ eandem proportionem ſemper illud quod ſecundo auſertur eſt minus eo quod primo auferebatur: q: ſi primo ablatum fuit tertium eo eius ſecundo ablatum erit tertium reſidui: ⁊ ſic deinceps. ſed ſecunduꝫ malum non tollit minus de bono q̄ꝫ primum malum auferebat: quia poteſt eſſe malum tam magnū: nec bonum eſt fortius ad reſiſtendū: ſed debilius. ergo nō eſt diminutio boni per malum ſemper ſm̄ eandem ꝓportionem. ¶ Preterea ex hoc malum dicitur ꝙ bonum corrumpit. ergo q̄ꝫdiu malum durat continue corrumpit: ſed qđ continue corrumpit eandeꝫ ad nō eſſe perducit: quia ſicut nullius rei generatio eſt infinita: ita nec corruptio. cum tempus corruptionis cuiuſlibet rei tempori generationis eius equale ſit vt i ſecundo de generatione dicitur. ergo neceſſarium ē ꝙ bonum ex toto per malum tollatur. ¶ Preterea. ſi malum diminuit bonum aut illud bonum quod eſt ei ſubiectum aut illud bonum quod eſt ei oppoſitum ſed non illud quod eſt ſibi ſubiectum cum nullum accidens ſuum ſubiectū diminuat. ergo intelligitur diminuere illud bonum quod ſibi opponitur. ergo cuꝫ illud bonum ex toto priuet: q: oppoſita non poſſunt eſſe ſimul: videtur ꝙ bonum quod per malum diminuitur ex toto tollatur. ¶ Contra. Inter alia mala peius eſt malum culpe: ſed hoc non ex toto tollit bonum: dicit enim Dyo. in quarto. c. de di. no. ꝙ bona naturalia in angelis peccantibus integra permanſerunt: cum tamen peccatum eorum ſit grauiſſimū. ergo malum non ex toto tollit bonum. ¶ Prete. phs dicit quarto ethicorum ꝙ malum ſi ſit integrum ſeipſum deſtrueret: ſed malum quod ex toto tollit bonuꝫ erit integrū malum. ergo etiam ſeipſum deſtrueret ſꝫ q̄cq̄d ſeipſum deſtruit īpoſſibile ē eē. ergo impoſſibile eſt eſſe aliquod malum quod ex toto corrumpat bonum. ¶ Reſpōdeo dicēdo: ꝙ ſicut ex dictis pꝫ m

uni per ſe acceptum priuatio quedam eſt. ad ratio
nem autem cuiuſlibet priuationis tria requiruntur
.ſ. habitus oppoſitus: ⁊ ſubiectū habitus ꝙ̄ priua-
tionis: ⁊ bilitas in ſubiecto ad receptionē habitus. ⁊
ideo triplex bonum poteſt conſiderari. ſ. bonū quod
eſt perfectio oppoſita ipſi malo: ⁊ ſubiectum illius ꝑ
fectionis ⁊ priuationis oppoſite: ⁊ etiam ipſa habili-
tas ad perfectionem illam. que cum ſit quedam qua
ſi inchoatio eius etiam bonum quoddam eſt. verbi
gratia malum culpe habet pro ſubiecto ipſam natu-
ram anime que bonum quoddam eſt: ⁊ pro oppoſito
ipſam grām ⁊ iterum anime ineſt habilitas quedā ad
gratiam habendam. Sciendum eſt ergo ꝙ malum
culpe bonum gratie ſibi oppoſitum ex toto tollit. de
ipſa vero natura aīe que eſt ſibi ſubiectum nihil au-
fertur ipſam vero habilitatem diminuit: ⁊ hoc eſt bo
num nature quod per culpam diminuitur. Diminu
tio autem huius habilitatis non eſt per ſubtractionē
alicuius partis eius. ſicuti enim qualitates ⁊ forme
non augentur per additionem: vt in primo dictum
eſt diſtinctione. xvii: ſed per intenſionem: ita etiam nō
diminuitur per ſubtractionem: ſed per remiſſionē: re
miſſio autem huiuſmodi habilitatis eſt: ſm ꝙ elōga-
tior eſt ab actu. ſ. ab ipſa gratia: quanto enim poten-
tia eſt magis propinqua actui tanto completior ē. cō
tingit autem iſtam habilitatem in infinitum elonga-
tiorem ab actu fieri: ita ꝙ ſemꝑ remanebit habilitas
eo ꝙ quilibet actus peccati facit aliquā elongationē
a gratia. vnde ſemper remanet minor ⁊ minor habi
litas ⁊ magis a gratia diſtans ⁊ poſt primum pecca-
tum non tollitur potentia ad ſecundum peccatū imo
eſt maior pronitas. ⁊ ideo poteſt fieri maior elonga-
tio nunquā tamen habilitas ad gratiam ex toto tol
letur: quia habilitas iſta cauſatur ex principiis natu
re que principia: vt dictū eſt: culpa nec tollit nec mi
nuit. ⁊ ſimile eſſet in naturalibus ſi eēt aliquis calor
qui in infinitum poſſet calefacere: ⁊ plꝰ: ⁊ plus ſem-
per tamen remaneret materia que ex natura ſua ha-
beret habilitatem ad frigus ⁊ eam nullo modo amit-
teret: ſed tamen illa habilitas ſemper fieret magis
⁊ magis longinqua ab actu. ¶ Ad primum ergo dd
ꝙ iſta diminutio non fit per ſubtractionem ſed ꝑ elō-
gationē ab actu vt dictum eſt. ¶ Ad ſecundum dd:
ꝙ nihil ſubtrahitur de quantitate virtutis vel potē
tie: ita vt non ſit poſt peccatum inpotentia ad tantū
bonum ſicut ante vel ad tot bona ſicut prius: ſed ta-
men per quodlibet peccatum elongatur potentia ab
actu: ⁊ in hoc infinitatem habet vt dictum eſt. ſm ꝙ
in infinitum hoc fieri cōtingit vt dictū eſt. ¶ Tertiū
conceditur: q: illa ſolutio nihil valet. ¶ Ad quartū
dicendum: ꝙ malum. i. ipſa priuatio que eſt in ſubie-
cto aliquo non corrumpit aliquid effectiue in ſubiec
to illo vt fiat conſumptio continua ſicut humidum ꝑ
calidum cōſumitur: ſed corrumpit formaliter loquē-
do. i. eſt ipſa corruptio qua corruptum eſt: ⁊ ideo rō
non procedit. ¶ Ad quintum dd: ꝙ illud bonum na
ture quod per peccatum diminuitur eſt medium in-
ter animam que eſt ſubiectum culpe ⁊ gratiā que ē
oppoſitum culpe. ſ. ipſa habilitas que quidem radi-
catur in anima ⁊ perficitur per gratiā. ⁊ ideo ex pte
illa qua ad gratiam opponitur culpe ratione cuius ꝑ
culpam diminuitur: vt ſemper elongatior a gratia ſi
at: ſed ex parte illa qua in ſba anime radicatur nō op
ponitur culpe: ſed eſt ſubiectum eius. ⁊ ideo ſemper
manet i anima ꝙ̄ diu manet natura. ¶ Manifeſtū

eſt ex voluntate mala ⁊c. Hoc dicit ad excludendā
quādam obiectionē ex verbis dn̄i extrā Mathei
vii. nō pōt arbor bona ⁊c. ex quo vr̄ ſequi ꝙ res bo-
na cā mali eſſe non poſſit. Sz dd: ꝙ arbor ē cā prima
fructus cauſa vero prima in genere illo eſt vel ſol vl
terra: ⁊ cauſa prima eſt cōmunis ⁊ bonis ⁊ malis ar
boribus ⁊ bonis ⁊ malis fructibus: ideo ipſa natura
voluntatis: ſicut cauſa prima eſt principium bonarū
⁊ malarum voluntatum ⁊ bonorum ⁊ malorum exte
riorum actuum vna ⁊ eadem: ſed voluntas mala q̄
comparatur arbori eſt cauſa mali actus exterioris ꝑ
xima qui comparatur fructui. Ecce habens primā
voluntatem boni mutabilis ⁊c. hoc non dicit quin ſi
angelus primus: ⁊ bono non peccaſſet quin alii ſe-
quentes peccare potuiſſent: ſed quia ex illis primis
peccatis ſequentia concomitata ſunt. vbi autē bonū
non eſt ⁊c. hoc non eſt intelligendum de bono quod
per malū priuatur: quia ſic rō ſua non valeret. hoc
enim bonum ante aduentum mali eſt: ſed poſt aduen
tū mali non remanet: ſed intelligitur de bono quod
eſt ſubiectum mali quod quidem corrumpitur inquā
tum dita perfectione priuatur. qd̄ ſi eſſe deſiſteret ꝓ
uari non poſſet: ⁊ ita nec corrumpi. Naturalium ſunt
priuationes bonorum ⁊c. hoc intelligendum eſt de
bono naturali vel ad quod natura eſt ordinata: ſicut
gratia vel virtus vel de ipſis habilitatibus ad h̄ bo
na. ſi enim intelligeretur de bonis naturalibus que
ſunt de eſſe nature vel naturam conſequens: ſic fal
ſum eſſet: quia talia bona poſt peccatum integra ma
nent vt Dyo. dicit quarto capitulo de diuinis no-
minibus. Illa dialeticorū regula deficit ⁊c. quomo
do deficiat ⁊ quomodo non dictum eſt: ſed ſm intel-
lectum quo proponitur vt regula nunquam deficit
ꝙ̄uis aliquo modo deficiat in bono ⁊ malo quod nō
deficit in aliis contrariis que ſpirituales formas de
ſignant vt dictum eſt. De ipſis rebus quibus homi
nes ⁊c. i. de peccatis que etiam inquantum res ſunt
bonitatem quandam habent: ſed inquantum defici-
unt mala ſunt.

## Diſtinctio. Trigeſimaquinta.

### Quid ſit peccatum.

Eſt hoc videndum eſt quid ſit
peccatum. Peccatū eſt vt ait
p Aug. Omne dictum vel factū
vel concupitum quod fit cōtra
legem dei. Idē in libro de dua
bus animabus. Peccatum eſt voluntas re
tinendi vel conſequendi quod iuſticia vetat.
in vtraqꝫ aſſignatiōe de actuali peccato agi-
tur: ⁊ mortali: non veniali. Ex prima deſcri-
ptiōe oſtēditur peccatū eſſe volūtas mala ſiue
locutio ⁊ operatio praua. i. actus malus tam
interior ꝙ̄ exterior. Ex altera vero oſtendi-
tur eſſe actus interior. Voluntas enim vt in
ſuꝑioribus dictū ē motus aī eſt actus ergo ī
terior eſt. Ambro. quoqꝫ in. i. li. de paradiſo
ait. Quid eſt peccatū niſi preuaricatio legis
diuine ⁊ celeſtium inobedientia p̄ceptorum
ergo in preuaricāte peccatū ē: ſed in mādāte

culpa non eſt. Non enim cōſiſteret peccatuꝫ preuaricatiōis ſi interdictio non fuiſſet. Nō cōſiſtente autem peccato non ſolum malitia: ſed etiam virtus fortaſſe non eſſet. Que niſi aliqua malicie fuiſſent ſemina: vel ſubſiſtere vel eminere n̄ poſſet. Ecce preuaricationem legis ⁊ inobediētiā diffinit Ambroſius eſſe peccatum.

Diuerſorū ſententias de peccato ponit.

q Uocirca diuerſitas huius verborꝫ occaſione de peccato plurimi diuerſa ſenſerunt. Alii enim dixerunt voluntatem malam tantum eſſe peccatum: ⁊ nō actus exteriores. alii voluntatē ⁊ actus. Alij neutrum: dicentes omnes actus eſſe bonos ⁊ a deo ⁊ ex deo auctore eſſe. Malum auteꝫ nihil eſſe: vt ait Augu. ſuper Joannem. Omnia per ipſum facta ſunt ⁊ ſine ipſo factuꝫ eſt nihil. i. peccatum quod nihil eſt. ⁊ nihil fiunt homines cum peccant. Supra etiam dixit Augu. q̄ malum eſt priuatio boni vel corruptio boni: quod etiam in li. lxxxiij. queſtionum ait. Summum malum nullum moduꝫ habet. caret enim omni bono. At modus aliquid boni eſt. nō igitur eſt: quia nulla ſpē cōtinetur. totumqꝫ hoc nomen mali de ſpeciei priuatione repertum eſt. Item in dogmatibus eccleſiaſticis dicitur maluꝫ vel maliciaꝫ non eſſe a deo creatam: ſed a diabolo inuentam. qui ⁊ ipſe bonus creatus eſt. Ideꝫ etiaꝫ in li. contra manicheos: quid ſit peccare oſtēdit dicens. Peccare quid aliud eſt: niſi i veritatis preceptis: vel in ipſa veritate errare. Quod ſi non voluntate faciunt: peccatores iniuſte iudicātur. Quid igitur i hac tāta varietate tenēdum? Quid dicēduꝫ?

Uera ſnīa de peccato hic proponitur.

s Ane dici poteſt ⁊ libere tradi debet peccatum eſſe actum malum interiorem ⁊ exteriorem. ſ. malam cogitationem: locutionem: ⁊ operationeꝫ. Precipue tamē in voluntate cōſiſtit peccatum: ex qua tāq̄ ex arbore mala procedunt opera mala tāq̄ fructus mali. Quidam autem diligenter verba Augu. attendentes: quibus ſupra et i aliis ſcripture locis vtitur: nō indocte tradūt voluntatem malam in actus malos inquantum ſunt: vel inquātum actus ſunt: bona eſſe inquantum vero mala ſunt peccata eſſe: qui voluntatem ⁊ actum quēcūqꝫ bonam dei naturam eſſe dicunt inquātum actus eſt vel volūtas: ⁊ ex deo auctore eſſe. Inquantum vero inordinate ⁊ contra legem dei fit ⁊ fine debito caret: peccatum eſt: ⁊ ita inquātum peccatum eſt nihil eſt. nulla enim ſubſtātia eſt: nullaqꝫ natura eſt.

Auctoritatibus probāt volūtates ⁊ act9 oēs eſſe bōa iquātum ſūt.

q Uod autem volūtas oīs ⁊ actio bonum ſit iquātum eſt: ex eo probant quod ait Augu. i li. de. lxxxiij. queſtiōibus. Deus tātummodo bōi cauſa eſt. Quocirca mali auctor n̄ eſt quia oīum que ſūt auctor eſt. que iquātum ſūt itātum bona ſūt. Idem probās nihil caſu fieri i mūdo ait i eodem. Quicquid caſu fit temere fit. quicquid temere fit: n̄ fit dei ꝓuidētia. Si ergo caſu fiūt aliqua i mūdo: n̄ ꝓuidētia vniuerſus mūdus amminiſtratur. Si n̄ prouidētia vniuerſus mūdus amminiſtratur: aliqua natura vel ſubſtātia eſt: que ad opus prouidētie dei n̄ pertinet. Omne autem quod eſt: iquātum eſt: bonuꝫ eſt. Summuꝫ eniꝫ bonuꝫ eſt illud bonum cuius participatiōe ſūt cetera bona. ⁊ omne quod mutabile eſt: n̄ per ſe ſed boni illius participatōe iquātū eſt bonū eſt: quod diuinā etiā prouidētiā vocamus. Nihil igitur caſu fit i mūdo. His teſtimoniis innitūtur ad oſtēdēdū oē quod eſt iquātū eſt bonū eſſe Uñ Augu. i li. i. de doctrina chriſtiana ait. Ille ſumme ac primitus eſt qui omnino icōmutabilis eſt: ⁊ cetera que ſūt niſi ab illo eſſe n̄ poſſūt: ⁊ itātū bona ſūt iquātū bona acceperūt vt ſint. Ex predictis colligitur atqꝫ iſertur quia ſi mala volūtas ⁊ mala actio iquātū eſt bona eſt. ſed quis eſt qui diffitetur malaꝫ volūtateꝫ eſſe ⁊ malaꝫ actionē? Mala igitur volūtas ſiue actio iquātuꝫ eſt: bonum eſt: ⁊ inquātum voluntas eſt: vel bonum ſimiliter eſt. ſed ex vitio mala eſt: quod vitiū a deo nō ē: neqꝫ aliquid eſt. Quod Aug. notaſſe videtur i li. de. lxxxiij. queſtiōibus dicēs. vitium eſt. voluntatis quo eſt homo deterior quod vitium longe abeſt a voluntate dei vt ratio docet. Ex hoc loco probāt volūtatē iquantū viciosa eſt: n̄ eſſe a deo ⁊ iquātum vitioſa ē peccatū eſſe. Et peccatuꝫ eſt vt aiūt inquantum non habet ordinem nec finem debitum. ita ⁊ actio iquātū ex malo procedit: ⁊ ordinē n̄ habet: ⁊ ad malum tēdit.

Alia probatio q̄ omnis actus iquātū eſt bonus eſt.

i Tem ⁊ aliter probāt omnem actum interiorem vel exteriorem inquātum eſt eſſe bonum: quia non eſſet actus malus niſi eſſet res bona: quia non eſt aliqua res mala niſi eadem res bona ſit. Unde Auguſti. in enche. Omnis natura bonum

ē:nec res aliqua mala eſſet:ſi res ipſa que ma
la eſt:natura non eſſet. Non igitur poteſt eē
malum:niſi eſſet aliquod bonum. Quod cuꝫ
dici videatur abſurde:connexio tamen ratio
cinatiōis nos compellit hoc dicere. Ex pre
dictis teſtimonijs aſſerunt omnes actus in/
quantum ſunt:eſſe res bonas nec aliquid eē
malum .i. peccatum:niſi idem quoqꝫ ſecundū
aliquid bonum ſit. ⁊ omniuꝫ que ſunt inquā
tuꝫ ſunt:deuꝫ auctoreꝫ predicāt: ⁊ eius volū
tate omnia eſſe quecūqꝫ ſunt:que inquantuꝫ
ſunt nature ſunt.

Obiectio cōtra illos qui dicūt oēs actus
iquātū ſunt eſſe bonos.

q Quibus opponitur ſi omnia que ſūt
inquantum ſunt:bona ſunt ⁊ nature
ſunt:ergo adulteriuꝫ ⁊ homicidiuꝫ ⁊
ſimilia:inquantum ſunt:bona ſunt: ⁊ nature
ſunt: ⁊ de volente fiunt. Quod ſi eſt:tunc illi
qui faciunt illa:bona agunt. Quod penitus
abſurdum eſt. His vero ſic illi reſpondēt. di
cunt equidem adulterium homicidium ⁊ hu
iuſmodi non ſimpliciter actus denotare:ſed
actuum vicia. Actusqꝫ ipſos adulterii ⁊ ho/
micidii inquantum ſunt:vel inquantum ac/
tus ſunt:a deo eſſe ⁊ bonas naturas eſſe: ſed
non inquantum adulterium ⁊ homicidium
ſunt. Et ideo non ſequi dicunt: ſi actus qui
homicidia ⁊ adulteria ſunt a deo ſunt:ꝙ ho/
micidia ⁊ adulteria a deo ſint. Item aliter eis
opponitur. Si aliquid non eſt malum quod
non ſit natura vel res bona:quomodo igitur
peccata ſunt:non credere in deum:nō ire ad
eccleſiam: ⁊ huiuſmodi:cum iſta non ſint na/
ture:immo omnino non ſint. Non eſt enim
aliquid vel res aliqua: non ire ad eccleſiam:
vel non credere ⁊ huiuſmodi. Ad quod di/
cunt his atqꝫ huiuſmodi dictionibus que vi
dentur priuationes ſimpliciter notare ⁊ nihil
ponere:quia per negationem dicuntur:vere
aliqua poni:actuſqꝫ per eas ſignificari. Nō
credere enim in chriſtum icredulitatem di/
cunt: ⁊ nomine incredulitatis malum mētis
actum ſignificari. Ita etiam cum dicit̄. Nō
ire ad eccleſiam malum eſt: non euntis con/
temptus ſignificatur .i. volūtas mala vel pro/
poſituꝫ. hoc eſt eniꝫ declinare a bono: ⁊ ideo
malum eſt:ſicut econuerſo declinare a malo
bonum eſt. Sicut igitur declinatio a malo
quandoqꝫ aliquid ponit .ſ. voluntatem ⁊ pro
poſitum vitandi malum. Non enim poteſt
eſſe bonum quod omnino nihil eſt. ita decli/
natio a bono aliquid quod eſt ſignificat .ſ. vo
luntatem ⁊ propoſitum mali. ⁊ ſecūdum hoc
vera eſt ⁊ generalis illa peccati mortalis de/
ſcriptio quam ſupra poſuit Aug.

Utrum malus actus iquātū peccatū ē ſit
priuatio vel corruptio boni.

p Poteſt etiam queri ab eiſdem cū pec
catum ſit vt ſupra dictum eſt priua/
tio vel corruptio boni: ⁊ omnis actus
malus ſit peccatum: vtrum ſit priuatio vel
corruptio boni inquantum peccatum eſt: vel
non. Si enim inquantum peccatum eſt cor/
ruptio boni eſt:cum corruptio vel priuatio
boni pena ſit homini:inquantum igitur pec
catum eſt: pena eſt. Quod ſi eſt:tunc inquan
tum peccatum eſt bonuꝫ eſſe videtur ⁊ a deo
eſſe. Si autē non inquantuꝫ peccatuꝫ eſt cor/
ruptio boni eſt:queritur ſecundum quid cor
ruptio ſit. Si enim corruptio eſt: ⁊ nō inquā
tum peccatum eſt: cum non ſit niſi bonum
preter ꝙ in eo quod peccatum eſt:ergo īquā
tum bonum eſt corruptio vel priuatio boni
eſt. Ad quod etiam ipſi dicunt actum maluꝫ
non inquantum eſt nec inquantum bonum
eſt:eſſe priuationem vel corruptionem boni:
ſed inquantum peccatum eſt. non tamen in/
quantum peccatum eſt pena eſt: vel aliquid
quod ex deo ſit. Ut enim ex verbis Augu.
premiſſis colligitur:peccatum dicitur corru
ptio vel priuatio actiue:non paſſiue. Nam
ideo malum vel peccatum dicitur corruptio
boni:quia naturam bonam qualicūqꝫ pri/
uat bono. Nam ſi non priuat aliquo bono
non nocet vt ſupra Augu. ait. Nocet autem
adimit igitur bonum. Non autem nocet ni/
ſi inquantum peccatum eſt. ergo inquantum
peccatum eſt priuat bono. Itaqꝫ inquantuꝫ
peccatum eſt priuatio eſt vel corruptio boni.

Quomodo inquantum peccatum eſt
poſſit corrūpere bonū cū nihil ſit.

s Sed cum nihil ſit inquantum pecca/
tum eſt:quomodo poteſt bonuꝫ cor
rumpere vel adimere. Augu. de hoc
docet in libro de natura boni dicens. Ab/
ſtinere a cibo non eſt aliqua ſubſtantia: ta/
mē ſubſtantia corporis ſi omnino abſtinea/
tur a cibo:langueſcit ⁊ frangitur. Sic non
eſt ſubſtantia peccatum:eo tamen natura ani
me corrumpitur.

Quod peccatuꝫ proprie corruptio anime
eſt: ⁊ quomodo.

Peccatum vero .i. culpa proprie
anime corruptio eſt. Si autēꝫ que
ritur in quo poſſit corrumpi aīa:
in parabola illius qui incidit in
latronibus; qui eum ſpoliauerunt et vulne/

tauerunt: clareſcit. Incidit eniƺ hõ in latrones: quando per peccatuƺ ĩ poteſtateƺ diaboli trahitur. ⁊ tunc per peccatuƺ ſpoliatur gratuitis donis. i. virtutibus: ⁊ in naturalibus bonis vulneratur: que ſunt ratio: intellectus memoria ⁊ ingeniuƺ ⁊ huiuſmodi. que p̄ peccatuƺ obtenebrantur ⁊ viciantur. per peccatuƺ etiã priuatur illo bono cuius p̄ticipatõe cetera bona ſunt. Quo tãto magis priuatur quãdo magis ſe ab eo elongat.

Qualiter hõ ſe elonget a deo. ſ. per diſſimilitudinẽ quã facit peccatũ.

a B eo auteƺ ſe elongat per peccatuƺ: nõ loci diſtãtia: quia vbiqꝫ totus et preſens eſt omnibus: ⁊ omnia ĩ ipſo ſũt: vt ait Aug. ĩ li. d̃. lxxxiiij. queſtiõibus: ⁊ ipſe locus ñ eſt. Locus tamẽ dei abuſiue dicitur templum dei. non ꝙ eo cõtineatur: ſed ꝙ ei preſens ſit ⁊ inabitans. Id auteƺ animamũda intelligitur. per peccatum igitur non ſecundum locum aliquis longe ſit a deo: ⁊ in eo longe ſit q̃ ab eius ſimilitudine recedit: et tanto longius quãto ſit diſſimilior. Illa aũt vt ait Augu. ĩ li. de. lxxxiiij. queſtiõibus. que participatõe ſimilia ſunt deo: recipiũt diſſimilitudineƺ. At ipſa ſimilitudo nullo modo ex aliqua parte poteſt eſſe diſſimilis. Vñ ſit vt cũ ſimilitudo patris filius ſit: ex nulla parte patri poſſit eẽ diſſimilis: cuius p̄ticipatiõe ſimilia ſũt queciiqꝫ deo ſimilia ſũt: ⁊ illa poſſunt recipeř diſſimilitudinẽ. Nihil eſt auteƺ ꝙ hominẽ a deo diſſimilẽ aciat queãdmodũ peccatũ. Cũ autẽ peccatũ ſit corruptio vel p̄uatio boni que eſt in anima: eſt etiam priuatio ⁊ corruptio boni corporis. ſicut corpus hominis priuatum beneficio illius inmortalitatis ⁊ impaſſibilitatis quam habuit ante peccatum.

An pena ſit priuatio boni.

q Ueri autem ſolet vtrum ⁊ pena ſit p̄uatio vel corruptio boni. Ad qđ facile reſpõderi poteſt ſi predicta ad memoriam reuocentur. Diximus enim ſupra priuationem vel corruptionem boni accipi actiue vel paſſiue. i. ſecundum efficientiã vel effectum. Ideoqꝫ priuatio vel corruptio boni dicitur ⁊ peccatum ⁊ pena. Sed peccatum ſm̃ efficientiam: quia priuat vel corrumpit bonum. Pena autem ſm̃ effectum. i. ſecũdum paſſionem que eſt effectus peccati. Aliud eſt enim pena. Aliud culpa. Alteruƺ ẽ dei. i. pena. Alteruƺ diaboli vel hominis eſt. i. culpa.

p Oſt hoc videndum eſt quid ſit peccatũ ⁊c. Qma in peccato actuali duo cõſiderantur. ſ. defectus ex quo rationem mali habet ⁊ ſb̃a actus ſm̃ quã actuale peccatum dicitur determinato de peccato actuali ſm̃ ꝙ habet rõnem mali. Hic incipit determinare de eo quãtũ ad ſub̃ãm actus in qua defectus fundař ſm̃ quẽ malũ dř. ⁊ diuiditur ĩ p̄tes duas. In p̄ma determinat de peccato quãtũ ad actũ. In ſecũda de potẽtia que eſt ad actuƺ peccati. xliiij. diſtinc. Poſt p̄dicta ꝯſideratiõe dignũ ⁊c. Prima diuidiř ĩ duas. In p̄ma determinat de peccato ĩ generali. In ſcḋa deſcẽdit ad peccatoꝝ dr̃ias. xlij. di. Cũ ãt volũtas mala ⁊c. Prima diuidiř in duas. In p̄ma determinat de actu peccati generali: ſƺ q2 act⁹ peccati vel ẽ interior voluñtatis vel ẽ exterior. Iõ in ſcḋa p̄te deſcẽdit ad vtroſqꝫ actus. xxxviii. di. Poſt p̄dicta de voluñtate eiuſqꝫ fine ⁊c. Prima diuidiř in duas. In p̄ma ꝓſequitur opinionẽ quorũdã dicẽtiũ actus peccatoꝝ a deo eẽ. In ſcḋa ponit opinionẽ ꝯr̃iã. xxxvii. di. Sunt aũt alij plurimi aliter longe ⁊c. Prima diuidiř in duas. In p̄ma ꝓſequiř opinionẽ eoꝝ q dicũt oẽs actus ex deo eẽ. In ſecũda ex ĩcidẽti: q2 h̃ diſputatio mota exigebat ĩterponiř de opatiõe peccati ad penã vtrũ peccatũ pena eẽ poſſit. xxx. di. Sciẽduƺ ẽ tñ q̃dã ſic eẽ peccata ⁊c. Prima diuidiř ĩ tres. In p̄ma ponit diffinitionẽ peccati. In ſecũda ĩducit diuerſas opiniones ex datis deſcriptiõibus occaſionatas. ibi. Quo circa diuerſitatis huiuſmodi vboꝝ occaſione ⁊c. In ſcḋa ꝓſequiř illã opinionẽ ꝙ oẽs act⁹ a deo ſunt. ibi. Quidã diligẽter atẽdẽtes ⁊c. Circa ſcḋm duo fač. Prio narrat diuerſas opiniões. Scḋo breuiř dixit qđ d̃ eis tenẽdũ ſit. ibi. Sane dici p̃t ⁊c. Tertia p̄s diuidiř ĩ p̄tes tres. In p̄ma poniř opinio. In ſcḋa poniř opiniõis ꝯfirmatio p̄ rõnes. ibi. q̃ aũt oĩs voluñtas ⁊ actio ⁊c. In tertia poniř rñſio ad ea q̃ ĩ ꝯr̃iũ obiici p̃nt. ibi. Quibus opponiř ſi oia q̃ ſunt ⁊c. Circa ſcḋm duas rõnes ponit. Pria accipiř ex rõne entis. Scḋa ex h̃itudine mali ad bonũ ĩ quo neceſſario ĩ ſb̃o malũ ꝯſiſtit. ibi. Item ⁊ alr̃ ꝓbant ⁊c. Pria rõ tal' ẽ oẽ ens inquãtũ ens bonũ ẽ: ⁊ a deo ẽ: ſed ois actio eſt ens ergo ⁊c. Primo ꝓbat maiorẽ. Secũdo ꝓponit minorẽ: ⁊ ĩducit ꝯcluſionẽ. ibi. Ex p̄dictꝭ colligiř atqꝫ inferř ⁊c. Quib⁹ opponiř ſi oia ⁊c. Hic excludit obiectiones q̃ ꝯ hãc opinionẽ p̃nt eſſe: ⁊ diuidiř. In tres ſm̃ tres obiectiões. Pria ſumiř ex hiis actib⁹ q mox noiati ĩ malũ ſonãt vt homicidiũ ⁊c. Scḋa ex omiſſionib⁹ q̃ actũ hr̃e nõ videř. ibi: Itẽ alr̃ eis opponiř ⁊c. Tertia ex cõpatiõe pene ad culpã. ibi. Etiã q̃ri p̃t ⁊c. Et diuidiř ĩ p̄tes duas. In p̄ma ponit obiectionẽ ⁊ ſoluit eã oñdens ꝙ alr̃ ẽ corruptio boni culpa q̃ꝫ pena. In ſcḋa mouet quaſdã q̃ões ex ſolutõe occaſionatas. ibi. Sƺ cũ nihil ſit ⁊c. Et circa h̃ duo facit. Primo ĩquirit quomõ culpa poſſit eẽ corruptiõ actiue. Scḋo quomõ pena ſit corruptio paſſiue. ibi. Queri auteƺ ſolet ⁊c. ¶ Circa primũ facit tria. Primo oñdit bonum per quod malum culpe actiue corruptio dicitur. Scḋo oñdit cuius boni ſit corruptio ibi. Peccatum vero. i. culpa ⁊c. Tertio exponit qđdã quod dixerat. ſ. qual'r aliqs a deo elongetur. ibi. Ab eo ſe elongãt per peccatũ ⁊c. Hic. v. queruntur. Primo: de diuiſiõe mali ĩ culpam ⁊ penam. Scḋo de diffinitõe culpe. Tertio: ſi oĩs culpa ĩ actu ꝯſiſtit. Quarto: ſi ĩ actu ĩteriori tantũ vel in exteriori. Quinto: ſi culpa eſt corruptio potentiarum anime.

a D primum ſic proceditur. Videtur ꝙ nõ ſufficienter malum per culpam ⁊ penam diuidatur. Maluȝ nihil aliud eſt ꝙ̃ defectus boni. ſed omne quod inuenitur alio minus bonum non eſt ſine defectu alicuius boni. ergo omne quod eſt minꝰ bonum eſt etiam malum: ſed omnia creata ſunt minꝰ bona. cum ergo multe creature ſint in quibus non ē pena neqȝ culpa: videtur ꝙ malum non ſufficienter per penam ⁊ culpam diuidatur. ¶ Preterea. in illiſ que non habent dominium ſui actus malum culpe eſſe non poteſt. In quibus autem culpa non eſt: nec pena eſt q: pena culpe debetur. cum ergo multa ſint que voluntatem non habeant: ⁊ ita nec dominiũ ſui actus in quibus: tñ eſt aliquod malum vt in rebus iſenſibilibus pȝ videtur ꝙ malum non ſufficienter ꝑ penam ⁊ culpaȝ diuidatur. ¶ Preterea. Aug. dicit ꝙ malum: ideo dicitur: q: nocet: ſed omne quod nocet pena eſt. ergo omne malum aliqua pena eſt. ergo non conuenienter aliquod malum contra penam diuiditur. Si dicatur ꝙ pena nocet paſſiue: ſed culpa noceȝ actiue. ¶ Contra. Paſſio eſt effectus illatioqȝ actionis. ſi ergo pena eſt nocumentum paſſiuum: et culpa nocumentum actiuum omnis pena erit illatio quedam culpe: ⁊ ita omnis qui penam infert culpam perpetrabit quod hereticum eſt: q: ſic ordo iuſtitie deperiret. ¶ Preterea. aliqua pena eſt que tantuȝ in negatione conſiſtit: vt carentia viſionis diuine: ſȝ paſſio non eſt tantuȝ negatio imo eſt aliquod ens poſitiue dictum cum ſit vnum de deceȝ generibus. ergo non omnis pena eſt nocumentum paſſiue dictuȝ. ¶ Preterea. quedã culpe ſunt i quibus nullus actꝰ conſiſtit: vt pȝ precipue in culpa originali: ſed nihil nocet actiue niſi per actionem aliquam. ergo nõ omnis culpa eſt nocumentum actiuum. Cõtra eſt quod Aug. dicit omne malũ noſtrum: eſt vel quod agimꝰ vel quod patimur: ſed malum quod agimus culpa ē malum quod patimur pena eſt. ergo malum per culpam ⁊ penam diuiditur. ¶ Reſpõdeo dĩ: ꝙ ſicut ſupra dictum eſt malum per ſe loquendo priuatio quedam eſt alicuius boni bonum autem in perfectione ⁊ actu conſiſtit. vnde oportet ſm diſtinctionem perfectionum diſtinctionem malorum eſſe. Eſt autē duplex actus vel perfectõ. ſ. actus primus ⁊ ſecundus: actus primus ē ipſa ꝑma forma actus ſecũdus ē opatio. ⁊ ideo ex priuatione vtriuſqȝ perfectionis diuerſe mali drie conſurgunt. Si eniȝ priuetur aliqua forma vel perfectio alicuius rei naturalis dicetur eſſe malum nature. ſi autem priuetur perfectio operationis dicetur eſſe peccatum: q: vt in ſecundo phiſicoꝝ dicitur peccatum eſt in hiis que nata ſunt finem conſequi cum non conſequitur quelibet autem res per ſuam operationem finem ſuum nata eſt cõſequi. vñ oportet ꝙ peccatuȝ in operatione conſiſtat ſm ꝙ nõ eſt directa vt finis exigit ſm quod gramaticus nõ recte ſcribit. nec parat recte medicus potionē: ſed ī vt .v. methaphiſice dicitur bonum ⁊ malum quodam ſpãli modo eſt in hiis que per electionem agunt que rationem finis cognoſcunt ⁊ finem ſibi determinare poſſunt: ⁊ ideo peccatum in talibus vlteriorem quãdam mali rationem accepit vt. ſ. peccatum in eis ēt culpa dicatur. vnde peccatum in pluribus ꝙ̃ culpa eſt q: vt ex ſecũdo phi hẽtur peccatũ eſt: ⁊ in hiis q̃ ſm nãm ſũt i hiis ſũt ſm arteȝ: ſed culpa non põt eſſe in hiis niſi que per voluntatem ſunt nihil enim culpe rationem obtinet niſi quod vituperabile eſt. neqȝ vituperium alicui debetur propter inordinatum actum niſi ille actus ſuo dominio ſubiaceat. hẽre auteȝ dominium ſuper ſuos actus vt. ſ. poſſit facere ⁊ non facere voluntatis proprium eſt. vnde culpa ſup peccatum addit vt ſit voluntatis actus. ſimiliter etiam malum nature in electionem habentibus ſpecialem quandam rationem mali accipit. ſ. rationem pene inquantuȝ voluntas defectui diſſentit. vnde omnis pena malum nature eſt dicitur enim pena maluȝ vt Aug: dicit: q: nature bone nocet inquantum ſubtrahit ſibi id per quod natura perficitur vel in ſuo eē naturali vt cecitas vel i nature ſuperadditis vt ſubtractio gratie vel huiuſmodi. Quidam tamen dicũt ꝙ etiam in brutis defectus naturalis rationem pene ſortitur: ſed melius vr̃ vt pena non ſit niſi vbi culpa eſſe poteſt: ⁊ ita patet ꝙ maluȝ rationalis creature ſufficienter ⁊ conuenienter per penam ⁊ culpam diuiditur. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ nomen defectꝰ poteſt ſumi vel negatiue, vel priuatiue. ſi ſumatur negatiue: ſic non omne quod habet defectum alicuius boni continuo malum eſt: q: malum priuatio eſt. vnde non eſt niſi defectus eius quod quis natus eſt: ⁊ debet habere. Si autem priuatiue: ſic pateȝ ꝙ non omne quod caret aliquo bono defectum habȝ non enim eſt defectus in lapide quod non vidȝ. vnde patet ꝙ ratio procedit ex equiuocatiõe huius nominis defectus. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ culpa ⁊ pena non ſunt drẽ mali abſolute ſumpti: ſȝ mali ſm ꝙ eſt in habentibus electionem vt dictum eſt. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ nocere dicitur dupliciter. ſ. effectiue: ⁊ formaliter. formaliter auteȝ nocere dicitur ipſum nocumentum ſiue ipſa ademptio boni vel priuatio: ſicut albedo facit album: ⁊ ſic omne qđ nocet pena eſt in hiis que nata ſunt penam ſubire. ſi autem ſumatur effectiue: ſic dicitur nocere id qđ cauſat priuationem alicuius perfectiõis in re ⁊ hoc modo culpa nocet quia per actum deordinatum auffertur aliqua perfectio. ſ. gratia: ⁊ tamen ipſa priuatio gratie pena eſt: ⁊ hoc eſt quod magiſter dic ꝙ culpa eſt corruptio boni actiue: q: . ſ. malum culpe conſiſtit in defectu actus ſm ꝙ deficit a debito fine: ⁊ debitis circumſtantiis: ⁊ iſte actus deficiens agit vel efficit in anima priuationem gratie: ⁊ ipſa priuatio gratie paſſiua accepta pena eſt. ¶ Ad quartum dicenduȝ ꝙ omnis pena quedã corruptio eſt ab aliquo agente inducta: ⁊ quãuis culpa ſit quid actiuum corruptionis: non tamen omne actiuuȝ corruptionis culpa eſt. ⁊ ideo non oportet ꝙ omnis qui penam infert culpam incurrat. ¶ Ad quintuȝ dicenduȝ: ꝙ paſſio poteſt ſumi dupliciter vel quantum ad naturam rei ꝓut logicus: ⁊ naturalis paſſionem conſiderat: ⁊ hoc modo non oportet omnem penam paſſionem eſſe: ſȝ quandam. ſ. penam ſenſus: vel quantum ad modum ſignificandi prout gramaticus conſiderat: ⁊ ſic illud paſſiue dicit: quod a v̄bo paſſiuo deriuatur. vel priuatio qua aliquis priuatur aliquo dicit priuatio paſſiua: ⁊ priuatio qua aliquis priuat dicitur ꝑuatio actiua: ⁊ hoc modo ſumendo paſſionem omnis pena ē corruptio vel priuatio paſſiua. ¶ Ad ſextum dicendum: ꝙ non dicitur culpa corruptio actiua: q: in actu conſiſtat: ſed magis: q: corruptionem agit. ⁊ ideo obiectio non procedit contingit enim per id quod non eſt actus effici vel induci priuationeȝ paſſiue dictã. vtrum tamen in omni culpa operatio requiratur poſtea dicetur.

a D ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ peccatū inconuenienter in propoſito diffiniatur. Illud enim quod diffinitur oportet aliquid eſſe: qꝛ queſtio an eſt precedit queſtionem quid eſt: ⁊ iterum omne quod diffinitur eſſentiā habet cum diffinitio eſſentiam rei ſignificet: ſed ſm Auguſtinū peccatum nihil eſt ⁊ nihil fiunt homines cum peccāt. ergo diffiniri n̄ pōt. ¶ Preterea. diffinitiōes ꝯuenit eū diffinito: ſꝫ diffinitiones hic date de peccato nō ꝯueniunt oī peccato vt in littera dicitur. ergo inconuenienter aſſigante ſunt. ¶ Preterea in diffinitiōe ſuperiorꝭ non debet poni inferius: ſed concupitum vel dictuꝫ vel factum eſt inferius ꝙ̄ peccatum: qꝛ omne factuꝫ contra legem dei eſt peccatum: ſed non conuertitur ergo inconuenienter aſſignatur deſcriptio ex poſterioribus ſm naturam. ¶ Preterea. ſpāli virtuti ſpāle peccatum opponitur: ſed iuſtitia eſt quedam virtus ſpālis. ergo peccatum non debet diffiniri vniuerſaliter ſumptum per oppōem ad iuſtitiaꝫ. ¶ Preterea. obedientia eſt q̄dā ſpālis vtꝰ: ſed obediētie opponitur inobediētia. ergo ⁊ inobedientia erit ſpeciale peccatum. cum ergo ſpecies in diffinitione generis poni non debeat: videtur ꝙ inconuenienter peccatū vniuerſaliter ſumptū ꝑ inobedientiā diffiniatur.

¶ Reſpondeo ꝙ ſicut dictum eſt peccatū dicit malum ꝙ in operatione conſiſtit. vnde ad rationeꝫ peccati duo concurrūt. ſ. actus ⁊ ipſe defectus ex quo rō mali incidit: defectus autem ille qui cauſat rationeꝫ mali in peccato vt dictuꝫ eſt: ē defectus rectitudinis in actu per quam dirigebatur in finem: finis autem rationalis nature vltimus quē ꝓcipue theologus ꝯſiderat eſt ipſa beatitudo eterna ad quē finē lex diuina nos dirigit ſicut inſtrumentum ⁊ iuſtitia ſicut in illam inclinans. ⁊ ideo peccatū tripliciter: hic deſcribitur. In prima enim deſcriptione tangitur ſba actꝰ in ordine ad inſtrumenta quibus actus exercetur cū dicitur dictum vel factum vel concupitum: ⁊ tangitur priuatio illius dirigentis quod inſtruēdo dirigit. ſ. legis: cum dicitur quod fit contra domini legem. In ſecunda aūt deſcriptione tangitur ſba actus ex parte obiecti in hoc quod dicitur voluntas retinēdi vel conſequendi: ⁊ priuatio illius dirigentis quod ī finem inclinat per modum habitus in hoc quod dicī quod iuſtitia vetat. In tertia autem deſcriptione tāgitur illud quod eſt formale in peccato ex quo rationem mali habet. ſ. priuatio dirigentis in fineꝫ. in hoc quod dicitur preuaricatio legis diuine: ⁊ deordinatio ab ipſo fine in hoc quod dicitur celeſtium inobediendia ⁊c. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ ſm ꝙ aliqua habēt eſſe poſſunt diffiniri vt in. vii. metha. dicitur. vnde quia ens per prius de ſba dicitur que perfecte rationem entis habet: ideo nil perfecte diffinitur niſi ſba. accidentia autem ſicut ī complete rationem entis participant: ita ⁊ diffinitionem abſolutaꝫ non habent: qꝛ diffinitionibus eorꝫ ponitur aliquid quod eſt extra genus eorum. ſ. ſubiectū ipſorum. Similiter etiam cuꝫ ens quodāmodo dicatur de priuationibus ⁊ negationibus vt in quarto metha. dicitur eorum etiam poteſt eſſe aliquis modus diffinitionis incompletiſſimus qui eſt quaſi exponens nominis ſignificationem non eſſentiam indicans quam nullaꝫ habent non autem: ita ꝙ peccatum omnino ſit priuatio ⁊ negatio: ſed quantuꝫ ad id ſolum ex quo formaliter rationem mali habet. ⁊ ideo ex parte illa diffinitur per priuationem: vt patet ex omnibus deſcriptionibus in littera poſitis. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ peccatū n̄ dicitur vniuoce de omnibus generibus peccatorum: ſed per prius de peccato actuali mortali a quo peccatum veniale deficit ex hoc ꝙ nō omnino a fine deordinat: ſed aliquo modo retardat ordine ad fineꝫ ſaluato. vnde deficit ex parte illa ex qua peccatum formaliter rationem mali habet. Originale autem deficit ab eo ex parte ipſius ſubſtantie actus actuale enim mortale eſt voluntariuꝫ: voluntate propria illius in quo eſt: ſed originale eſt voluntarium voluntate alterius. vnde deficit ex parte illa ex qua peccatum habet rationem culpe. ⁊ ideo nō oportet ꝙ diffinitio peccati in genere conueniat niſi illi peccato in quo perfecte ratio generis inuenitur: poteſt auteꝫ ⁊ diffinitio peccati in genere eis ſm qd conuenire: ſicut ⁊ ratio generis in eis per poſterius inuenitur. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ ſicut aliquādo vtimur non veris differentiis loco veraruꝫ propter earum occultationem vt in ſeptimo metha. dꝛ ita etiam loco veri generis poteſt poni aliquid ꝑ qḋ genus magis innoteſcat: ⁊ ſic Aug. intendens magis plane ꝙ̄ artificialiter loqui genus peccati quod eſt operatio per illam circūlocutionem dictuꝫ vel factum ⁊c. ſignificauit. ¶ Ad quartū dicendum: ꝙ iuſtitia non ſumitur hic prout eſt ſpālis virtus: ſed ꝓut generalis que eſt idem ſubiecto in omnis virtus vt in. v. ethicorū phs dicit differens ꝙ virtute ſolū ratione: qꝛ virtus dicitur ſm ꝙ ad actum dirigit iuſtitia vero ſm ꝙ rectitudini legis concordat: ⁊ ſm ꝙ in bonum cōe cedit. ¶ Ad quintum dicendū: ꝙ obediētia ēt quandoqꝫ ſumitur ſpālis vt vtus quādo. ſ. ſpālis ratio ad facienduꝫ aliquid eſt auctoritas precipientis: ⁊ huic opponitur inobedientia que eſt ſpāle peccatum quando. ſ. aliquis pretermittit hoc qḋ eſt preceptum ſpāliter in contemptum precipientis: aliquando autē obediētie ſumit̄ quaſi oēm virtuteꝫ conſequens actus enim omnis virtutis in precepto legis eſt. vnde quicumqꝫ aliquē actum virtutis facē obedit ⁊ huic obediētie opponitur inobedientia que omne peccatum mortale conſequitur: ⁊ hoc mō inobedientia hic in diffinitione peccati ponitur.

a D ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ omne peccatum in actu conſiſtat etiam peccatū omiſſionis. Peccatum enim eſt dictum vel factum vel concupitum contra legem dei vt dictum eſt: ſed in hoc quod dicitur dictum vel factum vl' cōcupitum tangitur aliquis actus. ergo etiam peccatū obmiſſionis in aliquo actu conſiſtit. ¶ Preterea. omne peccatum vel eſt originale vel actuale: ſed obmiſſio non eſt originale peccatuꝫ: qꝛ originale equaliter in omnes tranſit qui per concupiſcentiam generantur: non autem in omnibus eſt peccatum obmiſſiōis. ergo oportet ꝙ ſit actuale: ſed actuale ab actu dicit̄. ergo omiſſionis peccatum aliquē actum ſignificat.

¶ Preterea. quicūqꝫ ſe habet ſimiliter nunc ⁊ prius non magis nunc ꝙ̄ prius peccat: ſed aliquis qui nihil agit ſimiliter ſe habet nunc ⁊ prius. ſi ergo aliquā talis peccat continue dum actum illum non agit videtur peccare. hoc autem inconueniēs eſt: qꝛ ſic peccatum obmiſſionis quolibet grauiſſimum eſſet. ergo peccatum obmiſſionis non ē aliquis oio nihil agit: ſꝫ oportꝫ ꝙ ſit in eo aliquis actus. ¶ Preterea. demeritum opponitur merito: ſed meritum non poteſt eſſe niſi per actum. cuꝫ ergo oppoſita ad idem genus reducantur: videtur ꝙ omne peccatum ⁊ demeritum

in actu aliquo conſiſtat. ¶ Preterea. Augu. dicit ꝙ
omne peccatum eſt voluntarium. ſi ergo obmiſſio eſt
peccatum videt̃ ꝙ ſaltem actum voluntatis in ea
eſſe oporteat. ¶ Preterea. ſicut ſupra dictum eſt
malum eſſe non poſſet niſi eſſet bonum in quo maluꝫ
conſiſteret: ſed vbi nullus eſt actus nõ inuenitur ali
quod bonuꝫ in quo deformitas peccati fundetur. er
go videtur ꝙ non poſſet eſſe aliquod peccatuꝫ ĩ quo
non ſit aliquis actus. ¶ Contra Ambroſius dicit in
litrera peccatum eſt preuaricatio legis diuine ⁊ ce-
leſ. inobe. ¶ Preterea. preceptorum quedam ſunt
affirmatiua quedam negatiua. cum ergo aliquis ni-
hil agendo inobediens diuinis preceptis affirmati-
uis exiſtat: videtur ꝙ peccatuꝫ obmiſſionis poſſit eẽ
vbi nõ eſt aliquis actus. ¶ Preterea. nihil iuſte pu
nitur niſi peccatum: ſed ei qui non facit quod prece
ptum eſt ſibi etiam: ſi nullum actum faciat iuſte pena
infligitur. ergo ⁊ ſi nullum actum agat aliquis nihi-
lominus obmittendo peccat. ¶ Reſpondeo dd': ꝙ
omne peccatum oportet aliquo modo in actu conſi-
ſtere non tamen eodem modo: peccatum enim origi
nale: ſicut rationem culpe habet: ex hoc ꝙ voluntari
um eſt: non quidem voluntate propria: ſed volunta
te alterius: ita etiam rationem peccati habet ex hoc
ꝙ per actum alterius inductuꝫ eſt: ſed peccata actua
lia etiam in actu proprio illius in quo ſunt conſiſtunt
⁊ hoc quidem planum eſt in hiis que per cõmiſſio-
nem peccant. vtrum autem in peccato obmiſſionis
ſit aliquis actus a potẽtia elicitus ſuper hoc duplex
opinio eſt. Quidam autem dicunt ꝙ in peccato ob-
miſſionis ſemper oportet aliquem actum eſſe ꝑ queꝫ
aliquis retardatur ab expletione mandati vel prece
pti ſiue interiorem voluntatis: vt cum aliquis vult
precepto non obedire ſiue exteriorem: vt cum aliqs
facit aliquem actum per quem ab expletione precep
ti impeditur. exemplum de illo qui nimis vigilat: et
non poteſt ſurgere hora debita. ſed iſta opinio nõ vi
detur neceſſitetem habere: cum enim voluntas libe
ra ſit: nec ad aliqd faciendum vel non faciendũ de
terminetur poteſt hoc modo pretermitter̃ aliquid ꝙ
eius contrarium non velit: nec de eius contrario co
gitet: nec etiam de aliquo alio quod ſit per ſe ĩpedi-
mentum eius quod facere tenetur: ⁊ ſi enim aliquid
velit quod quãtum in ſe eſt impedimentum exple-
tionis precepta: ſicut oppoſitum conſtat ꝙ ex hoc ꝙ
vult illud non peccat: q2 illud poteſt eſſe ſm ſe licitũ
ſed peccat in eo ꝙ pretermittit id quod facere debꝫ.
ergo conſtat ꝙ ille actus vel exterior vel interior ꝑ
accidens ad peccatum obmiſſionis pertinet: ⁊ ita in
eo deformitas obmiſſionis non fundatur: nec iterum
in actu contrario precepti: q2 poſitum eſt ꝙ talis ac-
tus non ſit. cum voluntas poſſit in neutrum oppoſito
rum ferri ſicut etiam deus: nec vult mala fieri nec
vult mala non fieri nec alicui dubiuꝫ eſt ꝙ aliquo ſic
ſe habente per obmiſſionem peccat: q2 iuſte punitur
ex hoc ꝙ preceptum non implet. vnde patet ꝙ pec-
catum obmiſſionis in ſola negatione actus debiti cõ
ſiſtit: ⁊: ⁊ hec eſt alia opinio: ſed q2 oppoſita in idem ge
nus reducuntur: ideo obmiſſio actus peccati rationẽ
conſequitur ex eo ꝙ voluntaria eſt: ſicut ⁊ actus vo
luntarius rationem peccati: ⁊ culpe habet: ⁊ huic cõ
conſonant verba philoſophi in tertio ethicoruꝫ. vbi
oſtendit negligentiam ſciendi vel faciendi aliquid
iuſte a legibus puniri: ex hoc ꝙ ſicut in poteſtate ho
minis eſt facere aliquid: ita ⁊ non facere. vnde ſicut
pro eo quod indebite facit iuſte punitur: ita ꝓ eo qđ
indebite dimittit. ¶ Ad primum ergo dicenduꝫ: ꝙ
ſicut dictum eſt oppoſita reducuntur in idem genus
in quo vel vtrũqꝫ ẽ per ſe: vt patet in contrariis et
relatiuis vel vnum eſt per ſe ⁊ alteruꝫ per reductio
nem: vt patet in priuatione ⁊ habitu ⁊ affirmatione
⁊ negatione. vnde habitum eſt in. xxviij. di. primi li.
ab Aug. ꝙ in eodem genere eſt genitus: ⁊ non genit'
⁊ ideo in dicto excluditur etiaꝫ obmiſſio dicti: ⁊ in fa
cto obmiſſio facti: ⁊ ſic de aliis. non enim hoc habet
dictum inquantũ eſt affirmatione dicium: vt ſit pec
catum: ſed inquantum eſt in voluntatis poteſtate a
rectitudine finis exiens in hoc autem conuenit cum
dicto affirmatiuo etiam non dicere quod ſimiliter ẽ
in poteſtate voluntatis ⁊ a recto ordine exiens finis.
¶ Ad ſecundum dicẽduꝫ: ꝙ peccatum obmiſſionis
non eſt peccatũ originale: ſed actuale: nec dicitur ac
tuale: quaſi in aliquo actu exiſtat: ſed q2 ad gen' ac-
tus reducitur cuius negatio eſt: ſicut Aug. in genitũ
in genere relationis ponit vt habituꝫ eſt in primo li.
diſ. xxviii. ⁊ iterum ſicut actus eſt in poteſtate volũ
tatis: ita ⁊ negatio eius. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ
obmiſſio non eſt peccatum niſi ſm ꝙ precepto affir-
matiuo opponitur preceptum autem affirmatiuum
obligat ſemper: ſed nõ ad ſemper: ſed ad aliquod tẽ-
pus determinatum. ⁊ ideo in illo tempore tantuꝫ ad
quođ preceptum affirmatiuum obligat aliquis reus
obmiſſionis tenetur. ¶ Ad quartum dicendũ: ꝙ ma
lum pluribus modis contingere poteſt ꝙ̃ꝫ bonum vt
patet per Dyo. ex. iiii. c. de di. no. ⁊ phs in. ij. ethico
rum non enim bonum conſiſteret niſi omnia que ad
perfectioneꝫ rei exiguntur cõueniant quodcũqꝫ aũt
coruꝫ ſubtrahatur ratio mali incidit. ⁊ ideo meritum
quod eſt quaſi quoddam iter in fineꝫ beatitudinis eẽ
non poteſt niſi ſit operatio ⁊ operationis rectitudo:
ſed ſiue deſit rectitudo in ipſa operatione ſiue deſit
ipſa operatio erit demeritum quod eſt receſſus a fi-
ne quod etiam patet in corporalibus: q2 locum cor-
poralem nihil acquirit niſi per motum ordinatum in
locum illum. poteſt autem locum illum amittere qđ
eſt extra ꝓpriũ locũ dupliciter: ſiue nõ moueat̃: ſꝫ ge
ſcit ſiue moueat̃ motu indebito. ¶ Ad quĩtũ dd': ꝙ ob
miſſio eſt voluntaria non quaſi actu voluntatis in
ipſam tranſeunte: ſed quia ĩ volũtatis poteſtate ẽ ac
tum nõ facere ſicut ⁊ facere: ⁊ ſicut actus dicitur vo
luntarius: q2 eſt in poteſtate volũtatis: ita ⁊ omiſſio
actus. ¶ Ad ſextum dicendum: ꝙ oportet ꝙ malum
ſemper in bono ſubſiſtat: non tamen oportet ꝙ illud
bonum in quo malum ſubſiſtit ſit actus. ⁊ ideo dico
ꝙ malum obmiſſionis non fundatur in aliquo actu
ſed in potentia que actum producere poteſt.

D quartum ſic proceditur. Videtur ꝙ pec-
a catuꝫ non conſiſtat in actu exteriori: quia vt
in libro de ſomno ⁊ vigilia dicitur cuius ẽ po
tentia eius eſt actus: ⁊ eadem ratione cuius eſt habi
tus eius eſt actus: ſed habitus virtutis ⁊ vitii non ẽ
in corpore: ſed in anima. ergo nec actus peccati erit
actus corporis: ſed anime. ¶ Preterea. ei qui vita
re peccatum non poteſt peccatum non eſt imputan-
dum: ſed ſicut gladius non poteſt vitare quin occi-
dat motus ab homine: ita etiaꝫ manus vel aliquod
membrum non poteſt vitare quin actum exequatur
quẽ voluntas imperat. ergo ꝑ peccatũ in actu exterio
ri membrorum non conſiſtit. ¶ Preterea. actus vo
luntatis medius eſt inter actum intellectus. ſ. cogita

ſionem ⁊ actum exteriorꝫ membrorꝫ ⁊ magis vni
tur voluntas intellectui ꝙ̄ etiam ipſis membris. ſꝫ
cogitatio pure ſpeculatiua de aliquo quantumcūqꝫ
malo non eſt peccatuꝫ. ergo multo minus in exterio
ri actu peccatum erit. ¶ Preterea illud quo poſi-
to vel remoto nihilominus eſt peccatum non vide-
tur in ſe deformitatem peccati continere: ſed ſine ſit
actus exterior ſiue non dummodo aſſit voluntas cō-
pleta aliquod malum perpetrandi peccatum perfi-
citur ⁊ imputatur ad mortē. ergo actus exterior de
formitatem non continet. ¶ Preterea. illud quod ē
tantum ad manifeſtationem bonitatis vel malitie nō
videtur per ſe actus malicie vel virtutis eſſe: ſed
in decimo ethicorum vt philoſophus innuere vide
tur exteriores actus ſunt tantum ad manifeſtationē
virtutis ⁊ eadem ratione ſunt ad manifeſtationem
vicii. ergo in actibus exterioribus non conſiſtit pec-
catum. ¶ Contra. ſeruire peccato peccare eſt: ſꝫ mē
bra exteriora peccato ſeruire dicuntur ad Ro. vi. ſi
cut exhibuiſtis membra veſtra ⁊c. ergo in actu exte-
riori membrorum peccatum conſiſtit. ¶ Preterea.
nihil prohibetur lege diuina niſi peccatuꝫ: ſed lex di
uina nō tantū prohibet actus interiores: ſed etiam ex
teriores adeo vt de his etiaꝫ diuerſa precepta den
tur: vt patet exodi. xx. non mechaberis: ⁊ non concu
piſces vxorē ⁊c. ergo nō ſolum in actu interiori: ſed ēt
exteriori peccatum conſiſtit. ¶ Reſpondeo dō: ꝙ in
omnibus agentibus ordinatis hoc commune eſt ꝙ id
quod eſt motum ab alio: ſicut inſtrumentum a ꝓprio
agente in actu ſuo conſequitur conditionē primi agē
tis quantum poteſt. cuꝫ ergo in omnibus actibus ho
minis principalitatem obtineat voluntas eo ꝙ ipſa
tanquam liberrima omnes potentias in actus ſuos
incliner oportet ꝙ in actibus humanis conditio vo-
luntatis ſaluetur in his videlicet qui ad imperium
voluntatis fiunt: ⁊ inde eſt ꝙ cum voluntatis ſit pro
prium vt dominium ſui actus habeat hoc etiam in
ceteris que a voluntate ſunt mota inuenitur ſm ꝙ
eius conditionem conſequi poſſunt. poteſt eniꝫ intel
lectus conſiderare ⁊ non conſiderare prout a volū-
tate eſt motus. ⁊ ſimiliter eſt de concupiſcibili ⁊ ira-
ſcibili: ⁊ hoc vſqꝫ ad actus exteriores motiue virtu
tis extenditur vt poſſit homo ambulare vel non am
bulare loqui vel non loqui: ⁊ ſic deinceps. ſed quia
in hoc conſiſtit ratio meriti ⁊ demeriti laudis: ⁊ vitu
perii ꝙ id bonum vel malum quod agitur in poteſta
te agentis eſt. Inde eſt ꝙ actus volūtatis primo ra-
tionem peccati ⁊ culpe habet: ⁊ conſequenter alii ac
tus a voluntate imperati: ⁊ hoc modo etiam in acti-
bus exterioribus deformitas culpe cōſiſtit: ſed quia
actus ſemper attribuitur primo agenti potius ꝙ̄ in-
ſtrumento ſicut ſecare artifici potius ꝙ̄ ſerre: ideo
quidam conſiderantes ꝙ actus a voluntate impe-
rati non habent rationem culpe niſi a voluntate: di
xerunt peccatum tantum in actu voluntatis interio-
ri eſſe. Alii vero conſiderantes tam illud in quo pri
mo eſt ratio culpe ꝙ̄ illud in quo ſecundo eſt: dixe-
runt tam actus interiores ꝙ̄ exteriores peccata eſſe
⁊ vtriqꝫ conſiderabant peccatum non ſolum quan-
tum ad illud quod eſt formale in ipſo. vnde rationē
mali habet. ſ. auerſionem: ſed etiam quantum ad cō-
uerſionem que eſt materiale in peccato. ſed quidam
conſiderantes ſolum illud quod formale eſt in pec-
cato. ſ. defectum. vnde rationeꝫ mali habet dixerūt
neqꝫ actus interiores neqꝫ exteriores peccata eē:

inter quas verior eſt opinio que dicit ꝙ in vtroqꝫ ſit
peccatum: q: plenam conſiderationeꝫ peccati habu
it iſta opinio conſiderans peccatum quantum ad id
quod eſt formale in eo: ⁊ quantum ad id quod eſt ma
teriale non ſolum quod primo deformitatem pecca-
ti continet ſed ēt quod ſecundo. ¶ Ad primum er-
go dicendum: ꝙ ex habitu virtutis ⁊ vitii informa-
tur ſba actus. vnde oportet habitum virtutis ⁊ vitii
eſſe in ratiōe ex qua ratio culpe: ⁊ meriti procedit: et
non in corpore quod ſbāꝫ actus exequēdo miniſtrat.
Uel dō ꝙ actus exterior nō imediate ꝓcedit ab ha-
bitu: ſed mediāte actu interiori. ⁊ ideo ſequitur ꝙ in
actu exteriori non ſit primo ratio peccati: ſed non ſe-
quitur ꝙ nullo modo. ¶ Ad ſecūdū dō: ꝙ percutere
non eſt actus manus: ſed eſt actus hominis ꝑ manū.
actus enim indiuiduorum ſunt: ⁊ ideo culpa manui
non imputatur: ſed homini propter actū quē ꝑ manū
exercuit qui ab eo vitari potuit. ¶ Ad tertiuꝫ dō: ꝙ
virtus prioris eſt in poſteriori: ſed nō ꝯuertit̄ cogni-
tio aūt ſpeculatiua ꝓcedit actum volūtatis qui ē de
actu exteriori: ſed actus exterior ſequitur actum inte-
riorem voluntatis. ⁊ ideo rō culpe que primo ī actu
voluntatis eſt tranſit ex voluntate in actum exterio
rē qui ſequit̄ nō aūt in actū cognitiōis qui precedit.
¶ Ad quartū dō: ꝙ primum non dependet ex poſte
riori: ſed a primo cauſatur poſterius. ⁊ ideo q: actus
voluntatis primo rationem culpe hꝫ: ideo ēt exteriori
actu ceſſante ratio culpe in actu voluntatis manet.
Non autem ſequitur ex hoc ꝙ rationeꝫ culpe nō poſ
ſit in exteriorem actuꝫ producere. ¶ Ad qntū dō: ꝙ
ꝑ act⁹ exteriores manifeſtāt̄ iteriores: ſic eāc effect⁹
vn̄ ſic effectus ꝑticipāt ſimilitudinē ſuarum cauſarū
quantum poſſunt: ita etiam actus exteriores rationē
culpe conſequuntur que primo in actibus interiori-
bus inuenitur.

Ad quintuꝫ ſic proceditur. Uidetur ꝙ ꝑ pec
a catum nulla corruptio in potētiis anime fiat
primo ꝑ illud quod dicit Dyo. quarto ca. de
di. no. ꝙ data naturalia in angelis peccantibus inte
gra manent: ſed quod corrumpitur non eſt integruꝫ.
cum ergo peccatum hominis non ſit maius peccato
angeli: videtur ꝙ etiam in nobis nulla corruptio po-
tentiarum naturalium per peccatum fiat. ¶ Prete.
illud quod corrumpitur non manet idem ſpecie. ſed
homo poſt peccatum eſt idem ſpecie qui ⁊ ante pec
catum fuit. ergo per peccatuꝫ in nullo corrumpitur.
¶ Preterea. nihil corrumpitur niſi per ſuum cōtra
rium: ſed vt in primo phiſicorum dicitur ſubiectum
neutri oppoſitorum contrarium eſt. cum ergo poten
tia anime ſit ſubiectum culpe ⁊ virtutis: videtur ꝙ
per culpam non corrumpatur. ¶ Prete. nihil agit
ad ſui corruptionem: ſed cauſa peccati eſt ipſa anima
per potentiam naturalem. ergo peccatum non cor-
rumpit potentiam naturalem anime. ¶ Preterea.
nulla potentia corrumpitur per hoc quod in actū re
ducitur. ſed potentia naturalis peccando reducitur
in aliquem actuꝫ in quem erat in potentia. ergo per
peccatum non corrumpitur: ſed perficitur. ¶ Pre.
ſi ꝑ peccatū aīa corrūpit̄. aut ergo quantū ad eē pmū
aut quātū ad eē ſcdꝫ. nō quātū ad eē pmū: q: ſic ſtatiꝫ
hō peccādo eē deſineret. ſi quātū ad eē ſcdm hꝫ totuꝫ
tollit̄ ꝑ pmū peccatū qd gr̄aꝫ ſubtrahit. ꝗ̄ ſeqnēs pec
catū nihil ī aīa corrūpit: ⁊ ſic non erit cōc oī peccato
corrūpere nālēs potētias aīe. ¶ Cōtra. Nihil effici
tur aliud ꝑ hꝫ qd corruptū ē: ſꝫ in ſcdo ethi. dicit phs

ꝙ hõ per actum vicii efficitur non ſolum alter: ſed
alius. ergo peccatũ naturã aĩe corrumpit. ¶ Pre.
pfectioni opponitur corruptio. ſed phs dicit in. vii.
ethicorum: ꝙ hõ acquirens virtutẽ nõ dicitur altera
ri: ſed pfici. ergo cũ peccatum virtuti opponat᷑: vr̃ ꝙ
hõ peccãdo nõ alteret᷑: ſed magis corrũpat᷑. ¶ Re-
ſpondeo dd̃: ꝙ qñ aliquid ẽ ĩ potẽtia ad diuerſa hoc
contingit dupliciter. vno mõ ſic ꝙ vtrũq3 eoꝝ ad qd̃
eſt in potẽtia equaliter ſit debitum ei: ⁊ perfectiuum
nature ipſius. ſicut p3 in corpore celeſti in quo reno-
uantur diuerſi ſitus quorum vnus non eſt ſibi magis
debitus ꝙ̃ alius. ⁊ ideo quando acquirit aliquẽ ſitũ
de illis pluribus non ſimpliciter dicitur perfici nec
quando amittit corrũpi: q2 amittẽdo vnum acquirit
alium equiualentem. ⁊ ideo in tali amiſſione non eſt
malum: q2 ſupra orbem lune malum conſiſtens in de
fectu naturali eſſe non poteſt: ⁊ quaſi ſimile eſt in cor
pore quod eſt potentia album ⁊ nigrum. ⁊ ideo in ac
quiſitione ⁊ amiſſione talium proprie eſt tranſmuta-
tio non autẽ ſimpliciter perfectio vel corruptio. alio
modo ſic ꝙ alterum eorum ſimpliciter eſt debitu3 ei
quod eſt in potentia vtrũq3. ⁊ alterum eſt indebitu3
ei: ⁊ tunc aquiſitio illius qd̃ eſt debitum ſibi dicitur p
fectio ei9: ⁊ amiſſio dicitur corruptio. verbi gratia. po
tentia anime eſt in potentia ad habitum virtutis et
vicii. ſed habitus virtutis eſt debitus ſibi: q2 per eu3
ordinatur in finem proprium: habitus autem vitio-
ſus eſt indebitus ſibi: q2 per eum diſcedit a rectitudi
ne finis proprii: ⁊ ideo quando aliquis acquirit vir-
tutem non dicitur ſimpliciter eſſe alteratus: ſed ma-
gis perfectus vt in. vii. phiſicoꝝ dicitur: ⁊ ecõtra qñ
habitus vicii in eo acquiritur dicitur corrumpi quã
do mutatur ab eo quod eſt ſibi conueniens ſm natu
ram in id quod eſt ſibi non conueniens: vt quodãmo
do in aliam naturam tranſeat: q2 conditionem ⁊ pro
prietatem alterius nature mutatur: ſicut qui iracũ-
dus efficit᷑ tranſit ĩ ꝓprietatẽ canis. ⁊ ideo Boetius
dicit ꝙ homines dum peccant naturam hoĩs quodã
modo amittunt: ⁊ ſic quedam bruta aĩalia fiunt. Hõ
ꝫ eni eſt illud qd̃ ẽ ꝑ rõnem vltimam vero perfectio
in brutis eſt ſm ꝑtem ſenſualẽ. vnde quando homo
ab eo quod eſt conueniens ſm rationem tranſit in id
quod ꝑti ſenſitiue conuenit mutatur a cõditione hu
mana in conditionem brutalem: ⁊ per hunc modum
peccatum vel culpa quod in actu cõſiſtit dicitur cor
rumpere animam vel potentias ſm. ſ. quod peruer
tit eam ab ordine rationis per quem in debitum fi-
nem dirigebatur. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ
perfectiones naturales poſſunt conſiderari duplici
ter vel quantum ad eſſe primum: ⁊ ſic per peccatu3
non corrumpuntur manet enim: ⁊ intellectus: ⁊ vo-
luntas: ⁊ oĩa huiuſmodi vel quantum ad ordinẽ quo
in finem ordinantur: ⁊ ſic per peccatũ corrũpũtur vt
dictũ eſt. ¶ Ad ſecundum dd̃: ꝙ ſicut eſt duplex per
fectio. ſ. prima ⁊ ſecunda: ita etiam eſt duplex corru-
ptio. vna per quam tollitur perfectio prima ꝑ quam
res eſſe primum hẽbat: ⁊ talis corruptio ſpeciei mu-
tationem facit: ſed ſic culpa naturam hominis ñ cor
rupit. Alia corruptio eſt per quam tollitur perfectio
ſecunda per quam res in eſſe ſecundo completo pfi
cit᷑. ⁊ ꝫ ſpeciem non variat: ſed tantum ſpeciei com
plementum tollit. ⁊ hoc modo culpa naturam huma
nam corrupit. ¶ Ad tertium dd̃: ꝙ ſubiectũ ad ꝯria
dupliciter poteſt ſe hr̃e vt dictũ eſt: vel ita ꝙ vtrũq3
equaliter ſit debitum ſibi: ⁊ tunc non magis per vnũ
ꝙ̃ per alterum corrũpit᷑: vel ita ꝙ vnum ſit debitu3
ſibi: ⁊ alterum indebitum: ⁊ tunc per vnum ſimplici
ter perficitur: ⁊ per alterum ſimpliciter corrumpitur
ꝙ̃uis cauſam alterum contrariorum per quod corrũ
pitur non ſit ſibi contrarium quantum ad eſſe primũ
quia vtriq3 contrariorum ſubiicitur: tamen ſibi ẽ cõ-
trarium quantum ad eſſe ſecundu3 in quod ſubiecti
natura ordinatur. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ ni-
hil agit ſuam corruptionem intendens illam: ſed nõ
eſt inconueniens: vt per actionem alicui9 ſequat᷑ cor
ruptio eius preter intentionem agentis: ⁊ ſic per ac-
cidens aliquid ſue corruptionis cauſa eſt: ſicut p3 in
infirmo qui cõmedit nociua ex quibus morte3 incur
rit: intendit enim delectationẽ in cibo: ſed preter de-
lectationem ſequitur mors. Et ſimiliter eſt in eo qui
peccat intendit enim delectari in opere peccati: ſed
corruptio anime preter intentionem eius ſequitur.
¶ Ad quintum dd̃: ꝙ potentia nõ corrũpit᷑. ſi redu-
catur in actum ad quẽ eſt de ſe ordinata: ⁊ qui ẽ debi
tus ſibi: ſed talis actus non eſt peccatum. ⁊ ideo rõ ñ
procedit. ¶ Ad ſextũ dd̃: ꝙ peccatu3 corrumpit ani
mam non quantum ad eſſe primum: ſed quantu3 ad
eſſe ſecundum. ſed eſſe ſm poteſt dupliciter conſide
rari: vel ſm ꝙ eſt in actu: ⁊ ſic tollitur per peccatum
primum ⁊ non per ſecũdũ: ſed ꝫ per accidens: q2 ſe-
cũdũ peccatum ñ inuenit ipſum: vel ſm ꝙ eſt in ha
bilitate: ⁊ ſic vt ex prius dictis p3 per quodlibet pec
catum diminuitur. ¶ Et tñ nunquã totaliter tollit᷑
voluntas retinendi vel conſequendi ⁊c. vr̃ hoc nõ
eſſe in quolibet peccato cõc. aliqd̃ eni peccatũ ẽ qd̃ ẽ
ad corrũpẽdũ: ⁊ non ad aliquid acquirendum: vt p3
in homicidio: ⁊ inuidia ⁊ huiuſmodi: ſed dicem9 ꝙ ĩ
tentio ſiue voluntatis ſiue nature nũꝙ̃ per ſe termi-
natur ad non eſſe vel ad corruptionem: ſed ſemper
ad aliquod bonũ ipſi intendenti: ꝙ̃uis preter intẽtio
nem ſequitur malum vel corruptio ſine qua bonum
intentum eſſe non poteſt: vt patet ĩ igne qui intendit
formam ſuam in materia inducere ad quã ſequitur
corruptio aeris. ſimiliter etiam voluntas intẽdit ali
quod bonum ipſi volenti quod ſine corruptione alte
rius non eſt: ſicut vult quietem ſuam quam ſuſpicat᷑
eſſe non poſſe ſine morte aduerſarii vel aliquid hu-
iuſmodi. ¶ Volũtas eni vt ſuperius ⁊c. Hic ſumit᷑
voluntas pro actu voluntatis: ⁊ non pro potentia ip
ſa. Non conſiſteret peccatum: ſed interdictio ⁊c. Ue
ru3 eſt: ⁊ legis ſcripture: ⁊ naturaliter indite. Nõ cõ
ſiſtente autem peccato ⁊c. Uidetur hoc eſſe falſum:
q2 virtus a malitia non dependet: ſicut nec bonu3 a
malo. ſed dd̃ ꝙ in ſacra ſcriptura aliquid dicitur fie-
ri: ⁊ eſſe quando innoteſcit. Et ſimiliter per oppoſitũ
non eſſe quando ignotum eſt: ⁊ quia virtus non ma-
nifeſtatur niſi per malitiam oppoſitam: ideo dicit ꝙ
ſi non eſſet peccatum non eſſet virtus. ⁊ ideo ſubiũ-
git. Subſiſtere vel eminere non poſſet. Sciẽdũ eti
am ꝙ hoc quidem eſt peccatu3 non preuaricatio ⁊c.
debet poni illa notula que in ſuperiori diſtinctione ĩ
aliquibus libris poſita eſt que ſic incipit. Joannes
ait qui facit peccatũ ⁊c. Quo circa diuerſitatis ⁊c.
ex prima eni3 diffinitione occaſionata eſt opinio que
dicit tam in actu interiori ꝙ̃ exteriori peccatum con
ſiſtere. Ex ſecunda vero eiuſdem occaſionatur alia
opinio que dicit peccatum eſſe tantum in actu volũ
tatis: Ex tertia vero Ambroſii occaſiõatur. alia opi
nio que dicit ſolum in priuatione peccatum conſiſte
re: ⁊ non in actu. Quidam autem diligenter ⁊c. ꝫ opi

ſtio dr̃t ab illa quam prius poſuit: quia hic loquitur
de malo cuius ratio tantum in priuatione conſiſtit.
Alia vero quam ſupra poſuit loquebatur de pecca
to quod complectitur ſimul priuationem: ⁊ actum.
Item probant nihil caſu fieri in mundo ⁊c. videtur
hoc eſſe falſum: quia omne quod fit vt in minori pte
fit caſu. ſi igitur nihil fiat caſu proueniens vt in mi-
nori parte: ſed ſi nihil fit huiuſmodi omnia ex neceſſi
tate cõtingunt: quia ea que ſunt frequenter non defi
ciunt a neceſſariis niſi ſm q̃ poſſunt in minori parte
deficere vt in ſexto methaphiſice hr̃. Sed dõ q̃ ef-
fectus proueniens vt in minori parte poteſt conſide
rari dupliciter. vel in ordine ad cauſam proximam
preter cuius intentionem accidit: ⁊ ſic caſuale vel
fortuitum eſt. vel in ordine ad cauſam primam cu-
ius preſentiam nihil preterfugit: ⁊ ita caſu nõ fit. Ad
quod dicũt hiis atq; huiuſmodi doctribus ⁊c. Iſta
ſolutio procedit ſm illam opinionem que ponit i pec
cato omiſſionis actum eſſe: ſed ſm aliam opinionem
ſoluetur iſta obiectio: quia priuationi qua malũ omiſ
ſionis dicitur malum ſubſtat res bona. ſ. potentia in
actum non exiens. poteſt etiam queri ab eiſdem ⁊c.
h obiectio ſic procedit. in peccato duo ſunt. ſ. actus
ſbe: ⁊ malitia. q̃ ergo peccatum dicitur corruptio bo
ni aut habet hoc inquantum eſt malum vel peccatũ
vel inquantum eſt actus ex quo bonitatem habet. ſi
primo modo eſt eni ois corruptio boni pena ſit pecca
tum in eo q̃ peccatum vel malum erit pena: ⁊ a deo
quod eſt inconueniens. Si autem ex parte actus ha
beat q̃ ſit corruptio boni cum actus omnis inquan-
tum eſt actus ſit bonum: tunc inquantum eſt bonum
non habebit q̃ corrumpat bonũ quod videtur incõ
ueniens. ergo oportet vt illud quod eſt in peccato p̃
ter de[illegible]mitatem ⁊ corruptionem: vnde ratio mali
cauſatur: non ſit res bona. ſed ſoluitur per equiuoca-
tionem corruptionis vt in littera patet.

## Diſtinctio. Trigeſimaſexta

Qd̃ quedã ſimul ſint peccata ⁊ pena pec-
cati: quedã peccata ⁊ cã peccati: alia vero pec
cata ⁊ cauſa ⁊ pena peccati.

s Ciendum eſt tamẽ quedã
ſic eſſe peccata
vt ſint etiã pene peccatorũ. vn-
de Aug. ſuper illũ locũ pſalmi
lvii. ſuper cecidit ignis ⁊ nõ vi-
derũt ſolem ait. Ignis ſuperbie ⁊ cõcupiſcẽ-
tie ⁊ ire itelligitur. Iſtas penas pauci vident:
ideo eas maxime cõmemorat apoſtolus i epi
ſtola ad romanos: ⁊ enumerat multa que pec
cata ſint ⁊ pene peccati. Item iter primũ eniz
peccatũ apoſtaſie ⁊ vltimã penã ignis eterni
media que ſunt ⁊ peccata ſunt ⁊ pene peccati
Grego. quoq; ſup Ezechielẽ ait. Contẽpnẽ
ti qui nõ vult penitere ponit deꝰ offẽdiculũ
vt. ſ. grauius impingat. peccatũ eni qd̃ p pe-
nitẽtiam citius nõ deletur: aut peccatũ ẽ ⁊ cã
peccati: aut peccatũ ⁊ pena peccati aut pec
catũ ſimul ⁊ cã ⁊ pena peccati. Vñ moyſes
Nõdũ ſunt completa peccata amorreorũ.
Et dauid iquit. Appone iniquitatẽ ſup ini
quitatem eorum. Et alius ꝓpħa. Sanguis
ſanguinẽ tetigit. i. peccatũ peccato additũ eſt.
Paulus quoq; ait. Propterea tradidit il-
los deus i paſſiões ignominie ⁊c. Et itẽ. vt
impleant peccata ſua ſemper. Iobi quoq; p
angelum dicitur. qui i ſordibus eſt ſordeſcat
adhuc. Ex his teſtimoniis colligit̃ peccatũ
aliquod ⁊ peccatũ eſſe ⁊ pena peccati.

Ex predictis queſtio orta. ſ. an inquantũ
peccatũ eſt ſit pena peccati.

e T ideo merito queritur vtrũ iquãtũ
peccatum eſt ſit pena peccati. quod ñ
videtur cum omnis pena peccati iu-
ſta ſit. Vnde Aug. in li. retractationũ. Om-
nis pena peccati iuſta eſt: ⁊ ſupplicium noiat̃.
Si ergo peccatũ qd̃ ẽ peccatũ ⁊ pena pecca-
ti: iquãtum peccatum eſt pena peccati ẽ: cum
ois pena iuſta de iuſtitia dei veniat: videtur
iquãtum peccatum eſt iuſtum eſſe ⁊ a deo ꝓ
uenire. Ad quod illi reſpondẽt peccatum ſic
dici penam peccati: quia per peccatum i qd̃
merito precedẽtis peccati homo labitur de-
ſerẽte deo: corrumpitur bona natura. Sicut
eternꝰ ignis dicitur pena malorũ: q2 eo cru
ciãtur nec tamẽ ipſe cruciatus malorũ ignis
eſt ſed per ignem fit in homine. Ita per pecca
tum corrũpitur natura ⁊ minuitur bonũ na
ture. ⁊ eſt ipſa minutio ⁊ corruptio boni paſ
ſio ⁊ pena: ⁊ nõ eſt eſſentialiter illud peccatũ
per quod fit: ſed ideo peccatũ dicitur vt pre
miſſum eſt: q2 per peccatũ illico vbi peccat
homo fit i homine illa corruptio: que tamen
fit deo auctore. Illa enim pena ſiue paſſio q̃
eſt boni corruptio a deo eſt. Illius autem vt
ſic dicã materia ⁊ cã eſt peccatũ quod a deo
nõ eſt. Quod videt̃ Aug. notaſſe: ⁊ iuxta hũc
ſenſũ intellexiſſe cum ait in li. de predeſtina
tione ſanctorum. Predeſtinatione deus ea
preſciuit que fuerat ipſe facturus. ſed preſci-
uit deus etiam que nõ eſt ipſe facturus. i. oia
mala. Quia ⁊ ſi ſunt quedã que ita peccata
ſunt vt etiam pena ſint peccati ſecũdum illud
apl'i. Tradidit illos deus in paſſiones ⁊c. nõ
tamẽ peccatum dei eſt: ſed iudicium. ſ. ⁊ pena
i ſcriptura enim ſepe nomine iudicii pena in
telligitur. Hic diligenter intendentibus inſi
gnari videtur ea que peccata ſunt ⁊ pene pec
cati: ⁊ non inquantum peccata ſunt dei eſſe:
ſed inquantum pene dei eſſe dicuntur. Naz
cum dixiſſet deum non eſſe facturũ mala ali-
qua. i. peccata; quia poſſet ei obiici: quedam

peccata eſſe etiam penas peccati ⁊ pena peccati omnis iuſta eſt. ⁊ ideo a deo eſt: quaſi determinando: ſm quid faciat ea: vel ſm quid n̄ faciat: addidit reliqua. Iuxta vero predictam intelligentiam peccata ſane dicuntur pene. Unde apoſtolus appellat ea paſſiones ignominie: quia vt ait auctoritas: licet quedã peccata ſint que delectent: ſunt tamen paſſiones nature nominãde: q2 per ea corrũpit̄ natura.

Quod cũ oẽ peccatũ poſſit dici pena: nõ tamẽ omne eſt pena peccati.

operatione aīe ꝯpoſitionem formantis in qua eſt veritas ꝓut ſignificat vel intelligit rem eo modo quo ē: ⁊ ſic hoc qđ eſt illum peccare eſt quoddam ens rationis aut verum dicitur: ⁊ ſic a deo eſt non. enim niſi a deo eſſe poteſt talis rectitudo vt intellectus rem accipiat eo modo quo eſt: ⁊ eodem modo verbis eam exprimat. ¶ Ad ſcđm dđm: ꝙ forma hominis ī ydolo poteſt dupliciter ꝯſiderari vel ſm ꝙ eſt figura quedam: ⁊ ſic proculdubio a deo eſt a quo omnis forma eſt. vel ſm ꝙ eſt ordinata ad id quod decens eam ordinari: non eſt vel ꝯueniens ſibi. ſ. ad hoc vt adoretur: ⁊ ſm hoc a deo nō eſt: q2 ſm hoc nihil eſt: cū ſm negationē debiti vſus hoc dicatur. ¶ Ad tertiū dicendum ꝙ vt ſupra dictū eſt ens dr̄ dupliciter. vno mō ꝙ ſignificat eſſentiā rei extra aīam exiſtis: ⁊ hoc modo nō pōt dici ens deformitas peccati que priuatio ꝗdā eſt. ꝑuatiōes enim eſſentiā nō hn̄t in rerū natura. Alio mō ſm ꝙ ſignificat veritatē ꝓpoſitōis ⁊ ſic deformitas dr̄ eſſe nō ꝓp hoc ꝙ in re eſſe habeat: ſed q2 intellectus cōponit priuationem cum ſbō ſicut formam quādam. Unde ſicut ex cōpoſitione forme ad ſbm: vel ad materiam relinquitur quoddam eſſe ſubſtantiale vel accidentale: ita etiam intellectꝰ cōpoſitionem priuationis cū ſbō per quoddam eſſe ſignificat: ſed h̄ eſſe non eſt niſi eſſe rationis cum ī re potius ſit non eſſe: ⁊ ſm hoc ꝙ in rōne eſſe habet cōſtat ꝙ a deo eſt. ¶ Ad quartum dicendū: ꝙ in creatis contingit eſſe ſimilitudinem dei ſꝫ quācunqꝫ ꝑfectionem participatam. ⁊ ꝗto perfectio eſt nobilior tanto ſm eam attenditur ſimilitudo expreſſior. contigit autem vt aliquid ſimilitudinem dei amittat ꝗtū ad vlteriorem perfectionem qđ ꝗtum ad primam ꝑfectionem ſimilitudinem retinet. vnde in iſtis ſꝫ verba Dio. dicitur eſſe participatio diuine bonitatis ſꝫ obſcuram reſonantiam: ſicut patet in peccato. quia ī actu peccati eſt aliquid ſimilitudinē diuinā retinēs puta corporalis delectatio: vel aliquid huiuſmodi a ſummo bono exemplatum: ꝗuis non ſit ibi ſimilitudo ſummi boni que eſt per gratiam. ⁊ ideo ſm hoc ꝙ ſimilitudinem dei retinent talia entia a deo ſunt. ſm vero ꝙ a dei ſimilitudine recedunt. nec etiam entia ſunt: nec etiam a deo ſunt: cum omne ens inꝗtū eſt ens ꝑmo enti ſimiletur. ¶ Ad quintum dđm: ꝙ operatio illiꝰ agentis q per ſe agit: oꝫ vt in ꝑmum agēs ſicut in cauſam reducatᷣ: ꝗuis. n. hmōi entia ꝑ ſe agāt q2 per ꝓpriā naturā ⁊ ꝓpriū iudiciū actus ſuos determināt: nō tñ a ſe habent ꝙ agant ſed a primo agente ꝙ eis ⁊ eſſe ⁊ poſſe ⁊ agere confert.

Einde queritur de cauſa peccati. Et circa h̄

d  duo querūtur. Primo: vtrū ipſiꝰ pcti deꝰ cā ſit abſolute loquēdo. Scđo vtr̄ ſit cā actōis ī qua deformitas culpe cōſiſtit ſm ꝙ actio eſt.

D primū ſic ꝓcedit. videtᷣ ꝙ ſimpliciter pcti

a  deus cā ſit. q2 vt ī glo. ad Ro. ix. dr̄. Deꝰ operatur in cordibꝰ hoīum: ⁊ inclinat voluntates eoꝝ in qđcūqꝫ voluerit ſiue in bonū ſiue in malū. ſꝫ ex hoc dr̄ actor bonoꝝ operū: q2 volūtatē hois in bonū inclinat. ergo ⁊ eadē rōne pōt dici actor pctōꝝ: que ſūt mala opera. ¶ Pre. qcqd ē cā cāe ē cā cātī: ſꝫ peccati cā eſt volūtas peccantis. cū igitᷣ voluntatꝭ cā ſit deꝰ: vr̄ ꝙ ⁊ pcti. ¶ Pre. in eādē cām reducitᷣ ſalꝰ et ꝑiculū alicuius. Idē. n. nauta ē cā ſalutis ⁊ ꝑiclitationis nauis. vt in ſcđo phy. dr̄. ſed deꝰ ē cā ſalutis humane q̄ ē ꝑ bona opa. ergo ⁊ eū ꝑiclitatio aīe ſit ꝑ peccatū: vr̄ ꝙ ēt deus ſit pcti cā. ¶ Pre. quecūqꝫ operatio ꝯuenit rei ſm hoc ꝙ ſibi a deo datū eſt: a deo ē: ſꝫ operatiōes q̄ ſūt pctā ꝯueniūt hōi ſm inclinationē viriū ſenſibiliū que hōi a deo ſūt date. ergo ⁊ pctm hominis in deū: ſicut in cām reducitᷣ. ¶ Pre. pctm̄ eſt tenebra ſpūalꝭ. ſꝫ tenebraꝝ dꝰ actor eſt. Iſa. xlv. formans lucē ⁊ creās tenebras. ergo pctōꝝ deꝰ cā ē.

¶ Cōtra. Fulgētius dicit. Illius rei deꝰ eſt vltor: cꝰ nō eſt actor: ſed pcti eſt vltor. ergo eiꝰ nō eſt actor.

¶ Pre. qcqd fit deo volēte: fit deo actore ⁊ ecōuerſo: ſꝫ mala nō fiūt deo volente. ergo nec eo actore.

¶ Reſpōdeo dđ: ꝙ peccati actor deus nullo mō dicendus eſt. q. n. agit ꝓpter finē nō deficit a fine: niſi ꝓpter defectum alicuius vel ſuiipſius vel alterius: ⁊ ille in quo inuenitur defectus: erit cā obliquatōnis a fine: ſiue ſit ipſum principale agens vel materia vel inſtrumentū agentis: vel quicquid aliud. ⁊ ideo illđ in quo nullo modo defectus cadere poteſt: non poteſt eſſe cauſa receſſus a fine in his que ad finem ordinata ſunt. cum igitur peccatum dicatur propter inordinationem a fine ad quem natura rationalis ordinata eſt: non poteſt eſſe cauſa peccati deus ī quo nullus defectus cadere poteſt: ſed oportet ꝙ peccatum cauſetur ex defectu illius agentis: quod eſt poſſibile ad defectū: ſicut eſt voluntas rationalis creature.

¶ Ad primū ergo dđm: ꝙ deꝰ nō eodē mō iclinat voluntatē in bonū ⁊ in malū. Inclinat ſiqdem voluntatem in bonū adminiſtrādo virtutē agēdi ⁊ directe mouendo ad bonū: ſed ad malū dicitᷣ inclinare inꝙtū gratiam nō prebet per quam qs a malo retraheretᷣ ⁊ non ꝙ directe voluntatē ī malū ordinet. ¶ Ad ſcđm dđm: ꝙ pctm̄ refertᷣ in voluntatē ſicut in cām ⁊ ꝗuis volūtas ſit creata ab eo inꝗtū eſt qđdā ens: nō tamē ꝗtū ad h̄ ꝙ defectus ex ipſa incidere pōt. ē. n. ꝓnis ad defectū ex hoc ꝙ ex nihilo ē. ꝗuis aūt deꝰ ſit cā voluntatis faciēs eā ex nihilo: hoc tamen qđ ē ex nihilo eſſe non habet ab alio ſed a ſe. vnde ſm hoc nō habet cām aliā. ⁊ ideo defectus q ſeqtᷣ ex ea ſm ꝙ ex nihilo eſt: nō oportet ꝙ in vlteriorē cām reducatᷣ.

¶ Ad tertiū dđm: ꝙ nauta eſt cauſa periculi nauis per ſuam abſentiam: deus aūt ꝗtū in ſe eſt nulli abſens eſt: ſed peccator abſentat ſe a deo. ⁊ ideo ipē ſui peccati cā eſt in quo periclitatur ⁊ non deus.

¶ Ad quartū dđm: ꝙ concupiſcibilꝭ ⁊ iraſcibilꝭ a deo hōi date ſūt: ita vt rōni ſubdantur. Unde ſi quis eis vtatur ſm illum ordinē put a deo date ſunt talis operationis deꝰ actor erit: ſꝫ in h̄ pctm̄ eē nō poterit. Si quis aūt eis vtatᷣ preter rōnis ordinē talis abuſionis deus actor nō erit: q2 in hac pctm̄ ē. ¶ Ad quintum dđm: ꝙ peccatū dicitur ſpiritualis tenebra effectiue q2. ſ. mētē obtenebrat eā lumine gratie ꝑuans. nomē aūt tenebre penā potius deſignat. vnde etiam tenebre deus actor eſt: ſicut ⁊ aliarum penarum: vt infra oſtendetur.

D ſcđm ſic ꝓceditur. videtur ꝙ actio pcti in

a  ꝗtū eſt actio a deo nō ſit. Omne. n. quod eſt a deo bonum eſt. ⁊ omne bonū alicui bonū eſt quedā aūt pctā ſunt quoꝝ actus nullius boni ſūt: q2 ⁊ facienti nocent ⁊ ei in quem fiūt. ergo tales actꝰ nullo modo a deo ſūt. ¶ Pre. quicqd eſt cā actionis in qua deformitas fundatᷣ ſm quam actio mala dicitur eſt mouens ⁊ cooperans ad malum: nihil enim operatur ad malum niſi ſecundum ꝙ talem actionem producit. ſed deus nullo modo ad malum cooperari debet dici. ergo illius actionis in qua malum conſiſtit īſeparabiliter cauſa dicendus non eſt.

¶ Pre. bonarum actionum deus non eſt acto: : niſi
ſm q deus potentie agendi efficaciam cōfert: q: de-
terminatio operis ex lib. arbi. eſt vt ſupra habitū ē.
ſi igitur deus ipſarum actionum malarum inquantū
actiones ſunt a potentia egredientes cauſa eſſet: eo-
dem modo dicendus eſſet acto: malarum actionum
ſicut eſt acto: bonarum. ¶ P:e. quod conuenit ali-
cui ſm genus ⁊ differentiam ſuam conſtitutiuam : cō
uenit ſibi per ſuā eſſentiam. q: eſſentia rei his ſigni-
ficatur. ſed quidam actus ſunt qui ex genere ſuo mali
ſunt vt ſupra habitum eſt. ⁊ quidā qui ex differen-
tia per quam in ſpeciem contrahuntur. ergo per eēn-
tiam ſuam mali ſunt: ⁊ ita nec etiam inqātū ſunt a dō
ſunt. ¶ P:e. rei non aſſignatur cauſa efficiens ſꝫ q
eſt in intellectu: ſed ſm q eſt in re. ſed quidam actus
ſunt in quibus non poteſt ſeparari illud quod eſt de
natura actus a defo:mitate: niſi ſm intellectum: quia
bene fieri non poſſunt. ergo non cauſantur niſi ſm q
ſtant ſub illa defo:mitate: ſed vt ſunt ſub defo:mitate
non ſunt a deo. ergo nullo modo a deo ſūt. ¶ Cōtra.
omne bonum a deo eſt. ſed quedam peccata ſunt que
habēt malitiā ex aliqua circūſtantia ſuperueniente: ⁊
tamen actus ſunt boni ex genere vt dare elemoſynā
ꝓpter inanem glo:iam. ergo bonum inqātum ſūt act⁹
quidam deus cauſa eſt. ¶ P:e. quicquid non eſt ca-
uſa operationis per quam aliqua ſubſtantia in eē ꝓ-
ducitur: non eſt cā illius ſubſtantie: ſed per aliquam
actionem pctī ſubſtantie quedā in eſſe producuntur.
ſicut per adulteria ⁊ fo:nicationes homines generā-
tur. ſi ergo harum actionum deus cauſa non eſt inqā-
tum actiones ſunt: tunc nec hominū qui per has acti
ones generantur eſt cauſa: quod eſt abſu:dum.
¶ Reſpondeo dō. q circa hanc queſtionem tangū-
tur a magiſtro due opiniones. vna quarum dicebat
omnes actus inquantum actus ſunt ex deo eſſe: ſed
q inquantum defo:mitatem habent a deo non ſunt
ſed ab homine vel diabolo: ⁊ ho:um rationes ſupra
.xxxii. diſtin. p:oſecutus eſt. Alia opinio dicebat act⁹
peccato:um nullo modo: nec etiam inquantū actus
ſunt a deo eſſe. ⁊ hec opinio tangitur in p:eſenti diſt.
quam ad p:eſens nulli vel pauci tenent: quia p:opi-
quiſſima eſt erro:i duplici. P:imo: quia ex ea vide-
tur ſequi q ſint plura p:ima p:incipia. hoc enī eſt dē
ratione p:imi principii: vt agere poſſit ſine auxilio p̄-
o:is agentis ⁊ influentiam eius. vnde ſi volūtas hu-
mana actionem aliquam poſſet producere: cui⁹ acto:
deus non eſſet: voluntas humana ratione p:imi pn̄-
cipii haberet: q̄uis ſoluere h̄ nitantur dicētes q vo-
luntas ⁊ ſi per ſe poſſit actionem p:oducere ſine in-
fluentia prio:is agentis: non tamen habet a ſe eſſe:
ſed ab alio: quod etiam exigeretur ad rationem p̄mi
p:incipii. ſed hoc videtur inconueniens: vt quod a
ſe eſſe non habet: a ſe agere poſſit : cum etiam per ſe
durare non poſſit: quod a ſe non eſt. Omnis etiā vir-
tus ab eſſentia p:ocedit ⁊ operatio a virtute. vnde
cuius eſſentia ab alio eſt: opꝫ q virtus ⁊ operatio ab
alio ſit. ¶ Et p:eterea. q̄uis per hanc reſponſionem
euitaretur q non eſſet p:imum ſimpliciter: non tamē
poſſet vitari quin eſſet primum agens ſi eius actio i
aliquod prius agens non reduceretur ſicut in cauſā.
Secūdo: q: cum actio etiam peccati ſit ens quoddā
non ſolum ſm q p:iuationes ⁊ negationes entia di-
cuntur: ſed etiam ſm q res in genere exiſtētes entia
ſunt: eo q ⁊ ipſe actiones in genere o:dinantur: ſeq̄-
retur ſi actiones peccati a deo non ſunt : q aliquod
ens eſſentiam habens a deo non eſſet. ⁊ ita deus non
eſſet vniuerſalis cauſa omnium entium: quod eſt cō-
tra perfectionem p:imi entis. P:imum enim in quo
libet genere eſt cauſa eoꝝ que ſunt poſt: vt in ſecundo
metha. dicitur. Et ideo cū p:ima opinione dōꝫ eſt: q
actus inquantum actus a deo eſt. ⁊ vt ſic non habet
aliquid quod defo:mitatē habeat: quod qualiter ſit
ſic conſiderari poteſt. In omnibus enim in quibus i-
cidit defectus ex cauſa ſecunda ⁊ non ex cauſa p:i-
ma: opo:tet q quicquid eſt in effectu deficiente ēēn-
tie ⁊ bonitatis totum a p:ima cauſa procedat: q autē
defectus reducatur in cauſam ſecundam deficientē
vt patet in claudicatione que eſt a virtute greſſiua:
mediante tibia : per cuius. ſ. tibie curuitatem obli-
quitas in greſſu claudicantis relinquitur. vnde q̄c-
quid eſt ibi de greſſu totum eſt a virtute greſſiua: ſed
defect⁹ vel obliqtas greſſus nō ē a virtute greſſiua: ſꝫ
a tibia tantum. Similiter etiam eſt o:do dei ad vo-
luntatem cauſatam: ſicut cauſe p:ime ad cauſā ſecū-
dam. Ideo ex parte dei nullus defectus icidere po-
teſt. Voluntas autem cauſata ad defectum poſſibilis
eſt. ⁊ ideo quicquid eſt in actu deficiente. ſ. peccato
de ratione actus ⁊ entis ⁊ boni totum. hoc a p:imo
agente. ſ. deo p:ocedit mediante voluntate. ſed ipſe
defectus qui eſt in actu hoc modo eſt a voluntate q
a deo non procedit. ⁊ ideo quodcunq nomen defor-
mitatem ſimul cum actu ſignificat ſiue in generali ſi-
ue in ſpeciali non poteſt dici q hoc a deo ſit ſimplici-
ter. vnde non poteſt dici abſolute : q peccatum ſit a
deo vt homicidiū aut aliquid huiuſmodi: niſi cū hac
additione inquantum eſt actus ⁊ inquantum ē ens.
¶ Ad primum ergo dicendum. q cum dicitur actus
peccati nulli bonus eſſe h̄ conuenit ſibi ſecundum q
ſub defo:mitate conſideratur: ⁊ hoc modo non redu-
citur in deum ſicut in cauſam. nullus tamen actus ē
q ſecundum ſe conſideratus ſecundū hoc q bonus
eſt alicui etiam bonus non ſit ſicut actus fo:nicatio-
nis inquantum eſt delectabilis eſt bonum concupiſci-
bile. ¶ Ad ſecundum dicendum: q illud dicitur ad
malum cooperari quod inclinat ad actionem ſecun-
dum q actio defo:mitati ſubſtat: vnde mala eſt. hoc
autem deo non conuenit. ⁊ ideo nō opo:tet vt ad ma-
lum cooperari dicatur: q̄uis actionis illius cauſa ſit
in qua malum conſiſtit ſecundum q influit agenti eē
poſſe ⁊ agere: ⁊ quicquid perfectionis in agente eſt.
¶ Ad tertium dicendum: q deus dicitur cauſa bo-
narum operationū: non ſolum q̄tum ad eſſentiā act⁹
ſed etiam q̄tum ad perfectionē ſm quā bone dicūt.
vtrunq enī agenti influit: ⁊ vt agat ⁊ vt bene agat.
ſed in malis actionibus q̄uis ſit cauſa earum q̄tum
ad eſſentiam: non tamen eſt cauſa q̄tum ad defectū
⁊ ideo abſolute dicendus eſt cauſa bono:um operum
non autem peccato:um. ¶ Ad quartū dōm: q ſicut
ſupra dictū eſt. xxxiiii. di. ip̄a p:iuatio qua aliquid ma-
lū dicitur: nō pōt eſſe differentia neq genus. ſꝫ vnus
quiſq actus ſpecificatur ⁊ in genere ponitur per ali-
quid poſitiue dictū: ſed poſitionē vtranq per quā. ſ.
ponitur actus in genere vel in ſpecie poteſt cōſequi
p:iuatio aliqua. ⁊ iō quidā act⁹ dicuntur mali ex ge-
nere vel ex eo quod in ſpeciem trahit. ¶ Ad quintū
dōm: q ſicut actio que peccati defo:mitatem habet
dicitur bona inquantum eſt actio bonitate nature: nō
p:opter hoc q aliquando inueniatur ſeparata a de-
fo:mitate. ſꝫ q: bōitas illa nature defo:mitati ſubſtat
ita etiam deus dr̄ eē cā illius actiōis inquantum eſt

actio ⁊ non inquantum eſt deformis hoc mō ꝙ actio-
nē faciat a deformitate ſeparatā. ſed q: in actiōe de-
formitati cōiuncta hoc quod eſt actōnis facit ⁊ quod
deformitatis non facit. ⁊ ſi enim in aliquo effectu plu
ra inſepabiliter cōiuncta ſint: non oportet vt qcqd
ē cā eius q̄ꝫtū ad vnū ſit cā eius q̄ꝫtū ad alterū: ſicut
natura ē cā oculi q̄ꝫtuꝫ ad ſubſtantiā ei⁹: ⁊ nō q̄ꝫtū ad
defectū cecitatis q̄ ex nature defectu cecidit.

Einde queritˀ de cā pene. Et circa hoc que-
d runtur duo. Primo: vtrum deus ſit cauſa pe
ne. Secundo: de quo per prius dicatur ma-
lum. ſ. de culpa vel de pena.

Ad primum ſic ꝓceditur. videtˀ ꝙ pena a deo
a nō ſit. Omne. n. malū ꝯtrariatˀ alicui bono.
ſꝫ pena ē q̄dam malū cū noceat. ergo alicui
bono ꝯtrariatˀ. ſꝫ qḋ cōtrariatˀ bono nō pōt eē a ſūmo
bono: q: ſic ſūmum bonum nō eēt actor pacis: ſed pu
gne ⁊ diſſenſionis: ſi ab eo ꝯtraria ꝓcederēt. ergo pe
na non eſt a deo. ¶ Pre. omne qḋ ē preter intentōēꝫ
agentis incidit ex aliquo defectu. ſed omne malum ē
preter intentionē agentis: vt Dio. dicit: q: nihil ad
malū reſpiciens operatˀ. ergo omne malū ex defectu
aliquo incidit. ſed qcqd incidit ex defectu nō reduci
tur in deū: ſicut in cauſam vt ſupra oñſum ē. ergo nul
lius mali deus eſt cauſa: ſꝫ pena ē malū. ergo non eſt
a deo. ¶ Pre. quicqd non eſt cā actionis: nō eſt cau-
ſa illius qḋ per actionē cātur: vt dictū eſt. ſꝫ multe pe
ne ſunt que aliquibus per alioꝝ peccata infliguntur:
multi enim afflictionibus puniuntur per eos qui iniu
ſte opprimunt: cū igitur culpe deus nō ſit cauſa: vide
tur ꝙ nec omnis pene. ¶ Pre. quicquid ē a deo i bo
num tendit. ſed quedā pene ſunt que ad malum incli
nant: vt fomes ⁊ huiuſmodi. ergo nō omnis pena a
deo eſt. ¶ Pre. cuius generatio bona eſt corruptio
eius mala eſt. ſed generatio gratie bona eſt: q: a deo
ē. ergo ⁊ corruptio gratie mala eſt. ſed corruptio gra
tie eſt quedam pena. ergo nō omnis pena ē a deo cuꝫ
deus tantūmodo bonorum ſit cauſa. ¶ Contra. Om
ne qḋ iuſtum ē bonū eſt: ⁊ omne qḋ bonū ē a deo ē. ſꝫ
omnis pena iuſta ē: vt Augu. ꝓbauit in precedenti
diſtin. ergo omnis pena a deo eſt. ¶ Pre. ad eundē
pertinet remuneratio ⁊ condemnatio. ſ. ad eum q in-
dicium de actib⁹ habet bonis vel malis. ſed premia
reddere bonis operibus dei eſt. ergo ⁊ penas etiam
infligere ipſius eſt. ergo omnis pena a deo ē. ¶ Reſ
pondeo dō. ꝙ pena duo habet in ſe. ſ. rationem mali
ſm ꝙ eſt alicuius boni priuatio: ⁊ rationem boni ſm
ꝙ iuſta eſt ⁊ ordinata eſt. Quidam igitur antiqui cō-
ſiderantes penam tm̄ ex parte illa in qua defectus ē
⁊ malum: dixerūt penas a deo nō eſſe: in quem erro-
rem etiam Tullius incidiſſe videtˀ: vt pꝫ in li. de offi
ciis. Huiuſmodi enim homines prouidentiaꝫ dei ne
gauerunt de humanis actibus. vnde ordinem qui ē
in pena reſpectu culpe: non dicebant per ꝓuidentiaꝫ
diuinaꝫ eſſe ſꝫ ꝑ iuſtitiā hoīs penā infligētis: defectū
aūt q eſt in pena nō a deo ordinatū eē: ſꝫ ex neceſſitate
cauſaꝝ ſcdaꝝ incidere. ponebant enim deū res in eē
ꝓduxiſſe: ſicut ꝓducit agens ex neceſſitate nature v3
. ſ. ex vno primo in quo nullus defectus ē vnū primū
ꝓcederet ab eius ꝑfectione diſtans: ⁊ ſm ꝙ longior
ſit diſtātia ab vno primo ꝑ ordinē cauſe ⁊ cauſati ma
gis dicebant defectū incidere. Hec aūt poſitio erro-
nea eſt: ſicut in primo lib. diſt. xxxix. patuit: vbi dictū
eſt ꝓuidentiam diuinam ad omnia ſe extēdere. Et iō
dōm eſt penas a deo eſſe. nullo autē modo culpam a
deo eſſe: q̄ꝫuis vtrunq̄ꝫ malū dicatur: cuius ratio eſt
q: vnicuiqꝫ rei aſſignatur cauſa agens ſm ꝙ ab agen
te res illa progreditur. culpa autem ratiōe mali ⁊ de-
fectus habet ſm ꝙ ab agente ſuo progreditur: quod
actionem ſuam in debitum finem non ordinat. ⁊ ideo
culpe cauſa aſſignari non poteſt: niſi talis in queꝫ de-
fectus cadere poſſit. Pena autem nō habꝫ rationeꝫ
mali vel defectus ſm ꝙ ab agente ꝓcedit: q: ꝑ ordi
natā actionē agentis pena infligitur: ſed hꝫ rationeꝫ
defectus ⁊ mali in ipſo recipiente actionem tantum
qḋ per iuſtam actionē aliquo bono priuatur. ⁊ iō pe-
ne deus eſt actor: diuerſimode vero diuerſarū. q̄daꝫ
enī ē pena damni: vt ſubtractio gratie ⁊ huiuſmodi.
⁊ harum penarum deus cauſa ē: non quidem agēdo
aliquid ſed potius non agendo: ex eo enī ꝙ de⁹ gratiā
non infundit conſequitur i iſto genere priuatio. quedā
vero pena ſenſus eſt que per aliquā actionem infligi
tur: ⁊ h⁹ etiam agendo deus actor eſt. ¶ Ad primuꝫ
ergo dōm: ꝙ vnum bonum particulare contrariatur
alii bono particulari: ſicut calidum frigido: ⁊ vtrun-
qꝫ a deo eſt: nec tamen ſequitur ꝙ deus pacis actor
non ſit: quia ipſa etiam contrarioꝝ pugna ad aliquā
vnionem ordinatur: qua. ſ. ad formam mixti conueni
unt: ⁊ etiam ſm ꝙ in vniuerſo per modum cuiuſdam
conſonantie ordinantur. ita etiam non eſt inconueni
ens vt q̄ꝫuis bonum nature a deo ſit ꝙ etiam pena q̄
ſibi contrariatur inquantum bona eſt a deo ſit.
¶ Ad ſecundam dicendum: ꝙ nullum maluꝫ nec ali
quis defectus a deo vel agente alio intentum eſt. ſꝫ
omne malum ⁊ defectus incidunt ex defectu aliquo
vel ex defectu cauſe agentis vel ex defectu materie
recipientis. malum enim culpe incidit ex defectu ca
uſe agentis. ⁊ iō in cauſā agentē que deficere nō pōt
reduci nō pōt. malū aūt pene incidit ex defectu mate
rie: qḋ ſic pꝫ ordinē iuſtitie iuſtus iudex in ſuis ſubdi
tis ponere intendit: ille ordo nō pōt in peccāte recipi:
niſi ſm ꝙ ꝑ defectū aliquē punitur. ⁊ ideo q̄ꝫuis defe
ctus ille ratione cuius pena malū dicitˀ a iudice inte
tus non ſit: ſꝫ ordo iuſtitie: tm̄ iuſtus iudex pene actor
dīr ſꝫ ꝙ pena ordinatū qd dicit. ⁊ ita penaꝝ de⁹ actor
eſt. ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ q̄ꝫuis actōis turpis de⁹ non
ſit cā ſm ꝙ deformitati ſubſtat: ē tm̄ cā eius ſm ꝙ actō
q̄dam ē. ⁊ ideo ēt pōt dici cā eius: qḋ per illā actionē
effectū ē. ¶ Ad quartū dōꝫ: ꝙ pena nō iclinat ad ma
lū culpe directe ꝑ modū habit⁹ ⁊ diſpōnis: ſꝫ indire-
cte inq̄ꝫtū per penam priuatˀ aliqd quo qs a culpa re
trahebatˀ. ⁊ hoc nō ē incōueniēs: vt dicatur de⁹ ſub-
trahere illḋ quo qs a culpa cōſeruabatˀ immunis. ſ. gr̄a.
¶ Ad quintū dōm. ꝙ q̄ꝫuis corruptio gr̄e in ſe malū
ſit: tm̄ ꝙ iſte q gr̄a indignus ē gr̄a ꝑuetˀ: bonū ⁊ iuſtum
eſt ⁊ hoc modo a deo eſt ordinātē.

Ad ſcdm ſic ꝓceditˀ. vr̄ ꝙ malū per pri⁹ dicatˀ
a de pena q̄ꝫ de culpa. Bonuꝫ enī cū ſit in oib⁹
generib⁹ ꝑ pri⁹ ē in ſubſtātia q̄ꝫ i aliis: vt ex ꝑ
mo ethi. pꝫ. ſed malum pene priuat bonum quod eſt
in ſubſtācia: ſic mors q̄ quedā pena eſt ꝑfectionē ſub-
ſtantialē priuat. ſed malum culpe eſt malū in actione
ergo per prius malum dicitˀ de pena q̄ꝫ de culpa.
¶ Pre. perfectio ſcda q̄ ē opatio deſcēdit a ꝑfectiōe
ꝓma q̄ ē forma. ſꝫ ſupra dictū ē ꝙ pena opponitˀ ꝑfe-
ctioni prime. culpa aūt ꝑfectōi ſcde q̄ ē opatio. ḡ ma-
lum per prius inuenitur in pena q̄ꝫ in culpa.
¶ Pre. ſicut ſe habet premium ad meritum: ita ſe
habet pena ad culpam. ſed premium eſt magis bonū
⁊ per prius q̄ꝫ meritum. ergo ⁊ pena eſt magis malū

q̄ culpa. ſed id qđ eſt prius in his que ſm prius ⁊ po ſterius dicūtur: etiam maxime dicitur ſicut ignis maxime calidus. vnde quod primum eſt: eſt illud qđ magis dicitur: vt ex ſecūdo methaphy. patet. ergo per prius dicitur malū de pena q̄ de culpa. ¶ Ad idē: Sicut bonum in eo ꝙ bonū deſideratur: ita malum in eo ꝙ malum vitatur. ſed illud propter quod deſideratur aliquid eſt magis bonū. ergo illud propter quod vitatur aliquid eſt magis malum. ſed culpa vitatur propter penam. ergo pena eſt magis malum q̄ culpa: ⁊ ſic idem quod prius. ¶ Preterea. vt ſupra dixit Augu. malū dicitur aliquid: q2 nocet. ergo cui verius conuenit ratio nocumenti verius conuenit ratio mali: ſed verius conuenit pene q̄ culpe: q2 verius eſt quod per eſſentiam dicitur q̄ quod per ꝑticipationem denominatur: ſicut albedo verius dicit naturam albedinis q̄ album pena autem ipſum nocumentum: ſed culpa nocens denominatiue dicitur. ergo ⁊ ratio mali per prius inuenitur in pena q̄ in culpa. ¶ Contra. cauſa precedit cauſatum: ſed malum culpe eſt cauſa mali pene. ergo prius eſt malū culpe q̄ pene. ¶ Preterea. Dyonyſius dicit quarto capitulo de diuinis nominib9. ꝙ puniri non eſt malū: ſed fieri pena dignū non autem aliquis efficitur pena dignus niſi per culpam. ergo magis proprie culpa malū dicitur q̄ pena. ¶ Reſpondeo dđ: ꝙ malū ꝑ prius de culpa dicitur q̄ de pena: ⁊ magis culpe q̄ pene ratio mali conuenit: cuius ratio aſſignatur a quibuſdam ex parte boni quod per malum priuatur. dicunt enim ꝙ per culpam ſeparatur aliquis a fine vltimo quod eſt ſummū bonū in quo primo ratio boni inuenitur. vnde ⁊ in malo quod ab ipſo ſeꝑat primo inuenitur ratio mali in pena autē conſequenter que bonū nature cauſate priuat quod eſt a ſūmo bono deductū. ſed iſta ratio videtur inſufficiens: q2 culpa ⁊ pena non differunt ſm illud bonū qđ per vtrunq̄ priuatur: quia illud idem bonum quod actiue culpa ꝑuatur eſt illud cuius paſſiua priuatio pena quedam eſt. vnde ⁊ ſubtractio gratie per quā anima deo cōiungitur: ⁊ carētia viſionis diuine pene quedā ſunt: ſed ratio aſſignata non tangit niſi penas corporales vnde non eſt vniuerſalis. ⁊ ideo huiuſmodi rationē oportet aliter inuenire ex propria ratione culpe: ⁊ ex propria ratione pene. Sciendū eſt igitur ꝙ ratio boni a fine ſumitur vt ex ſecūdo metha. patet: finis aūt eſt perfectio agentis inquantū eſt agens eo ꝙ finis mouet agentē ad operandū. vnde finis: ⁊ etiā obliquatio a fine per prius comparatur ad agens q̄ ad paciens. ⁊ ideo illud malū quod rationē mali habet ſm ꝙ ab operante eſt propinquius ſe habet ad finē q̄ illud malū quod per actū operantis in aliquo paciente inducitur. vnde prior eſt receſſus a fine in culpa que rationem mali habet ſm ꝙ ab oꝑante q̄ in pena que rōne mali hꝫ ſecundū ꝙ in paciente efficitur defectus quidam per aliquam actionē vel eiuſdem vl' alterius. eiuſdē vt pene que conſequuntur ſtatī ex actu peccati: ſicut per actum culpe ſequitur ſubtractio gratie in peccante: ⁊ per prius eſt inordinatio actus qui eſt a peccante inquantum eſt agens rationem mali habens q̄ ipſa ſubtractio gratie: que eſt malum pene. per actionē autē alterius: ſicut pena que infligitur peccatori per actū iudicis. ¶ Ad primū ergo dicendū ꝙ intenſio vel remiſſio alicuius poteſt eſſe dupliciter. vel per ſe vel per accidens. ꝑ ſe quando eſt intenſio ſm id quod ad naturam rei ꝑtinet. per accidens autē quando dicitur magis ⁊ minus: non ſecundū magnitudinē que propria eſt rei q̄ dicitur maior vel minor. ſed ſm magnitudinē alteri9 ſicut albedo dicitur maior vel ꝓpter intenſionē ꝑncipiorū albedinis vel propter magnitudinē ſuperficiei: ita etiam magnitudo poteſt attendi in malo vel ſꝫ rationē propriā mali vel ſꝫ rationē boni quod priuatur per malū ⁊ illa eſt eſſentialior malo que per ſe eſt q̄ que per accidēs ⁊ ſꝫ hoc dico ꝙ per ſe loquendo non dicitur prius vel poſterius malū ſꝫ ꝙ per ipſū prius ⁊ poſterius bonum priuatur. ſꝫ ſm ꝙ per prius rationē mali participat que eſt in recedendo a fine. Unde non oportet ꝙ malū pene ꝑ qđ bonū ſubſtātiale priuatur ſit magis malū ſimpliciter: vel per prius q̄ malū culpe quod eſt in actione.
¶ Ad ſecundū dicendū: ꝙ perfectio prima ſe habꝫ in duplici ordine ad operationē: q2 ordinatio terminatur ad perfectionē primā. ⁊ ideo operatio a perfectione prima elicitur. Et ſimiliter etiā eſt de priuatione perfectionis prime. pena aūt nominat priuationē perfectionis prime ſm ꝙ ad eā operatio terminatur: q2 pena dicit effectū culpe. ⁊ ideo non oportꝫ ꝙ culpa per poſterius malū dicatur. ¶ Ad tertium dicendū: ꝙ ſicut premiū ē ordinatiuū meriti: ita ⁊ pena eſt ordinatiua culpe. vnde vtrunq̄. ſ. premiū ⁊ pena quandā bonitatē habent ex hoc ꝙ ordinatiū eſt. vnde non oportꝫ ꝙ ſi premiū eſt magis bonū ꝙ pena ſit magis malum: ſed minus iniuſtū habet aliquā ꝑmixtionē boni. ¶ Ad quartū dđm: ꝙ culpa eſt ꝓpter ſe vitanda etiā ſi nulla pena ſequeretur. vnde virtuoſus plus culpā q̄ penā fugit: ad quē oportet menſurare actus aliorum hominū: vt philoſophus in tertio ethi. dicit. ¶ Ad quintū dđꝫ: ꝙ quicqd inuenitur in cauſa ⁊ cauſato: per prius eſt in cauſa q̄ in cauſato vnde cū hoc nocumentū quod ē pena ſit per culpā inductum ratio nocuitatis prius inuenitur in culpa q̄ in pena: q̄uis pena ſit ipſm nocumentū: q2 hoc ipſum ꝙ pena nocumētū ē: a nocuitate culpe procedit. Nō q2 non ſit actio vel voluntas ⁊c. Iſtud incōuenienter dicitur. cōſtat eni ꝙ actio iniuſtū eſt actio nō ſeparat a vero eſſe: ſed inquantū ē inordinata. Unde ꝙ peccatum dicatur nihil: non eſt ratione actionis: ſed ratione inordinationis: Hic de ſubſtantijs atq̄ naturis ⁊c. Ex hoc non plus habetur niſi ꝙ ſubſtātia ⁊ natura vno modo accepta differunt ab actione bona ⁊ mala: ⁊ hoc verum eſt. Opera diaboli que vicia dicuntur ⁊c. dicuntur non eſſe res ex ea parte qua habent ꝙ vicia ſunt. ſ. ex parte priuationis. Sunt ergo alique res quibus homines ⁊c. Uerū eſt ſed non eis homines mali ſunt inquantū ſunt res: ſed inquantū alicui priuationi ſubſiſtunt. Nō ergo mirum ſi deus dicitur ⁊c. Iſta obiectio nulla eſt: q2 eius quod nihil eſt poteſt aliquid eſſe cauſa non quidē directe agēdo ſed remouendo prohibens: ſicut claudens feneſtram facit tenebras que nihil ſunt dum remouet lucem ꝙ tenebras prohibebat. ita etiam ⁊ priuationem aliquam que pena eſt deus efficere poteſt: q̄uis illa priuatio nihil ſit non prebendo illud quod priuationem prohibebat: ſicut nec prebendo gratiam cauſat priuationem gratie. ſed illum defectum prout i͂ eo ratio culpe conſiſtit non cauſare poteſt deus vt dictum eſt. Bonorum iſti ſubintelligi volunt ⁊c. Iſta reſpōſio nulla eſt: quia non minus eſt verum: quia omne ens eſt a primo ente: q̄ omne bonū eſt a primo bono. vnde in quocunq̄ inuenitur natura entis: inueni-

tur natura boni. ⁊ ideo õpz omne ens abſolute a deo
eſſe. Iniquitas quippe ipſa nõ eſt ſubſtantia ⁊c. Hic
accipit Augu. ſubãm nõ ꝑut ſignificat rem primi pre
dicamenti: ſed ꝑut ſignificat eẽntiam rei in quocũqz
genere exiſtentis. Iniquitas. n. ex parte defect⁹: vñ
iniquitatis rationez habet: eſſentia caret. Si autem
acciperet ſubſtantiam ſm ꝙ ſignificat predicamentũ
primum equaliter: verum eſſet ꝙ iuſtitia non ẽ ſuba:
ſicut ꝙ iniquitas non eſt ſubſtantia.

## Diſtin. Trigeſimaoctaua.

### De volũtate ⁊ fine ex quo ⁊ ipa iudicatˀ.

Sſt predicta de voluntate ⁊
eius fine diſſerendum ẽ
Sciendum igitur eſt ꝙ ex fine
ſuo: vt ait Augu. volũtas co-
gnoſcitur: vtrum recta an praua
ſit. finis aũt bone volũtatis be
atitudo eſt: vita eterna deus ipſe. Male vero
finis ẽ aliud. ſ. mala delectatio vl' aliqd aliud ĩ
quo ñ dz volũtas quieſcere. Finẽ bonũ inſi
nuat propheta dicẽs. Vidi finem omnis cõ
ſumationis ⁊c. Charitas ergo cui⁹ latũ mã-
datum eſt: finis quidez omnis cõſumationis
eſt. i. omnis bone voluntatis ⁊ actionis: ad
quam omne preceptũ referendũz eſt: Vñ Au
gu. in enche. Omnia precepta diuina referũ
tur ad charitatez: de qua dicit Apoſtol⁹. pre
cepti finis eſt charitas de corde puro ⁊ cõſci
entia bona ⁊ fide non ficta. Omnis itaqz pre
cepti finis charitas ẽ. i. ad charitatẽ referˀ om
ne preceptum: qđ vero ita fit: vel timore pene
vel aliqua intentiõe carnali: vt nõ referatur ad
charitatẽ que eſt dilectio dei ⁊ proximi: non
dum fit quẽadmodum fieri oportet: q̃uis fie-
ri videatur. Tunc eniz recte fiunt que mãdat
deus: ⁊ que conſilio monet: cũ referũˀ ad di
lectionez dei ⁊ proximi. His verbis apertiſ-
ſime inſinuatur quis ſit rectus voluntatis fi
nis ſiue actionis. ſ. charitas que ⁊ deus eſt vt
ſupra oſtendimus.

Qđ deus eſt finis oĩs bone actiõis: quia
charitas eſt. nec tñ. ſ. ſ. ſed ⁊ chriſtus ⁊ pater.
nec hi ſũt tres fines: ſed vnus.

q Ui ergo charitatez ſibi ponit finem:
deum ſibi ponit finem. Unde ⁊ chri
ſtum finem legis ad iuſtitiã dicit apo
ſtolus eẽ omni credẽti. ⁊ recte dĩ xp̃s finis le
gis ad iuſtitiã. qꝛ vt ait Aug. in l. b. ſniaꝝ pro
ſperi. ĩ xp̃o lex iuſtitie nõ cõſumitur ſed imple
tur. Ois. n. perfectio ex ipo eſt: vltra quẽ non
eſt quo ſpes ſe extẽdat. Finis fideliũ xp̃s eſt.
ad quem cum peruenerit currentis intentio:
non habet quo poſſit amplius inuenire. ſed
habet in quo debeat permanere. Finis ergo
rectus atqz ſupremus deus eſt pr̃. ſ. ⁊ filius ⁊
. ſ. ſ. neqz hi tres ſunt tres fines: ſed vnus finis
qꝛ nõ tres dii: ſed vnus deus.

Qđ omnes bone voluntates vnum habẽt
finem: ⁊ tamen quedam bone diuerſos fines
ſortiuntur.

s Ed queritur vtrum oẽs bone volun
tates vnum tñ habeant finem. đ hoc
Aug. in li. xi. de tri. ita ait. Alie atqz
alie volũtates ſuos ꝓprios fines habent: qui
tamẽ referunˀ ad finem illius voluntatis qua
beate viuere volumus: ⁊ ad eã ꝑuenire vitam
que nõ referatur ad aliud ſed amãti per ſe ipa
ſufficiat: quemadmodum volũtas vidẽdi finẽ
habet viſionez ⁊ volũtas videndi feneſtraz fi
nem hz feneſtre viſionez. Altera vero eſt volũ
tas per feneſtrã videndi trãſeũtes: cui⁹ certe fi
nis eſt tranſeuntiũ viſio. Ad quod ẽt p̃dicte
referũtur volũtates. Itez recte ſũt volũtates
⁊ oẽs ſibimet religate: ſi bona eſt illa ad quam
cũcte referũtur: ſi ãt praua eſt: praue ſũt oẽs.
⁊ iõ rectaꝝ volũtatum cõnexio iter qđdam eſt
ãſcẽdentiũz ad beatitudinez: qđ certis velut
paſſ. bus agiˀ. Prauaꝝ ãt ⁊ diſtortaꝝ volũ
tarum implicatio: vĩculum eſt quo alligabiˀ
qui hoc agit: vt ꝓiiciatur in tenebras exterio
res. his auctoritatuz teſtimõiis euidẽter mõ-
ſtraˀ plures ĩ fidelibus eſſe volũtates rectas ꝓ
prios ac diuerſos fines hñtes: ⁊ tñ vnum cũ
deniqz: qꝛ oẽs referũtur ad vnũz qui eſt finis
finium: de quo paulo ante diximus: ita eõ-
uerſo forte eſt ⁊ in malis.

Quedã huic ſnĩe videnˀ aduerſari

v Erũtamen huic ſnĩe q̃ dictũ eſt fide-
liũ quaſdaz rectas volũtates fines di
uerſos ſortiri: ⁊ tamen ad vnũz refer
ri. vĩ obuiare qđ alibi Aug. monet: ne. ſ. no-
bis duos fines cõſtituamus: ita iquiens, i li.
de ſermõe domini i mõte. Nõ debem⁹ ideo
euãgelizare vt mãducemus: ſz iõ mãducare vt
euãgelizem⁹: vt cib⁹ nõ ſit bonũ qđ appetiˀ:
neceſſariũ qđ adiiciˀ vt illud ipleaˀ. Querite
primũ regnũ dei: ⁊ hec oĩa adiicienˀ vobis.
nõ dixit primũ querite regnũ dei: ⁊ deide q̃
rite iſta q̃uis ſint neceſſaria. ſz ait: hec omnia
adiicienˀ vobis. i. hec cõſequẽtur: ſi illa quera
tis ne cũ iſta q̃ritis illinc auertamini. aut ne
duos fines cõſtituatis vt ⁊ regnum ꝓpter ſe
appetatis ⁊ iſta necĩa pp illud. ergo pp regnũ
dei tñ debem⁹ oĩa opari: nõ ſolã: vel cum re
gno dei mercedẽ tpalẽ meditari. Ecce hic ap-
te dicit ne duos fines nobis ꝯſtituam⁹: ſed
vnũz tñ. i. regnũz dei: cũz ſupra dixerit bõaſ
voluntates alias ⁊ alias ꝓpos habere fines.

Hic oſtenditur quomodo licet videat̃ nõ repugnent predicta.

Ec aũt ſibi non repugnare aīaduertit: qui verbis ꝑmiſſis ſimplici oculo diligẽter intendit qui cũ dixit ne duos fines nobis ꝯſtituamus: ſed oīa ꝓꝑ regnũ dei faciamus ipſe ꝑmiſit ꝙ debemus mãducare vt euãgelizemus. Cũ aũt hoc ita facim⁹ actiõis illius finẽ euãgeliũ ꝯſtituimus. ſ; et hũc finem ad regnũ dei referimus. Mãducamus enī ꝓꝑ euãgeliũ. ⁊ mãducamus ⁊ euãgelizamus propter regnũ. Duos ergo fines ĩ mãducãdo nobis cõſtituimus. ſed iſta faciẽtes: nũqd peccamus? abſit. Nam ⁊ ipſe ſic facere ſuadet ſi diligenter eius verba inſpiciamus. Cũ ergo ait: ne duos fines nobis cõſtituamus: fines in diuerſa tendentes intelligi voluit. ſ. quorum alter ad alterũ nõ referatur. Ita ⁊ cum dicit propter regnum dei oīa tãtũ agenda: ne cum ipſo mercedem temporalem meditandam: ita intelligendum eſt: vt nõ appetẽdo mediteinur cum regno mercedem tẽporalem: ita ꝙ non propter regnum: ſed propter ſe: vt. ſ. regnũ ꝓꝑ ſe appetatur: ⁊ iſta propter illud ſicut ipſe docet. Si enim petimus vitam eternam: petimuſq; etiam temporalia a deo. ſi ea petimus propter vitam eternã: nõ offendimus. neq; ſiniſtra tunc ſcit quid faciat dextera: quia mercedem temporalem non propter ſe meditamur: ſed propter regnũ dei vt ſit leua ſub capite ⁊ dextera in amplexu. Alioquin ſi hec temporalia propter ſe quereimus ſicut eterna: miſcet̃ dextere ſiniſtra. Ideoq; cum dominus dixerit. Attendite ne iuſticiam veſtram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis: alibi ait. Sic luceãt opera veſtra bona coraꝫ hominibus: vt glorifi. p. v. qui in cel. eſt. propter deum ergo oīa faciẽda ſunt vt omnia que facimus omniumq; fines ad euꝫ referamus.

De differentia voluntatis intentionis ⁊ finis.

Olet etiam queri quid diſtet īter voluntatem ⁊ ītẽtionẽ ac finẽ. Ad qd̃ dici poteſt: īter volũtatẽ ⁊ finẽ certo atq; euidẽti mõ diſtingui: quia volũtas ẽ: qua volumus aliquid. Finis vero volũtatis eſt: vel illud qd̃ volumus per quod impletur ipſa volũtas: vel potius aliud propter quod illud volumus. Intẽtio vero interdũ pro volũtate: interdũ ꝓ fine volũtatis accipit̃: que diligẽs acpius lector in ſcriptura: vbi hec occurrerint diſcernere ſtudeat. finis aũt volũtatis ẽ delectatio bona vel mala: ad quã nitit̃ qſq; ꝑuenir̃ Unde Aug. ſuꝑ illũ locũ pſalmi. Scrutans corda ⁊ renes deus: ſic ait. Deus ſolus ſcrutat̃ corda. i. qd̃ quiſq; cogitat ⁊ renes. i. quod queq; delectat. Quia finis cure ⁊ cogitatiõis ẽ delectatio. ad quã cura ⁊ cogitatiõe nitit̃ qſq; peruenire. ⁊ paulopoſt. opera noſtra q̃ ſunt in dictis ⁊ factis poſſunt homines videre: ſ; quo animo fiant: ⁊ quo venire cupiant: ſolus deus videt: qui cũ videt cor eſſe in celo ⁊ nõ delectari nos in carne ſed in domino. i. cuꝫ bone ſunt cogitationes ⁊ earuꝫ fines dirigit iuſtum. Idem ſuper alterius pſalmi locum illum. ſ. In laqueo iſto quem abſ. comp. ẽ. pes. e. dic. pes anime amor eſt. qui ſi prauus eſt: dicitur cupiditas vel libido. ſi rectus. dicitur charitas. eo mouetur anima quaſi ad locuꝫ quo tendit. i. ad delectationem bonã vel malam: quo ſe perueniſſe per amorem letatur. Finis ergo voluntatis vt premiſſum eſt: dicitur ⁊ illud quod volumus: ⁊ illud propẽ quod volumus: ⁊ intentio ad illud reſpicit ꝓpter quod volumus: ⁊ voluntas ad illud qd̃ volumus. Ut verbi gratia. Si velim eſurientem reficere: vt habeam vitam eternam. Uoluntas eſt qua volo reficere eſurientem: cuius finis ẽ refectio eſurientis. Intentio vero qua ſic ad vitam peruenire volo. Finis autem ſupremus eſt ipſa vita ad quem ⁊ alius finis refertur.

An alia intentio ſit voluntas.

ſ Ed queritur vtrum ⁊ intentio talis ſit voluntas. ⁊ ſi voluntas eſt: an in hoc opere ſit vna atq; eadem voluntas qua volo habere vitam eternaꝫ: ⁊ qua volo reficere eſurientem. Uidetur nempe talis intentio eſſe voluntas: vt enim voluntas eſt qua volo reficere pauperem: ita ⁊ uoluntas ẽ qua per iſtud volo habere vitam: ⁊ alia quidẽ uidetur eſſe uoluntas qua uolo habere uitaꝫ: ⁊ alia qua pauperi ſubuenire uolo: ſed iſta ad illam re ertur. Nam ⁊ ſi hoc ita placet ut i eo cum aliqua delectatione uolũtas acquieſcat: nonduꝫ tamen eſt illud quo tenditur. ſed hoc ad illud refertur: ut illud putetur tamquam patria ciuis. Iſtud uero tamquam refectio uel manſio uiatoris. ⁊ ſunt iſte uoluntates affectus ſiue mot⁹ menti: quib⁹ quaſi greſſib⁹ ⁊ paſſib⁹ tenditur ad patriam. Sicut ergo altera ẽ uolũtas uidẽdi feneſtras ut ſupra docẽte Aug. didicim⁹: altera q̃ ex iſta nectit̃ uolũtas per feneſtras uidẽdi trãſeuntes: ita nõnullis alia uidetur eſſe uolũtas elemoſinas dãdi pauperi: alia uoluntas habendi uitam. alij

autem putant ꝙ vna ſit voluntas ⁊ hic ⁊ ibi.
ſed propter ſubiectorum multiplicitatem di
uerſitas memoratur voluntatum. Ceterum
quodlibet horum verum ſit illud nulli in am
biguum venit quin voluntas ex ſuo fine pen
ſetur: vtrum ſit recta: an praua: peccatum an
gratia: ⁊ quin nomine intentionis aliquádo
finis: aliquando voluntas intelligatur.

Oſt predicta de volũtate eiuſqꝫ fine ⁊c.
Poſtqꝫ determinauit de actibus in qui
p bus peccatũ cõſiſtit in generali inquirens
vtrũ inquantũ ſunt act⁹ ſint boni ⁊ a deo.
Hic determinat de ipſis actib⁹ in ſpãli.
Et qꝛ peccatũ cõſiſtit ĩ actu interiori ⁊ ẽt exteriori iõ
diuiditur hec pars in duas. In prima determinat ꝺ
actu iterio:i volũtatis. In ſcḋa ꝺ actu exteriori .xl. di
Poſt h de actibus adiciendũ ⁊c. Prima in duas.
In prima determinat de actu volũtatis oñdens. vñ
in eo ſit rectitudo ⁊ pctũ qꝛ ex fine. In ſcḋa inquirit
quõ in volũtate poſſit eẽ viciũ. xxxix. diſt. Hic oritur
queſtio ſatis neceſſaria. Prima in duas. In prima
oñdit ꝙ rectitudo volũtatis eſt ex intentõe finis. In
ſcḋa determinat de volũtate per comparationẽ ad
intentionem ⁊ finẽ. ibi. Solet queri quid diſtet ⁊c.
Prima in duas. In prima oñdit ꝙ bonarum volun-
tatũ eſt vnus finis ex quo rectitudinẽ habent. In ſe
cunda inquirit vtrum ille vnus finis ſit tñ rectaruꝫ
voluntatum finis: an ẽt poſſint eẽ alii fines. ibi. Sed
queritur vtrũ omnes bone volũtates ⁊c. Circa p̊-
mũ duo facit. Primo ponit ꝙ caritas ẽ finis bonarũ
volũtatũ. Secũdo oñdit ꝙ cũ hoc fine deus ẽ finis
. ibi. Qui vero caritatẽ ſibi ponit finẽ ⁊c. Sꝫ queriẽ
vtrum omnes bone voluntates ⁊c. Hic inquirit vtꝝ
poſſint eſſe plures fines rectarum voluntatum. Et
diuiditur in tres. In prima determinat veritatem.
In ſecunda ponit obiectionẽ in contrariũ ibi. Verum
tamen huic ſententie qua dictũ eſt ⁊c. In tertia de-
terminat eam. ibi. h autem nõ ſibi repugnare ⁊c. So
let etiam queri ⁊c. Hic determinat de volũtate per
comparationem ad intentionem ⁊ finem. Circa hoc
duo facit. Primo ponit dictam comparationeꝫ. Se
cundo inquirit etiam vtrum intentio poſſit dici vo-
luntas: ⁊ an intentio ſit idem actus cum ea volunta-
te que communiter voluntas dicitur. ibi. Sed querĩ
tur vtrum ⁊ intentio talis ⁊c. ℂ Hic quinqꝫ querun
tur. Primo vtrum omnium rectarum voluntatuꝫ ſit
tñ vnus finis. Secundo quis ſit ille. Tertio quid ẽ
intentio. Quarto ſi ſit eadem voluntas que eſt de fi-
ne que dicitur intentio: ⁊ que de his que ſũt ad finẽ:
que communiter voluntas dicitur. Quinto: ſi ex fine
voluntas habet bonitatem.

D primum ſic proceditur. videtur ꝙ rectaꝝ
a voluntatũ non ſit tñ vnus finis. Caritas. n.
qua deum diligimus deus nõ eſt vt in primo
lib. oſtenſum eſt. ſed rectarum voluntatum finis ẽ ꝺs
⁊ etiam caritas vt in littera oſtenditur ꝗ ergo recte
volũtates nõ in vnum finẽ tendunt. ℂ Pre. vbi in
uenitur gradus in referendo res ad finẽ: ibi nõ ẽ vn⁹
finis: ſed in tribus perſonis inuenitur gradus dũ cõ-
ſideratur relatio rerum ad finẽ. vnde Hylarius di-
cit. Caput omnium filius eſt: caput aũt filii deus eſt ⁊
ad vnum deũ oia h gradu referunẽ. cũ igiẽ vnaque-
qꝫ triũ perſonaꝝ rectaꝝ volũtatũ ſit finis: vt i littera
diciẽ: vñ ꝙ recte volũtates ĩ plures fines tẽdant.
ℂ Pre. ſicut res naturales hñt ſpẽꝫ a forma: ita res
morales hñt ſpẽm a fine. vñ ⁊ ſm finẽ recte vel pra-
ue ſũt vt in lr̃a diciẽ: ſed reꝝ naturaliũ nõ ẽ vna for-
ma: ergo nec actuũ moraliũ erit vnus finis ad quem
dirigi debeãt. ℂ Pre. illḋ eſt finis actiõis ꝓpter qḋ
actio fit: ſꝫ vnuſqſqꝫ agẽs cogitat i agẽdo de eo ꝓpter
qḋ agit: cũ igiẽ multi rectas. actões agẽtes actu ꝺ ꝺo
nõ cogitẽt: videẽ ꝙ nõ oium rectaꝝ actionũ finis ſit
de⁹: ⁊ ita diuerſaꝝ erũt diuerſi fines ſm ꝙ agẽtiũ ſũt
diuerſe cogitatões de fine. ℂ Pre. illḋ fine quo nõ
fieret aliqd ẽ ꝓpter qḋ fit illḋ: ſꝫ multi ſũt q opa ſpũa-
lia non facerent: niſi quedaꝫ temporalia conſequerẽ
tur. ergo illa temporalia que conſequi querunt: ſunt
finis opeꝝ eoꝝ ⁊ voluntatũ: ⁊ tñ nõ dñr in hoc pecca
re: qꝛ vt Apl's dicit. i. Cor. ix. Debet in ſpe qui arat
arare loquens ad litteram in caſu iſto. ergo p̃ter deũ
⁊ caritatẽ rectarum voluntatum põt eẽ alius finis: ⁊
ita nõ omnes recte voluntates in vnũ tendũt. ℂ Cõ
tra. oĩs volũtas ꝗ in diuerſa tendit diuiſa ẽ ĩ plura:
ſꝫ rectũ cor diuiſũ nõ ẽ: ſꝫ vnitũ vñ Oſee. x. diuiſũ eſt
cor eoꝝ ⁊ nõ iteribũt. g̃ recti cordis ẽ vn⁹ finis vltim⁹
ℂ Pre. rõ boni ẽ ex fine. g̃ vbi ẽ ſũmũ bonũ ibi eſt fi-
nis vltim⁹. ſꝫ ſũmũ bonũ ẽ vnũ tñ vt ſupra di. iii. ꝓba
tũ ẽ. ergo rectaꝝ volũtatũ eſt vnus finis vltimus.
ℂ Rñdeo dḋ: ꝙ eodẽ ordine res referuntur in finẽ:
quo ꝓcedunt a principio eo ꝙ agens vnuſquiſqꝫ or
dinat effectũ ſuũ in finẽ aliquem. ⁊ iõ ſm ordinẽ agen
tium eſt ordo finiũ. In progreſſu autem reruꝫ a prin
cipio inuenitur vnum reꝝ principiũ p̊mũ qḋ cõe ẽ oĩ
uꝫ ſub quo inueniunẽ alia principia propria ꝗ ĩ diuer
ſis ſunt diuerſa: ita etiã in referẽdo res ad finẽ inue-
nitur vltimus finis oĩbus cõis qui eſt vltimus finis
ſed inueniuntur diuerſi fines proprii ſm diuerſitatẽ
entium. bonum enim inuenitur in rebus ſm duplicẽ
ordinem vt in. xi. metha. dicitur. ſ. ſm ordinem vni⁹
rei ad rem aliam qui ordo ſimilis eſt ordini quem p-
tes exercitus adinuicem habent: ⁊ aliꝰs eſt ordo re-
rum ad finem vltimum. q. ſ. eſt ſimilis ordini exerci
tus ad bonum ducis. ⁊ qꝛ res referuntur in finem vl
timum cõmunem mediante fine proprio: ideo ſꝫ di
uerſitatem finis proprii efficitur diuerſa relatio reꝝ
ad finem vltimum. Sic ergo dḋ eſt: ꝙ ſicut rerũ om
nium vnus eſt finis vltimus. ſ. deus ita ⁊ volunta-
tum omnium eſt vnus vltimus finis. ſ. deus: nihilo
minus tamen ſunt alii fines proximi: ⁊ ſi ſm illos fi-
nes ſeruatur debita relatio voluntatis in finem vlti
mum erit recta voluntas: ſi autẽ non: erit peruerſa.
debita autem non erit peruerſa: debita auteꝫ relatio
voluntatis ad finem vltimum ſaluatur: ſm illum fi-
nem quo voluntas nata eſt vltimum finem partici-
pare in quo diſtinguitur a rebus aliis quo alio mo-
do vltimum finem participant: ⁊ hec eſt caritas vel
beatitudo. ⁊ ideo non ſolum deus: ſed etiam caritas
finis eſt omnium rectarum voluntatum. ℂ Ad pri-
mum ergo dicendum: ꝙ charitas non eſt finis vlti-
mus: cum non ſit finis cõmunis quem omnia deſide
rant: ſed eſt finis proprius voluntatis per quem per
tingit ad finem vltimum. ⁊ ideo non ſequitur eẽ plu
res fines vltimos. ℂ Ad ſecundum dicenduꝫ: ꝙ pa
ter ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus ſunt vnus finis vltimuſ
vt in littera dicitur eo ꝙ vnicuiqꝫ eorum conuenit
ratio finis ſm ꝙ quilibet eſt ſummum bonum: ⁊ hi
tres non tria: ſed vnum ſummum bonum ſunt. Vn-

de hoc quod Hylarius dicit. omnia h gradu ꝛc. Intelligendum eſt gradū eſſe in reditione creaturarum ad ultimū: nō autē inter filium ꝛ patrē iter quos, vt Hiero. dicit nullus eſt gradus. Si tamē nomen gradus large p ordine accipiatur: ſic inter patrem ꝛ filium eſt gradus. i. ordo principii ad illum qui eſt de principio: non autem finis ꝛ eius qd eſt ad finem. ¶ Ad tertiū dōz: ꝙ actus morales nō ſpecificantur a fine vltimo ſed a finibus proximis. hi autē plures diuerſorum ſunt ſicut ꝛ fines naturales ſunt plures. ¶ Ad quartū dōm: ꝙ ad h ꝙ alicuius actiōis finis ſit deus vel charitas: nō oportet ꝙ agēdo illā actionē aliquis de deo vel charitate cogitet: nec iteꝝ ſufficit ꝙ aliquis in habitu tantū deum ꝛ charitatē hēat q: ſic ēt actum venialis peccati aliqs in deū ordinaret: qd falſum eſt, ſed oportet ꝙ pri⁹ fuerit cogitatio de fine qui eſt charitas ꝛ deus: ꝛ ꝙ rōnes ſequentes in hunc finē ordinauerit: ita ꝙ rectitudo illius ordinatōis in actionibus ſequentibus ſaluetur: vt patet i exemplo: qd Auic. ponit de artifice q ſi dū opus ſuū exerceret ſemper de regula artis cogitaret: multum in opere impediretur: ſed ſicut prius excogitauit per regulas artis: ita poſt modū operat: ꝛ ſic in opere ei⁹ rectitudo artis ſaluatur. ¶ Ad quintum dōm ꝙ non oportet illd ſine quo nō fieret aliquid eſſe h ꝑpter qd fit. omne. n. illud qd ad actionē exigitur: eſt illud ſine quo actio non fieret ſicut inſtrumēta: nec tā ꝑpter inſtrumenta fit actio: ita ēt ꝛ qui in operibus ſpūalib⁹ tēporalia querunt: nō querunt ea tanꝙ finem actionis primū vel remotum: quia minus bonum non poteſt eſſe finis maioris: ſed querunt ea ad ſubſtentamentū nature ꝛ conditionis ſue: vt ſic debite opera ſpiritualia exercere poſſint.

a D ſecundum ſic proceditur. videtur ꝙ finis cōis rectarum voluntatum ꝛ vnus nō poſſit eſſe charitas vel beatitudo. nihil enim quod eſt citra finem vltimum eſt vn⁹ finis communis omnibus. ſed charitas eſt citra finem vltimum. ſ. deum ꝛ ſimiliter etiam beatitudo ꝛ bona delectatio ꝛ huiuſmodi. ergo huiuſmodi nō poſſunt eē finis communis rectarum voluntatum. ¶ Pre. nihil poteſt eſſe finis quod non eſt deſideratum: nec poteſt aliquid deſideratum eſſe quod occultum eſt. Cum igitur beatitudo occulta ſit: q: Iſ. lxiiii. dr. Oculus nō vidit ds abſq te ꝛc. videtur ꝙ beatitudo nō poſſit eſſe finis rectaꝝ voluntatum. ¶ Pre. corporale bonū nō eſt finis ſpiritualis boni: cū finis ſemper ſit melior eo qd eſt ad finem: ſed vita eterna videtur qddam corporale nominare. ſ. eternam coniunctionem noſtre aīe ad corpus. ergo vita eterna non eſt finis ſpiritualium operum. ¶ Pre. nullus finis habetur ante id quod eſt ad finē: cū per ea que ſunt ad finē i finē deueniatur. ſed charitas ante actus meritorios habet. ergo charitas non eſt finis rectorum operum. ¶ Pre. opus dicitur rectum ſcdm ꝙ eſt aliqua virtute informatum: ſed ſicut actus informatur charitate: ita etiā aliis virtutib⁹. ergo ſicut charitas ponitur finis: ita ꝛ alie virtutes fines dici debent. ¶ Pre. bonū ſimpliciter nō ordinatur vt ad finem ad id quod eſt bonum huic: quia quod ſimpliciter bonum eſt melius eſt. ſed operatio eſt bonum per ſe: delectatio autem eſt huic bonum. ſ. operanti: ꝛ ſic recta operatio eſt melior delectatione. ergo recta operatio non ordinatur ad delectationē ſicut ad finē. ¶ Contra. finis ſine quo non poteſt eſſe coniunctio ad finem vltimum: oportet eē intentum ſicut finis communis: ſed ſine charitate et beatitudine ꝛ huiuſmodi non poteſt eſſe cōiunctio voluntatis hominis ad finem vltimum qui deus eſt. ergo iſta omnia rationem finis communis habēt.

¶ Reſpondeo dō: ꝙ ſicut dictum eſt ꝙuis omnium rerum ſit vnus finis vltimus: ſicut vnum principiū primum: tamen vnicuiq rei debetur finis proprius: ſicut ꝛ principium proprium: ita vt ſicut ea que ſunt vnius generis communicant in vno principio proprio illius generis: ita cōmunicent in vno fine qui quidem eſt communis omnibus que ſunt in illo genere: non tamen omnibus rebus nec poteſt eſſe debita relatio alicuius rei ad finem vltimum: niſi mediante fine qui ſuo generi debetur. finis autē proprius vniuſcuiuſq rei per quem in finem vltimum ordinatur eſt ſua propria operatio. vnde ꝛ finis rationalis nature per quem ordinatur in finem proprium eſt perfecta operatio que eſt propria nature illi. ſed perfectio operationis in tribus conſiſtit. ſ. in obiecto: habitu ꝛ delectatione: ꝙto enim obiectum eſt altius tanto operatio in illud tendens eſt pulchrior ꝛ perfectior. vnde ex obiecto operatio perfectionem habet: ꝛ ex nobiliſſimo obiecto altiſſimam perfectionem. Similiter etiam operatio perfecta non eſt niſi ex habitu: vnde quanto habitus eſt perfectior ꝛ operatio perfectior erit: ꝛ operatio perfectiſſima ab habitu nobiliſſimo erit. Similiter vt dicit philoſophus in decimo ethi. delectatio perficit operationem: ſicut pulchritudo iuuentutem: eſt enim ſicut quidam decor operationis ipſa delectatio. ꝛ ideo oportet ꝙ aliquod iſtorum: ſicut finis communis rectarum voluntatum aſſignetur. Ipſa autem operatio perfecta beatitudo eſt. obiectū autem altiſſimum deus eſt. Habitus autē perfectiſſimus charitas eſt: delectatio autem puriſſima ꝛ ſpiritualis delectatio: vt in. x. ethi. probatur. ꝛ ideo i lēttera dicitur ꝙ deus rectarum voluntatū finis ē charitas ꝛ bona delectatio ꝛ beatitudo: ita tamen ꝙ de⁹ vltimus finis ſit ꝛ beatitudo charitatem ꝛ delectationem complectens ſit ſicut finis ſub fine coniungēs vltimo fini cum operatio in obiectum tendat: nec ē recta relatio voluntatis in deum niſi mediantibus his tribus. ¶ Ad primum ergo dōz: ꝙ finis qui eſt citra finem vltimum non eſt finis communis omnibus rebus: ſed poteſt eſſe communis in aliquo genere: ꝛ ita eſt de beatitudine: non enī creature irrationales ad beatitudinem peruenire poſſunt. vnde earum finis beatitudo non eſt: ſed eſt finis rationalis creature q ad eam peruenire poteſt. ¶ Ad ſecundum dōm: ꝙ ꝙuis beatitudo ſit occulta quantum ad ſubſtantiam: tamen ratio beatitudinis nota eſt. omnes enim per beatitudinē intelligunt quendam perfectiſſimum ſtatum. ſed in quo conſiſtat ille ſtatus perfectus vtrum in vita vel poſt vitam vel i bonis corporalibus vel ſpiritualibus ꝛ in quibus ſpiritualibus, occultum eſt. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ vita dicitur dupliciter. vno enim modo vita idem eſt quod eſſe viuentis vt in ſecundo de anima dicitur: ꝙ viuere viuentibus ē eſſe. ꝛ hoc modo vita hominis relinquitur ex coniūctione anime ad corpus: ꝛ vita eterna ex eterna cōiunctōe vtriuſq: ꝛ hoc modo vita eterna nō eſt finis rectarum voluntatum. Alio modo dicitur vita operatio rei viuentis. ꝛ hoc mō vita eterna dicitur operatio perfecta qua homines beati in eternum deū videbunt ſcdm ꝙ dicitur Jo. xvii. Hec eſt vita eterna ꝛc. ꝛ hoc modo vita eterna eſt finis rectarum volunta-

moſynam per imperium domini ſe habet ſicut inſtru
mentum illius domini. vñ philoſophus dicit ī octa-
uo ethicorum: ꝙ ſeruus eſt ſicut organum animatum
inſtrumentum autem motū: ⁊ conſtat ꝙ alia eſt actio
mouentis ipſum. ⁊ alia actio qua ipſum mouet aliud
non enim ſecundum eundem motum poteſt eſſe ideꝫ
mouens ⁊ motum: vnde alia numero eſt actio domi-
ni ⁊ ſerui. ⁊ ideo nihil prohibet vnā eſſe bonā et aliā
malam. ¶ Ad quintum dicendum: ꝙ de hoc duplex
eſt opinio. quidam enim dicunt ꝙ ſuffragia que facit
in mortali peccato exiſtens ſi opus operans conſi-
deretur non ſunt meritoria nec agenti nec ei ꝓ quo
fiunt. Si autem conſideretur opus operatum vt ipſꝫ
ſacrificium vel aliquid huiuſmodi ſunt meritoria ei
pro quo fiunt ⁊ non operanti. ⁊ ideo nõ ſequitur ꝙ ea
dem operatio ſit meritoria ⁊ non meritoria: quia ope
ratio ipſa nullo modo meritoria eſt. ſꝫ qꝛ efficacia ſuf
fragioꝝ menſuratur ſm charitatem eius pro quo fi-
unt: qꝛ tantum valet vnicuiqꝫ qꝫtum meruit vt ſibi
valerent vt Aug. dicit. Ideo ab aliis verius dicit:
ꝙ etiam ipſa operatio ſine charitate facta valet ei ꝓ
quo fit virtute charitatis eius ⁊ non operantis: nec
tamen ſequitur ꝙ illa operatio bona ſit ſimpliciter ſꝫ
ꝙ eſt bona huic pro quo fit ſimpliciter enī bonum eſt:
qđ facienti bonū eſt vt in primo lib. dictū eſt di. xlvi.
nec eſt īconueniēs ꝙ aliqđ ſimpliciter malū ſit qđ tn̄
alicui bonum eſt vt ibidem dicitur.

a

Ad quintuꝫ ſic ꝓceditur. videt ꝙ aliqua actõ
indifferēs inueniat in actibus humanis. nihil
enī pōt eē mediū īter bonū ⁊ malū niſi indiffe
rens qđ neqꝫ bonū neqꝫ malū eſt. ſed bonū ⁊ malū ſūt
contraria mediata: vt in predicamētis dicitur. ergo
aliqua actio eſt indifferens. ¶ Pre. ſine charitate
nõ pōt eſſe aliquod meritū. ſꝫ nõ ē dđm: ꝙ q nõ habet
charitatem quolibet ſuo actu peccet vel demereat:
qꝛ cõſulitur eis vt aliquos actus de genere bonoꝝ
faciant. ergo videtur ꝙ aliquis actus ſit qui neqꝫ ē
meritorius neqꝫ demeritorius: ⁊ ſic idem quod priꝰ.
¶ Pre. nullus actus vel voluntas bonitatem habꝫ
niſi referatur in finem dilectionis vt ſupra dictum ē:
ſꝫ ꝯtingit frequēter agere etiam qꝫdam que ſm ſe ma
la non ſunt que in fineꝫ dilectõis nõ referuntur. ergo
huiuſmodi nec bona nec mala erunt: ⁊ ita erunt indiſ
ferentia. ¶ Pre. accedere ad mulierem qꝫdam eſt
actio nec de ſe bonitatem vel maliciam moralem di
cit cum nulla circumſtantia iſte actus ſit veſtitus ſe-
cundū quā aliqs ordo rōnis in eo appareat. ergo con
tingit aliquē actū indifferentem eſſe. ¶ Pre. huiuſ-
modi actus qui ſm ſuum genus indifferentes ſunt:
vt leuare feſtucam ⁊ aliquid huiuſmodi non poſſunt
habere bonitatem: ⁊ maliciam: niſi ex intentione:

q̃ in finem referunt. ſed cõuenit ꝙ ille etiam finis in quem referuntur indifferens eſt. ergo iſte actus omnino indifferens remanebit.

¶ Pre. opera noſtra non poſſunt eſſe meritoria niſi propter deum facta. aut ergo ad bonitatẽ actus ſufficit habitualis relatio in finẽ aut exigit actual'. ſi ſufficit hitualis. ergo ſi aliqs ſemel in anno referret oia opera que facimus eſt in illo anno in deũ oia eſſent meritoria: ꝛ ita facillima eſſet via ſalutis qḋ ẽ contra illud Mat. vii. Arta eſt via ꝛc. Si aũt exigit actualis relatio operis in deũ tunc nũq̃ poſſet eſſe opus bonũ niſi aliquis actu de deo cogitaret. ſi ergo null' actus eſt indifferens tũc ois actus quẽ quis exercet de deo nõ cogitans erit malum: ꝛ peccatũ qḋ eſt valde durum. ergo neceſſe eſt aliquos actus indifferentes eſſe. ¶ Cõtra. i. cor. xii. oia i gloria dei facite aut ergo aliquis refert opus ſuum in gloriã dei aut nõ: ſi refert ꝯuenit ꝙ actus ille bonitatẽ ex fine ſortietur. ſi tamen in finem illum ſit referibil' quod ꝯuenit omni actui qui de ſe malus non eſt: ſi non referat preterit preceptum Apoſtoli: ꝛ ita peccat. ergo de neceſſitate ois actus vel eſt meritorius vel demeritorius.

¶ Pre. plus eſt facere q̃ dicere: ſed qui ſine cã loqtur ocioſa verba peccat Mat. xii. omne verbũ ocioſum quod locuti fuerint homines ꝛc. ergo multo fortius: ſi aliquid faciat homo quod in debitum finem non referat peccat: ſed ſi indebitum finez refert actus bonus eſt. ergo de neceſſitate ois actus vel bonus vel malus eſt: ꝛ nullus indifferens. ¶ Reſpondeo dõ: ꝙ circa h̃ ſunt tres opiniones. Quidam eñi dñt ꝙ in dictis non poteſt eſſe aliquid indifferens: ĩ factis autem poteſt. verbum enim ordinatum eſt ad aliquid: q: eſt ſignum rei. factũ autem cũ nõ ſit ſignũ non eſt ordinatũ ad aliquid. ꝛ ideo in verbo incidit deformitas ſi ocioſe proferatur: non autez in facto ſi ſine cauſa legiptima fiat. Sed hec rõ nulla eſt: q: q̃uis non ſit ordinatuz ad aliquid: ſicut ſignũ ad ſignatum eſt tñ ordinatũ ad aliqd: ſicut ad finẽ: q: oẽ qḋ a principio eſt: ad finez aliquem tendit. bonũ aũt opponitur illi ordini qui eſt eius qḋ eſt ad finem ipſum: ꝛ non ordini qui eſt ſigni ad ſignatũ: ꝛ ideo alii dicunt ꝙ tam in dictis q̃ in factis cõtingit aliqua eſſe i dñā que nec bona nec mala ſunt: ſicut illa que nõ ordinãtur ad impletionẽ preceptoꝝ dei vt ſic ꝑꝑ deũ fiant nec ẽt diuinis ꝯriãt ꝓceptĩs: ſiue ſit i dictĩs: ſiue i factĩs vt ſi aliqs alicui loquatur ex quadã ciuili amicitia: vel etiam aliquod opus amicabile ad ipſum exerceat. Sed hec non vr̃ eſſe inſtãtia: q: actus virtutis politice non eſt indifferẽs: ſed de ſe bonus eſt: ꝛ ſi ſit gr̃a informat' erit meritori' nõ ẽ aũt accipere aliqd i qḋ ordinat humanus actus qḋ vel ſm virtutẽ politicã rectã nõ ſit vel etiã rectitudini aduerſum: q: nõ põt eſſe aliquis actus ꝓcedẽs ab aliquo deliberãte ſine intentiõe finis vt in ſecũdo metha. dr̃. finis aũt ille ẽ bonũ cõueniens hoi: vel ſm aiaz: vel ſm corpus: vl' ſm etiã res exteriores q̃ ad vtrũq; ordinant: ꝛ h̃ quidẽ bonũ niſi ſit cõtrariũ illi bono qḋ eſt hois bonũ ſz rõnẽ ꝛ rectitudinẽ virtutis ciuilis h̃z: q: virt' ciuil' dirigit in oibus que ſunt corporis: ꝛ ẽt que ꝑꝑ corpus querunt. vñ ſi iis aliqs mediocriter vtat erit vſus rectus: ſi autẽ ſm habũdantiã vel defectũ erit vſus vicioſus virtuti oppoſitus. ꝛ ideo aliter ſm alios dõ eſt ꝙ nullus actus a voluntate deliberata progrediens poteſt eſſe qui non ſit bonus vel malus non tantũm ſm theologum: ſed etiam ſm moralem phm: et vlterius non poteſt eſſe aliquis actus a deliberata virtute procedens in habente gratiam qui non ſit meritorius: ſed tñ in nõ hñte gr̃az põt eẽ aliqs actus deliberatus qui nec meritorius nec demeritori' ẽ: tamen eſt bonus vel malus. cuius rõ eſt: q: malum inquãtũ malũ nõ opponit bono niſi ſicut priuatio hitui ſed oppõ cõtrarietatis ẽ ex hoc ꝙ illud ens ſupra qḋ fundatur talis priuatio nõ cõpatit ſecũ aliqḋ bonum qḋ eſt ſimpliciter bonũ ſicut imoderata delectatio in cibis non cõpatitur ſecũ bonũ ſobrietatis quod ẽ ſimpliciter bonum. ꝛ ideo illa imoderata delectatio adiungitur cum priuatione boni: ꝛ ſic mala dicitur. ſi ergo in actionibus inuenitur medium inter bonũ ꝛ malũ hoc non erit inquantum bonum ꝛ maluz ſunt ꝯtraria. ſed inquantum maluz eſt priuatio boni non autẽ inquantum ſunt contraria poteſt in eis eſſe medium quod ſit neq; bonum neq; malũ. dñr enim ꝯtraria ſz ꝙ in vtroq; aliquid poſitiue ꝯſiderat ex quo nõ põt ſumi rõ mali. vñ per hoc ꝙ mediũ diſtat ab extremis inquãtũ aliqd poſitiue ponit nõ efficitur diſtans a rõne boni ꝛ mali vt poſſit dici neq; bonũ neq; malum non enim ex eodem eſt in eis oppoſitio ꝯrietatis: ꝛ diſtinctio boni ꝛ mali: ſed primum eſt ex ꝑte poſitionis in vtroq;. ſecũdũ aũt ex ꝑte priuationis in malo ꝛ poſitionis in bono. ſi ergo ſit mediũ inter bonũ ꝛ malũ i actionibus hoc nõ erit niſi ſm ꝙ malũ bono ꝓuatiue opponi t: ſz i ꝓuatiue oppoſitĩs ñ inenit mediũ niſi ꝑ h̃ ꝙ ſubiectum non eſt ſuſceptiuum habitus vt lapis q̇ viſionis ſuſceptiuus non eſt neq; videns neq; cec' dr̃ ꝛ ꝑ hũc modũ oz accipe mediũ inter bonũ ꝛ malũ vt ſi aliqd eſt qḋ alicuius bonitatis non ẽ ſuſceptiuũ non oppoſita malitia ſibi erit. vnde relinquitur indifferens: hoc autez contingit dupliciter aut per modũ obſtractionis ſm ꝙ vniuerſale aliquid ſignificat vt abſtractuz a differẽtiis ꝯriis diuidentibus ipſuz. vñ in ſua cõitate ſignificatum ſignificatur vt indifferenter ſe habẽs ad vtrãlibet differentiarum: ſicut al' neq; ſignificatur vt rõnale neq; vt irrationale: ꝛ tamẽ oportet ꝙ omne ꝑticulare al' rationale vel irrationale ſit: ꝛ ſimiliter eſt h̃. ſi enim ſignificetur actus in eo ꝙ eſt agere habet quidem bonitatem naturalem inquantum eſt ens: ſed indifferenter ſe habet ad bonitatem ꝛ malitiam moralem: ꝛ ſimiliter bonum ex genere indifferenter ſe habet ad bonum ꝛ maluz ex circunſtantia: ꝛ fine q̃uis non inueniatur aliquid bonum in genere particulari quod non ſit aliqua circũſtantia veſtitum ꝛ ad aliquem finem ordinatum. vnde oportet ꝙ bonitatem vel malitiam contrahat. Et ſm hanc conſiderationem quidam dixerunt omnes actus indifferentes eſſe in eo ꝙ ſunt actus: ꝛ quidaz dixerunt ꝙ non omnes: ſed aliqui accipientes magis in ſpeciali nomina actuum que non exprimunt aliquid. vnde actus ad malitiam vel bonitatem determinetur vt materiam ꝛ finem vt circunſtantiam ſicut comedere: coire: vel aliquid huiuſmodi. Alio modo contingit hoc ſm ꝙ aliquod particulare ſignatum deficit a ſuſceptibilitate alicuius perfectionis ſicut lapis a ſuſceptibilitate viſus: ꝛ hoc modo aliqui actus qui deficiunt a ſuſceptibilitate bonitatis moralis dicuntur indifferentes. Actus autem ſuſceptibilis eſt: bonitatis moralis ſecunduz ꝙ humanus eſt. humanus autem eſt ſecundum ꝙ aliquatenus ratione deducitur quod contingit in illis actibus tan-

tuʒ qui impantur a voluntate que conſequitur deli-
berationem rationis. actus autem qui ſequuntur ap
prehenſionem ſubite imaginationis: ſicut confrica-
tio barbe ⁊ aliquid huiuſmodi dicentur hoc modo i-
differentes. nullus autem eorum qui voluntatem de
liberatam ſequitur: indifferens erit: ſed de neceſſita-
te vel bonus vel malus bonitate vel malicia ciuili:
ſed tamen actus bonitate ciuili perfectus non eſt ſu
ſceptibilis efficacie merendi: niſi in eo qui gratiam
habet. ⁊ ideo in eo qui caret gratia indifferens eſt ad
meritum ⁊ demeritum. ſed in illo qui gratiam habet
oportet vel meritorium vel demeritorium eſſe: quia
ſicut malus erit demeritorius ſic etiam bonꝰ erit me
ritorius: quia cum charitas imperet omnibus virtu
tibus ſicut voluntas omnibus potentiis: oportet ꝙ
quicquid ordinatur in finem alicuius virtutis: or di-
netur in finem charitatis: ⁊ cum omnis actus bonus
ordinetur in finem alicuius virtutis: in finem chari-
tatis ordinatus remanebit: ⁊ ita meritorius erit: ⁊ ſic
comedere ⁊ bibere ſeruato modo temperantie: ⁊ lude
re ad recreationeʒ ſeruato modo eutrapelie que me
dium tenet in ludis: vt dicitur. ii. ethicorum: merito
rium erit in eo qui charitatem habet qua deum vlti
mum finem vite ſue conſtituit. ¶ Ad primum ergo
dõm: ſicut dicit Commen. in. x. methaphy. ꝙ dicitur
homo neqʒ bonus neqʒ malus q non eſt ſuſceptibilis
bonitatis vel malicie ciuilis: ſicut agreſtis qui extra
ciuilem vitam eſt: ⁊ per conſequens actiones eiꝰ ne
qʒ bone neqʒ male ſunt ciuiliter inquantum non ſunt
ordinate ad ciuile bonum. Vel melius dõm ꝙ philo
ſophus appellat malū nõ oēm actum inordinatū: ſed
ſolū illū q nociuꝰ ē reſpectu alteriꝰ. vñ dicit i quarto
ethi. ꝙ prodigus q cū iactãtie ſua iordinate expendit
nõ ē malus ſʒ vanus: ⁊ ſilr de multis aliis viciis di-
cit: ⁊ ſic pʒ ꝙ ipe ſtrictiꝰ accipit malū ꝗ̃ nos dicẽtes
oēm actū iordinatū malū. ¶ Ad ſcdm dõm: ꝙ ꝗ̃uis
extra charitatē nõ ſit bonū meritoriū: tñ ē ibi bonū ali
quod vel ex circūſtantia vel ex virtute ciuili. vñ nõ
ſequitur ꝙ actꝰ eorꝫ q charitate carẽt ſint demeritorii
vel idifferẽtes. ¶ Ad tertiū dõm: ꝙ nõ ſolum actus
charitatis ē meritoriꝰ: ſʒ etiã actꝰ aliaꝝ virtutum ſcḋm
ꝙ gratia informãtur: lʒ meritorii eē nõ poſſint: niſi ſcḋm
ꝙ reducunť i finē charitatis. non aũt oportet ꝙ ſemp
actus i finē illū reducãť: ſʒ ſufficit ad efficaciã meren
di: ꝙ in fines aliaꝝ virtutū actu reducanť. q. n. inten
dit caſtitatē ſeruare etiã ſi nihil de charitate cogitet
ꝯſequiat ꝙ mereť ſi grãm habet. ois aũt actus in ali-
quod bonum tendens niſi inordinate in illđ tendat:
hʒ perficere in bonū alicuiꝰ virtutis: eo ꝙ vtutes ſuf
ficienter proficiunt circa omnia que poſſũt eſſe bona
hois: ⁊ ita patet ꝙ ratio non procedit. ¶ Ad quartū
dõm: ꝙ nihil ē in genere qđ nõ ſit in aliqua eiꝰ ſpē vt
in ſcđo topi. dicitur: ⁊ ita nũꝗ̃ cõtingit ad mulierē ac-
cedere qn accedatur ad talem ⁊ tali tẽpore. ⁊ ſilr ſcḋm
alias circũſtantias: ⁊ ita ꝗ̃uis ſit idifferẽs dictꝰ actꝰ
cõſideratus ſcḋm genus: nõ tñ ſcḋm ꝙ exercetur in actu
indifferens eſt. ¶ Ad quintum dõʒ: ꝙ cum nihil ap-
petatur: niſi inquantum eſt bonum: impoſſibile eſt ꝙ
finis ad quem ordinatur actio ex deliberatione ſit in
differens: quia vel ratio decipitur ⁊ iudicat eſſe bo-
num ſibi qđ non eſt bonuʒ: ⁊ hoc non eſt niſi quando
finis eſt malus diſcordans a rationis rectitudine ꝗ̃-
uis h qđ deſideratur forte ſit bonū deſiderãti ſʒ ali-
quid ſui: vt ſcḋm guſtum: vel ſecundum tactum: delec
tabile: vel eſt bonum ſimpliciter. ⁊ ſic etiam actus ex
fine erit bonus. ¶ Ad ſextum dõm: ꝙ nõ ſufficit om-
nino habitualis ordinatio actus in deuʒ: q2 ex hoc ꝙ
eſt in habitu nullus mereť: ſed ex hoc ꝙ actu operať
nec tamen oportet ꝙ intentio actualis ordinans in fi
nē vltimum ſit ſemper coniuncta cuilibʒ actioni que
dirigitur in aliquem finem ꝓximum. ſed ſufficit ꝙ ali
quãdo actualiter oēs illi fines in finē vltimū referan
tur: ſicut fit quando aliquis cogitat ſe totū ad dei di-
lectionem dirigere: tunc eni quicqd ad ſeipʒ ordinat
in deum ordinatum erit. Et ſi queratur quando opor
teat actum referre in finē vltimū. h nihil aliud ē ꝗ̃ q̃
rere qñ oportet habitū charitatis exire in actū: q2 qñ
cunqʒ habitus charitatis in actum exit: fit ordinatio
totius hominis in finē vltimū: ⁊ per cõſequens omm
eorum que in ipſum ordinanť: vt bona ſibi: ſed q2 ali
quos actus indifferentes ponimus: ideo oportet ad
alia reſpõdere. ¶ Ad ſeptimū dõʒ qđ h ꝙ dicit: oia
in glia dei facite: põt intelligi dupliciter: vel affirma
tiue vel negatiue. ſi negatiue ſic eſt ſenſus: nihil con
tra deum faciatis: ⁊ hoc modo preceptū eſt: ⁊ ſic pre-
ceptum h preterit: vel ꝑ peccatum mortale qđ cõtra
deū fit: vel per peccatū veniale qđ preter preceptuʒ
⁊ preter deum fit. Si autem intelligať affirmatiue h
poteſt eſſe dupliciter: aut ita ꝙ actualis relatio i deū
ſit coniũcta actioni noſtre cuilibet non quidē in actu:
ſed in virtute: ſcḋm ꝙ virtus prime ordinationis ma-
net in oibus actionibus ꝯſequẽtibus: ſicut ⁊ virtus fi-
nis vltimi manet in oibus finibus ad ipm ordinatis
⁊ ſic adhuc preceptū eſt ⁊ contingit omiſſionē eius eē
venialem vel mortalem ſicut dictum eſt. Vel ita ꝙ
ordinatio actualis in deum ſit actu cõiuncta cuilibet
actioni noſtre: ⁊ ſic poteſt intelligi dupliciter vel di-
ſtributiue vel collectiue. Si diſtributiue ſic ē ſenſus
quãcunqʒ actionē facitis, melꝰ eſt ſi eam actu in deū
ordinetis: ⁊ ſic eſt cõſiliū. Si autem ſumatur collecti
ue: ſic eſt ſenſus: oia opera veſtra ita faciatis ꝙ nul-
lū eorꝫ ſit: qn actu in deū ordinetis ⁊ h nec ꝓceptū nec
ꝯſiliū eſt: ſed finis ꝓcepti ad qđ ꝑ impletionē ꝓcepto
rum peruenit: ſic. n. ſancti in patria actꝰ ſuos i deum
referunť. Sciendū tñ ꝙ qualitercũqʒ affirmatiue ex
ponatur: nõ intelligiť niſi de operibꝰ deliberate volũ
tatis: q2 illa tñ opa ꝓprie noſtra dici poſſunt vt di-
ctū eſt. ¶ Ad octauum dõm: ꝙ verbū eſt imediatus
effectus rõnis. ⁊ iõ vniꝰ poteſt verbū preter delibera
tionē eſſe ꝗ̃ factum. Et propter hoc verbū ocioſum
magis ē peccm̄ veniale ꝗ̃ factum ocioſum. Sciendū
tñ ꝙ ſcḋm Gre. ocioſū ē qđ caret intẽtiõe pie volũtaʒ:
aut rõne iuſte neceſſitatis. vñ nõ oē verbū iocoſū eſt
ocioſum ſi ad recreationē referať: q2 ēt in iocis cõtin
git eſſe virtutē eutrapeliã: de qua plꝰ in quarto ethi
corꝫ determinat. Affectus tuus nomē opi tuo ⁊c. Si
vꝫ itelligiť oʒ exponi de affectu eligẽte: ⁊ non ſolū in
tendente vt dictū ē. Ubi ſi deꝰ nõ erat bonū opus nõ
erat. i. meritoriū: de hoc tñ i ſequen. diſtin. Quereť: q
dñt oēs actꝰ eē idifferentes ⁊c. Illi ꝯſiderabant actꝰ
ſcḋm rõneʒ generis tm̃: q2 in ꝗ̃tū actꝰ ē indifferẽs: ē ge
neraliter ſumptus ad bonitatem vl malicia mora-
lem: ꝗ̃uis habeat bonitatem naturalem. Si tamē
intelligebãt de actu particulariter acceptoſic ſimpli
citer falſa erat, iſta opinio: ſed hoc nõ vꝫ intellexiſſe:
quia actionem particulariter acceptaʒ dicebant eſſe
coniunctam cuidam fini ex quo bonitatem vel mali-
ciã hʒ: ſicut furari vel aliquid huiuſmodi. Aliis aũt

aliis autem ſi videtur ⁊c. Iſti accipiebant actus ſʒ ꝙ
ad aliquam ſpēm determinantur: nō tamen ſecundū
ꝙ ſunt indiuiduati. ⁊ q: aliqui actus ex ſpecie ſua ha
bent bonitatem ⁊ aliqui maliciam: ⁊ aliqui neutrum:
vt leuare feſtucam. Ideo diſtinguebant actus ꝑ tria
genera. ⁊ quia illud qḋ ineſt alicui ex ſpecie ſua nun
q̄ʒ recedit ab eo. iō dicebant ꝙ actus q non ſunt indif
ferentes ſunt boni quacunqʒ intentione fiant boni re
manent. ⁊ ſilr̄ de malis intelligētes de bonitate ex ge
nere vel ex ſpecie actus non ꝙ actus qui erat bonus
ex genere vel circūſtantia ſi fieret mala intentione
eſſet bonus ſimpliciter. ſed quia bon⁹ remanebat ex
genere. Sed Aug. euidentiſſime docet ⁊c. Hic poni
tur tertia opinio: ⁊ hec accipit actum bonum vel ma-
lum ſimpliciter. ⁊ quia intentio mala ſufficit ad h̄ ꝙ
actus ſit malus ſimpliciter: non tamen intentio bona
ſufficit ad h̄ ꝙ actus ſit bonus ſimpliciter. ideo ex in-
tentione ſm̄ hanc opinionem iudicantur actus mali:
non autem boni. ⁊ ſic patet ꝙ quelibet harum trium
opinionum ſm̄ aliquid vera eſt. Qui crucifigendo
xp̄m ⁊c. h̄ intelligitur de minoribus deceptis fraude
maiorum qui eum ex malicia ꝑſequebantur cognoſcē
tes eum a deo veniſſe per ſigna que faciebat. Que
tamen quidam contēnunt ⁊c. h̄ dicunt illi de prima
opinione vel etiam de ſecunda: ⁊ accipiunt cām: non
finem vltimum: ſed finē primum qui malus eſt: ſunt
enim malo fini coniuncta vt bene fieri non poſſint.

## Diſtin. Quadrageſimaprima.

An omnis intentio ⁊ actio eorū qui fide
carent ſit mala.

Cum intētio vt ſupra di/
ctū eſt bonū opus
c faciat: ⁊ fides itētionē dirigat: n̄
imerito queri pōt vtrū oīs iten
tio omneqʒ opus illorū malū ſit
qui fidem non habēt. Si enim fides intētio
nem dirigit: ⁊ intentio bonū opus facit: vbi
nō eſt fides: nec itentio bona: nec opus bo/
num eſſe videtur. Quod a quibuſdam non
irrationabiliter aſtruitur: q dicūt oēs actiōeſ
⁊ voluntates hoīs ſine fide malas eſſe: que fi/
de habita bona exiſtūt. Vn̄ apoſtol⁹ ait. Oē
quod n̄ eſt ex fide: peccatū eſt. Quod Augu.
exponens ait. Oīs infideliū vita peccatū eſt.
⁊ nihil bonū eſt ſine ſūmo bono. vbi deeſt
agnitio veritatis eterne: falſa virtus eſt: etiā
in optimis moribus: ⁊ Iacobus i epl'a cano
nica ait. Qui offenderit in vno. ſ. in charitate
factus eſt oīum reus. Qui ergo fidem ⁊ chari
tatem n̄ hʒ: omnis eius actio ē peccatū eſt: q2
ad charitatem nō refertur. Quod enī ad cha
ritatem nō refertur vt ſupra meminit Augu.
non fit quemadmodū fieri oportet. Ideoqʒ
malum eſt: non igitur mandata cuſtodit: qui
charitate caret: quia ſine charitate nullum mā
datorum cuſtoditur. Unde Augu. ſuper epi
ſtolam ad galatas ait. Cuſtoditionem legis
dicit appoſtolus: non occidere: non mecha
ri: ⁊ alia huiuſmodi ad bonos mores pertinē
tia. que ſine charitate: fide ⁊ ſpe ipleri nō poſ/
ſunt. nullum ergo implet mandatum nullum
que opus bonum facit qui fidem ⁊ charitatē
nō hʒ. Impoſſibile enī eſt vt ait apl's ſine fide
aliqd placere deo: q̄ ergo ſine fide fiūt: bona n̄
ſunt: q2 omne bonū deo placet.

Que premiſſe obiiciunt̄ ſententie ex ver
bis Auguſtini.

Is āt obiicit̄ quod ſupra dic̄ Aug.
.ſ. q⁹ i ſeruili timore ⁊ ſi bonū fiat: nō
tn̄ bene. nō nemo enī inuitus bene fa
cit: etiā ſi bonū eſt quod facit. Hic enim bo/
num dicit fieri: ſʒ nō bene ab illo qui charita
tem nō hʒ. Qui enī ſeruiliter timet: charitate
vacuus eſt de quo tn̄ hic dicit: q2 bonū facit
ſed nō bene. Quia etiā ſup illū locū pſalmi.
Turtur inuenit ſibi nidum vt ⁊c. r. p. ſ. dicit
q⁹ iudei ⁊ heretici ⁊ pagani opa ſua bona fa/
ciūt: q2 veſtiūt nudos paſcūt pauperes ⁊ hu/
iuſmodi. ſed nō in nido eccleſie. i. i fide: ⁊ iō ꝯ
culcāt̄ pulli eorū. Quibus illi rn̄dēt dicētes
opa bona appellari huiuſmodi q̄ ſine chari/
tate fiūt: nō q2 bona ſint qū ſic fiūt. quod ſu/
pra euidēter docuit. Aug. ſed q2 bona eſſent:
ſi aliter fierēt que etiā ſui genere ſunt bona: ſʒ
ex affectu fiunt mala.

Aliorum ſnīa de premiſſa queſtione qua
querebatur ſi omnis eorum actio mala eſt q
fidem nō habēt.

Alii vero qui tripharia diſtinctionē
a faciūt actuū: opa cuncta que ad natu/
re ſubſidiū fiūt: ſemꝑ bona eē aſtruūt
Sed qḋ Aug. dicit: mala eſſe ſi malas habe
ant cauſas: n̄ ideʒ accipiendū eſt quaſi ipa ma
la ſint: ſed q2 peccāt: ⁊ mali ſunt qui ea malo
fine agūt. Itē ⁊ illud aliud. ſ. bonū opus iten
tio facit: ⁊ intentionē fides dirigit: determi
nant dicentes. ibi bonū vocatū quod remu
nerabile eſt ad vitam: non ꝙ illud ſolum ſit
bonum opus: imo ⁊ alia plura: lʒ nō ea rōne
qua illud: ſunt bona. bonū enī multipliciter
accipitur. ſ. pro vtili: pro remunerabili. pro ſi
gno boni: pro ſpecie boni: pro licito: ⁊ aliis
forte modis. Solaqʒ illa intētio remunerabi
lis eſt ad vitā quā fides dirigit. ſed nō ſola il
la bona ē vt aiūt. Nā ſi quis iude⁹ vel malus
chriſtianus neceſſitatē proximi reuelauerit:
naturali pietate ductus: bonū fecit: ⁊ bona
fuit voluntas qua illud fecit.

Hic ponūtur quedam Aug. capitula que
retractauit: nō quaſi praue dicta: ſed quo ſen
ſu dixerit inſinuans.

p Oſthec inueſtigari oportet qualiter itelligendū ſit qđ ait Aug. in lib. de vera religiõe: Uſqꝫadeo igr peccatuꝫ volūtariuꝫ malū eſt: vt nullomodo ſit peccatum ſi nõ ſit volūtariū. huius dicti Aug. rõnez aperiẽs i libro retrac. dicẽs. Poteſt videri falſa hec diffinitio. ſꝫ ſi diligẽter diſcutiatur: inuenietur veriſſima eẽ. pctm̄ quippe illđ cogitãduꝫ eſt: qđ tm̄modo peccatū eſt. nõ qđ ẽt pena ẽ pcti. ſ. pctm̄ primi hois qđ fuit pctm̄ ⁊ cauſa: ſed nõ pena. Quis ⁊ illa q̄ nõ volūtaria pctã nõ imerito dicūtur. q꞉ ⁊ a neſciẽtibus ꝉ a coactis perpetrãtur: nõ oimodo pñt ſine volūtate cõmitti. qm̄ ⁊ ille q peccat ignorãs volūtate vtiqꝫ facit: qđ cū faciẽdū nõ ſit: putat eẽ faciẽdū. Ille vero q ꝯcupiſcẽte aduerſus ſpiritum carne: nõ ea q̄ vult facit. ꝯcupiſcit qdẽ nolẽs: ⁊ i eo nõ facit qđ vult ſed ſi vincitur concupiſcentie cõſentit volẽs. ⁊ in eo non facit niſi quod vult. ⁊ illud quod in paruulis eſt origīale pctm̄ ex primi hois mala volūtate cõtractū ẽ. Nõ itaqꝫ falſū ẽ qđ diximus. vſqꝫ adeo pctm̄ volūtariū ẽ ⁊c. Ecce qualiter illđ accipiẽduꝫ ſit. ſ. de pmo pctõ hois: vel de oibus gñaliter peccatis mortiferis: quoꝝ licet quedã dicant̄ nõ voluntaria. q̄. ſ. p ignorãtiã vꝉ p infirmitatẽ fiũt. eadẽ tm̄ rõne ea pñt volūtaria dici: q꞉ ſine volūtate nõ cõmittunt̄.

Aliud capitulum.

Illius ẽt intelligẽtia pquirẽda ẽ: qđ i lib. de duabus aiabus edidit inquiens. Nuſq̄ niſi volūtate pctm̄ ẽ: qđ in lib. retrac. plane determinat dicẽs: põt putari ffa eſſe iſta ſnia qua diximus nuſq̄ niſi i volūtate eẽ pctm̄: cuꝫ apl's dicat: q đ nolo hoc facio ⁊c. Sed pctm̄ qđ nuſq̄ eſt in volūtate: illđ pcipue intelligendū eſt qđ iuſta dãnatio cõſecuta ẽ. i. primū hois peccatuꝫ. In eodem quoqꝫ li. de duabus animabus ait. aliud tradit cõſideratõe dignuꝫ: ait eniꝫ. Nõ niſi volūtate peccat̄. Ipſamqꝫ voluntatẽ diffiniuit dicens. Uolūtas eſt animi motus cogẽte nullo ad aliquid vel nõ admittendū vel adipiſcendū huius dicti cãm aperiens ⁊ intelligentiã pandens in lib. retrac. ait. Hoc ppterea dictū eſt vt hac diffõne volens a nolente diſcerneret̄: ⁊ ſic ad illos referretur intentio qui i paradiſo fecerũt origineꝫ mali peccãdo nullo cogẽte. i. libera volūtate. q꞉ ⁊ ſciẽtes cõtra preceptum fecerũt: ⁊ ille tẽtator ſuaſit vt hoc fieret nõ coegit: Nam qui neſciens peccauit nõ incongruenter peccaſſe nolẽs dici poteſt. Quãuis ⁊ ipſe quod neſciens fecit: volens tamen fecit Ita nec tale peccatum ſine voluntate eſſe potuit. ſed volūtas facti ibi fuit: non voluntas peccati. qđ tamen factum fuit peccatum: hoc enim factum eſt: quod fieri nõ debuit. Quiſquis autem ſciens peccat: ſi poteſt cogenti ad peccatum ſine peccato reſiſtere: nec tamen facit: vtiqꝫ volens peccat. q꞉ qui poteſt reſiſtere non cogitur cedere. Quapropter peccatuꝫ ſine voluntate eſſe non poſſe veriſſimū eſt. Ex his liquet qualiter ſuperiora accipienda ſunt.

Qđ mala voluntas eſt volūtarium pctm̄.

f I autem omne peccatum mortale voluntarium ẽ: cum volūtas peccatū ſit mortale: cõſtat ipſam eſſe voluntariuꝫ peccatum. Quid enim vt ait Aug. tam in voluntate q̄ ipſa voluntas ſita eſt. Uolūtas itaqꝫ mala recte dicitur voluntarium peccatum q꞉ in voluntate conſiſtit. Uoluntas quippe vt ait Aug. in eodem eſt prima cauſa peccandi: aut nullum peccatum eſt prima cauſa peccandi. nec eſt cui recte imputetur peccatum niſi peccanti. non eſt ergo cui recte imputetur: niſi voluntati. hoc autem de peccato actuali ⁊ mortali intelligẽdum eſt. Neqꝫ his verbis aliud voluit Aug. oſtendere vt ipſe ait in retractationibus: niſi q꞉ voluntas eſt qua peccatur ⁊ qua recte viuitur.

c Umqꝫ intentio vt ſupra dictū eſt. Oſtẽſo q ex finis intentõe vel volūtate act⁹ exterior habꝫ maliciã ⁊ bonitatẽ. Hic determinat quaſdã qõnes circa predeterminata. Et diuiditur in partes duas. In prima inquirit de actu peccati per comparationẽ ad itentiõeꝫ. In ſcđa đ actu pcti inqrit per ꝯpatõeꝫ ad voluntatem. ibi. Poſt hec inueſtigari oportet. Prima in duas diuiditur. In prima mouet queſtionem. In ſecunda determinat eam. ibi. Et q a quibuſdam non irrationabiliter aſtruitur ⁊c. Et hec diuiditur in duas ſm duas opiniones. Secunda incipit. ibi. Alii vero qui trifariam ⁊c. Circa primum tria facit. Primo ponit ſolutionem propoſite queſtionis ſm vnam opinionẽ. Secundo obiicit in contrarium. ibi. His autem obiicit ⁊c. Tertio ponit reſponſionem. ibi. Quibus illi reſpondent ⁊c. Poſt hec inueſtigari opꝫ ⁊c. Hic determinat de actu peccati in comparatione ad voluntateꝫ. Et diuiditur in partes duas. In pma inquirit de peccato in genere per comparationem ad voluntatem. In ſecunda de illo ſpecialiter pctõ quod in interiori voluntatis actu conſiſtit. ibi. Si ãt omne peccatum mortale ⁊c. Prima diuiditu i tres ſm q tres auctoritates Augu. ponit in materia iſta que dubitationem habent. Secunda ibi. Illius ⁊ intelligentia perquirenda eſt ⁊c. Tertia ibi. In eodem quoqꝫ libro ⁊c. Hic eſt duplex queſtio. Prima de cõparatione actus ad intentioneꝫ. Secunda de comparatione peccati ad voluntatem. Circa primum queruntur duo. Primo vtrum fides intentionem dirigat. Secundo vtrum aliquis actus in infidelibus

poſſit eſſe bonus:quoꝝ intentio non ē p fidē directa.
D primū ſic proceditur. videtur ꝙ fidei non
a ſit intentionē vniuerſaliter dirigere. Diuer
ſorum enim ſpecie diuerſe ſunt regule ⁊ men
ſure:vt ex.io.methaphy.pꝫ:q: mēſura eſt homoge-
nea menſurato:ſed virtutes diuerſe ſunt ſm ſpecieꝫ
ergo fides non poteſt dirigere in operationibus om-
nium virtutum. ¶ Pre.cuius eſt ordinare eius eſt
etiaꝫ dirigere:quia directio eſt per ordinationem in
fineꝫ:ſed ordinatio eſt rationis.ergo ⁊ dirigere:⁊ ita
non indigetur fide ad dirigendum. ¶ Preterea.ſm
Bernar.prudentia eſt auriga virtutuꝫ:ſed aurige of
ficium eſt currum dirigere.ergo videtur ꝙ dirigere
pertineat ad prudentiam ⁊ non ad fidem. ¶ Prete-
rea.opus dicitur eſſe rectum ſm ꝙ conformatur legi
ſed aſſentire legi pertinet ad iuſtitiam. vnde ⁊ lega-
lis dicitur a philoſopho in quinto ethi.ergo videt ꝙ
lex iuſtitiam dirigat. ¶ Pre.xp̄s non habuit fidem.
ſi igitur fides dirigit intentionem xp̄s non habuit in-
tentionem rectam:quod abſurdum eſt. ¶ Preterea
ſm Tullium:virtus eſt habitus quidam in modum
nature rationi cōſentaneus:ſed quelibet natura p ſe-
ipſam tēdit in finem ſuuꝫ:ſicut ignis per ſuaꝫ leuitatē
ſurſum dirigit:⁊ terra deorſum. ergo quelibet virtus
diriget ſuum actum in finem. ¶ Cōtra. Illius eſt di
rigere:cuius eſt oſtendere quo eūdum eſt:ſed hoc fa
cit fides:q: fides eſt ſubſtātia ſperādaꝝ rerꝝ. heb.ii.
ergo fidei eſt dirgere itentiōem. ¶ Pre.a primo eſt
rectitudo i oībus aliis:ſꝫ fides eſt prima virtutū.ḡ fi-
dei eſt itentiōeꝫ oiuꝫ virtutū dirigere. ¶ Rño dō:ꝙ
rectū dicitur eſſe cui⁹ mediū nō erit ab extremis.act⁹
aūt cōſiderat iter duo q̄ quaſi ſūt eius extrema.ſ.pn-
cipiū agens ⁊ finē intētum. vnū opere vl' intentōe re
ctitudo eē dicitur ſm ꝙ opus ab agēte egrediēs non
p̄tergredit ordinē debiti finis.⁊ iō illius eſt dirigere
cuius eſt in fineꝫ ordinare.ſꝫ ordinare i finē cōtingit
dupliciter:vel oñdendo finē vel inclinādo in finem.
Oſtendere aūt finē rōnis ē:ſꝫ inclinare in finē ē volū
tatis:q: amor i quo act⁹ volūtatis exprimit ē q̄ſi q̄-
dam pōdus aie ſm Augu.ſed pfecte finē oñdere non
cōpetit rōni:niſi ſm ꝙ ē per habitū perfecta:ſilr non
cōpetit perfecte iclinare i finē volūtati : niſi ſm q eſt
per habitū perfecta.finis aūt humanorū actuū pōt
accipi dupl'r:vel finis ꝓprius ⁊ proxim⁹: vel cōis ⁊
vltimus:⁊ h eſt duplex:q: vel excedit facultatē natu
re:ſicut felicitas futura in patria ⁊ i hūc finē oñdēdo
dirigit fides:⁊ iclinādo dirigit charitas ſicut aliqua
forma naturalis iclinat in ſuū finē.q: ad hūc finē non
ſufficit dirigere naturalis potētia:neqꝫ p ſe:neqꝫ per
fecta per habitū naturalē vel acqſituꝫ.⁊ q: ad hūc fi-
nē cū ſit vltim⁹ ſūt oēs alii fines ordinati:ideo fides ⁊
charitas dnr dirigere intentionē vlr i oibus.i finē āt
cōem ꝓportionatū humane facultati dirigit ratio oſtē
dēdo perfecta per habitū ſapiētie acqſite cui⁹ ē act⁹
felicitas cōtēplatiua:vt in.x.ethi.dicit:vel perfecta
per habitum prudentie:cuius act⁹ eſt felicitas ciui-
lis.iclinādo āt virtus appetitiua ſꝫ ꝙ ē perfecta ha-
bitibus virtutū moraliū. ¶ Ad primū ergo dōꝫ ꝙ di
uerſoꝝ ſpē nō pōt eē idē regulās ꝓpriū: ſꝫ pōt idē eſſe
cōe:⁊ ſic fides dirigit inq̄tū ordinat in finē vltimuꝫ.
¶ Ad ſcōm dōꝫ:ꝙ ratio nō pōt ſufficienter dirigere
ad h ꝙ humanā cognitionē naturalē excedat: i quod
tū ſicut in finē vltimū oꝫ oēs actus noſtros ordinari.
ideo oportet ꝙ fides dirigat. ¶ Ad tertiū dōꝫ ꝙ pru
dentia ſufficienter dirigit ad finē illū q eſt bonum hu
manum:nō aūt ad finem qui eſt bonū diuinū quale ē
quod in patria ꝓmittitur. ¶ Ad quartum dōm:ꝙ
lex dirigit ſicut oſtēdens qualis debeat eē actus pro
portionatus fini vltimo.nō.n.quilibet actus cuilibet
fini ꝓportionatus eſt vt ſupra dictū ē.⁊ ideo directio
fidei que oſtendit finem p̄cedit directionē legis que
docet actū:⁊ ita etiā p̄cedit directionem iuſtitie que
per modū inclinatōis rectitudinē act⁹ facit quā lex
oſtēdit. ¶ Ad quintū dōm:ꝙ in fide ſūt duo.ſ.cogni-
tio ⁊ enigma:vel obſcuritas ſiue iperfectio. Fides āt
habet dirigere:nō ratione obſcuritatis ſed ratione co-
gnitionis.⁊ ideo cū xp̄s habuit perfectaꝫ cognitiōeꝫ
in eo fuit perfecte rectitudo intentionis. ¶ Ad ſextū
dōm:ꝙ inclinatio naturalis i finem preſupponit quē-
dam itellectum preſtituētem finē nature ⁊ dātem ſibi
inclinationē i finem vltimum:⁊ ita etiam iclinatiōem
moralis virtutis i finem p̄cedit prudētia q̄ſi oñdēs ⁊
dirigēs i finem:⁊ ſic ſingule virtutes iclinando diri-
gunt i fines ꝓximos:non aūt i finem vltimum.
D ſcōm ſic ꝓcedit.videt ꝙ nullus actus in-
a fidelis hois bonus eſſe poſſit:q: vt dicitur i
glo. Ro.xiiii. Omnis vita infidelium pecca-
tum eſt:ſed nō poteſt eſſe ſimul peccatū ⁊ bonus ac-
tus.ergo nullus actus ifidelis bon⁹ eſt. ¶ Pre.oīs
actus bonus ē rectus:ſꝫ oīs act⁹ rectus ꝓcedit ab in
tentiōe recta:cū igitur fides itentiōem dirigat videt
ꝙ vbi nō eſt fides act⁹ bonus eſſe nō poſſit. ¶ Prete
rea.oē bonum deo placet ⁊ ē ſibi acceptum: ſꝫ vita in
fideliū nō eſt deo accepta qui gratia caret. ergo i eis
actus bonus nō eſt: ¶ Pre.illud ꝓprie dicitur malū
quod caret aliqua perfectiōe quā natū eſt ⁊ debet ha
bere.ſed oīs actus humanus natus eſt in vltimum fi
nem beatitudinis referri niſi ſit per ſe malus : ⁊ de-
bet in ipſum referri:vt ex dictis patet.cum ergo ac-
tus infidelium in vltimum finem non referatur in
quem fides dirigit:vt dictum eſt : videtur ꝙ omnis
actus infidelium ſit malus. ¶ Pre.infidelitas fidei
opponitur:ſed fideles per fidem diriguntur in fineꝫ
aliquem:ergo infideles per infidelitatem in oppoſi-
tum finem diriguntur.ſed omnes actus fidelium ſūt
boni per hoc ꝙ ordinati ſunt in finem in queꝫ dirigit
fides. ergo eadem ratione omnis actus infidelium
eſt malus. ¶ Contra. Non eſt conſiliuꝫ niſi de bono
ſed infidelibus conſulitur: vt aliqua de genere bono-
rum faciant.ergo illorum actus non omnes ſunt ma
li. ¶ Preterea.nihil laudabile eſt vel laudatur niſi
bonum:ſed ſancti vt Hieronymus ⁊ Augu.ſepe lau-
dant aliquos gentiles de aliquibus operibus . ergo
aliqua opera ipſorum fuerunt bona . ¶ Reſpondeo
dō:ꝙ ſicut in rebus naturalibus vna perfectio alteri
ſuper additur:ſicut quedam res habent vnam illaꝝ
⁊ quedam duas:⁊ ſic deinceps: ita etiam in morali-
bus contingit in actu conſiderare aliquam perfectio
nem alii ſuperadditam:ex quaruꝫ vnaqueqꝫ dicitur
actus bonus:⁊ ſi aliqua illarum perfectionum deſit
deerit bonitas que eſt ſm perfectionem illam: verbi
gratia.omnis actus inquantum eſt actus habꝫ quan
dam eſſentialem bonitatem ſecundum ꝙ omne ens
bonum eſt:ſed in aliquibus actibus ſuperadditur q̄-
dam bonitas ex proportione actus ad debitum obie
ctum:⁊ ſecunduꝫ hoc dicitur actus bonus ex genere
⁊ vlterius ex debita commenſuratione circunſtātiaꝝ
dicetur bonus ex circunſtantia:⁊ ſic deinceps quouſ
qꝫ perueniatur ad vltimam bonitatem:cuius huma-
nus actus eſt ſuſceptiuus que eſt ex ordine in finem

vltimum per habitū gratie ⁊ charitatis. ⁊ ideo act⁹ illorum qui gratiam ⁊ charitatem non habēt hoc modo boni eſſe non poteſt. ⁊ hec eſt bonitas ſm quam actus meritorius dicitur: ſed ſubtracto poſteriori nihilominus remanet prius: vt in libro de cauſis dicitur. vnde ꝗuis ab infidelium actibus ſubtrahaẗ iſta bonitas ſm quaꝫ actus meritorius dicitur: remanet tamen bonitas alia vel virtutis politice vel ex circūſtantia vel ex genere. ⁊ ideo non oportet ꝙ omnis eorum actus ſit malus: ſed ſolum ꝙ ſit deficientis bonitatis: ſicut ꝗuis equus deficiat a rationalitate quaꝫ homo habet non tñ ideo malus eſt: ſed hꝫ bonitateꝫ deficientem a bonitate hoīs. ¶ Ad primum ergo dō ꝙ cum dr̄ omnis vita infidelium peccatū eſt: non ē intelligendum hoc modo ꝙ omnis actus eoꝝ peccatū ſit: ſꝫ q: ſemper cū peccato viuunt: q: infidelitas eſt tale peccatum quo retento nullum aliorum dimittetur. Vel dō ꝙ itelligitur de illis actibus ad quos ex ſua infidelitate impelluntur: vt eſt adorare ydola: ⁊ abſtinere a cibis prohibitis in lege quaſi non ſit eis licitum veſci: hoc videtur intendere apoſtolus.

¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ fides dirigit intētionem in finem vltimum: ſed ratio naturalis vel prudentia poteſt dirigere in aliquem finem proximum: ⁊ q: ille finis proximus eſt ordinabil' in finē vltimuꝫ etiam ſi actu non ordinetur: ideo in infidelibus quorum actus per vim rationis in talem finem diriguntur poſſunt aliqui actus eſſe boni: ſed deficiētes a pfecta bonitate ſm quam actus eſt meritorius. ¶ Ad tertium dō: ꝙ ſicut aliquid pticipat bonitatem: ita ēt deo eſt acceptum: ⁊ ideo actus illi enuntiantur deo accepti ſimpliciter qui meritorii ſunt completam bonitatem habentes: ſed tamen etiam actus alii ſm ꝙ ſunt boni ex gn̄e vel ex circūſtantia deo placēt: nō tamē ſicut remunerabiles eterno premio. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ non obligamur ad hoc ꝙ quilibet actus actu dirigatur in finem illum in quem non poteſt niſi fides dirigere: q: precepta affirmatiua non obligant ad ſemper ꝗuis ſemper obligent. ⁊ ideo nō oportet vt actus infidelium qui in finem illuꝫ non ē ordinatus ſemper ſit peccatum: ſed ſolum pro tempore illo in quo tenetur actum ſuum in fineꝫ vltimū referre. Ad quintum dō: ꝙ infideles non ſemper ex infidelitatis errore finem ſibi preſtituunt: ſed aliquando ex vero ⁊ iuditio recto rationis. ⁊ ideo non oportet ꝙ in quolibet actu peccent: ſed tunc ſolū quādo ex errore finem ſibi preſtituunt.

Einde queritur de comparatiōe peccati ad
b voluntatem. Et circa hec queruntur duo.
Primo. vtrum omne peccatum ſit volūtarium. Secundo. vtrum omne peccatum ſit in voluntate.

D primum ſic proceditur. Videtur ꝙ pecca-
a tum non ſit voluntarium. Malum enim vt
Dyo. dicit eſt preter voluntatem. obiectum enim voluntatis eſt bonum: ſed omne peccatum eſt malum. ergo peccatuꝫ non eſt voluntariuꝫ. Preterea philoſophus dicit in .iii. ethi. ꝙ poſtꝗꝫ aliquis eſt effectus malus per habitum non eſt in ipſo malū vel nō malū eſſe: cū igitur hō ſit malus per peccatū ⁊ quod non eſt in homine non poteſt dici voluntariū videtur ꝙ non omne peccatum ſit voluntarium.

Preterea. quod eſt ignoratum non poteſt eſſe voluntarium: q: voluntas cognitionem preſupponit: ſꝫ quedam per ignorantiam peccatur. ergo non omne peccatum eſt voluntarium. Preterea. aliquid dicitur eſſe voluntarium propter hoc ꝙ actus voluntatis tranſit i hoc ꝙ voluntariuꝫ dicitur: ſed in peccato ommiſſionis non eſt neceſſarium ꝙ ſit aliquis actus voluntatis vt ſupra dictum eſt. ergo non omne peccatum eſt voluntarium. Preterea nihil ꝙ eſt contra voluntatem eſt voluntarium: ſed primus motus eſt contra voluntatem: quod patet ex hoc quod dicitur Ro. vii. quod enim nolo malum hꝫ ago quod de primis motibus exponitur: igitur cuꝫ primus motus ſit peccatum: videtur ꝙ non omne peccatum ſit voluntarium. Preterea. quod eſt p neceſſitatatē originis traductum non eſt voluntarium: ſed aliqđ peccatum eſt huiuſmodi. ſ. originale. ergo non omne peccatum eſt voluntarium. Cōtra. nihil ꝓhibetur niſi quod eſt in poteſtate eius cui fit prohibitio: ſed peccatum omne prohibetur. ergo omne peccatum ē in poteſtate peccantis: ſed nihil eſt in poteſtate hoīs niſi quod eſt voluntarium. ergo oē peccatū ē voluntariū. Pre. inuoluntariuꝫ vt dicit phs in .iii. ethi. non meretur penā: ſed ignoſcētiā: ſꝫ oē peccatum meretur penam. ergo nullum peccatum eſt inuoluntariū. Reſpondeo dō: ꝙ peccatum ſm ꝙ habet rōnem culpe nō poteſt eſſe niſi in eo quod in poteſtate alicuius ꝯſiſtit: q: ex illo defectu qui in poteſtate ei⁹ ꝯſiſtit homo culpatur ⁊ vituperatur: nō autem ex eo ꝙ in poteſtate eius nō ſunt: vt ſi cecus naſcatur. talis enim defectus magis ad miſericordiaꝫ ꝓuocat ꝗꝫ ad vindictā. ⁊ q: potētia ſm quam noſtrorum actuū domini ſumus eſt: inde volūtas ē ꝙ oē id quod in poteſtate noſtra conſtitutum eſt volūtariū dicitur. ⁊ ideo oē opꝫ peccatum voluntariū eſſe ſm ꝙ peccatū ⁊ culpa idem ſūt: q: ſi peccatū largius accipiatur ſic inuenitur in omnibus que propter finē agūt: ſiue agaẗ ꝑ volūtatē: ſiue per neceſſitatē nature cuꝫ eoꝝ actus a fine debito obliquaẗ: vt in ſcdo phyſi. dicitur.

¶ Ad primum ergo dicēdū: ꝙ malum non eſt volitum per ſe nullus enim ad malum intendens aliqđ operatur vt Dio. dicit: ſed per accidēs pōt eē volūtariū dū. ſ. aliquis eſtimat bonuꝫ qđ malum eſt: vel cum appetit aliquod bonū ſꝫ qđ cui eſt adiuncta rō mali ſimpliciter. ¶ Ad ſcdm dō ꝙ ſicut habitus virtutis politice nō acquiritur ſubito: q: vna dies nō facit ver: vt in prime ethi. dr̄: ita etiam nec ſubito hit⁹ ille deſtruitur: ideo dicit phs ꝙ ex quo aliquis habitum vitioſum acquiſiuit non eſt in ptāte eius vt ſtatim habitū deponat: ſed tñ eſt in eius ptāte vt ſtatiꝫ nō ſm illū habitū operet̄: q: habitus voluntarii non inclinant neceſſario ad actus: ⁊ ſic etiā per exercitiū operum poterit ex toto habitus ille malus conſumi: ⁊ ita cōſtat ꝙ petū illi⁹ q vitioſum habitum habet: voluntarii rōnē non pdidit. ¶ Ad tertiū dō: ꝙ qū p ignorantiā peccaẗ illud quod eſt petū non eſt oīno ignoratū: ſꝫ ē ignoratū ſm qđ: q: neſciẗ de illo actu ꝙ malus ſit. ⁊ ſm hoc ꝙ ē malum nō erat rō volendi. ⁊ ideo talis ignorātia volūtariū non tollit. ¶ Et preterea ipſa ignorantia quodammodo volūtaria ē: q: ignorat ea que ſcire tenetur ⁊ poteſt. ſi autem ſcire non poſſet tūc voluntarie quidem faceret actuꝫ: ſed non volūtarie peccaret. ⁊ talis ignorantia inuincibilis eſt: quā ſi vitaẗ nō poſſet peccatū excuſaret: vt tā peccatum non eſſet. ¶ Ad quartum dōm. ꝙ ſm eos qui dicūt ꝙ i peccato ommiſſionis non exigitur act⁹ voluntatis petū illđ diciẗ volūtariū nō propter actū volūtatis i ommiſſione tranſeunte. ſed inquantum

ommiſſio in ptāte ommittētis ē;q: pōt ommittere:⁊
nō ōmittere. ¶ Ad qntū dō.ꝙ inter peccata actualia
minimū de rōne peccati hꝫ primus motus:⁊ ita;etiā
minimū hꝫ de rōne volūtarii.hoc tn̄.ſ.ꝙ voluntas
ꝑueniendo eū ipedire pōt i pticulari:q̄ūis nō poſſet
oēs vlr impedire:ita ꝙ null⁹ ſurgat:⁊ ſic aliquo mō
ē in ptāte volūtatis:dr̄ aūt eſſe contra volūtatē:q: in
ꝯtrarium eius eſt naturalis inclinatio volūtatis de
qua ſupra dictum eſt. ¶ Ad ſextū dō:ꝙ peccatū ori-
ginale per ſe loquendo ē peccatū nature ⁊ non perſo
ne niſi mediante natura.⁊ ideo eſt voluntarium vo-
luntate nature non tamen voluntate perſone cuiuſli
bet in qua inuenitur: ſed ade tantum qui naturam
infecit.

a D ſecūdū ſic proceditur. vr̄ ꝙ nō oē peccatū
ſit in voluntate. Peccatū enī ⁊ virtus ſunt
in eodem ſbo:ſed virtus eſt in rōne vt i pmo
ethi.dr̄.cum igitur voluntas ſit alia potentia a rōne
videtur ꝙ peccatum non ſit in volūtate. ¶ Pre.
quod eſt ſuſceptiuum dignioris pōt eſſe ſuſceptiuum
indignioris:ſed ꝯcupiſcibil' ē ſuſceptiua virtutis:q:
temperantia eſt in concupiſcibili.ergo ⁊ ꝯcupiſcibil'
non impeditur propter ſuam imperfectionem quin i
ea peccatū eſſe poſſit. ¶ Pre.in illa potentia ē pec
catum in cuius actu deformitas peccati conſiſtit:ſed
h non ſolum eſt in actu voluntatis:ſed etiam in acti-
bus aliarum potentiaꝝ vt ſupra dictū eſt,ergo non i
ſola voluntate peccatū eſt. ¶ Pre.obiectum volun
tatis eſt bonū ſimpliciter:ſed obiectū ꝯcupiſcibil' ē bo
nū ſm ſenſum:ſed magis peccatur per ꝯuerſionē ad
delectabilia ſenſus q̄ per ꝯuerſionē ad bonum ſim-
pliciter.ergo peccatum magis eſt incōcupiſcibili q̄ i
volūtate. ¶ Pre.ſap.xi.per que peccat quis per h
⁊ torquetur:ſed homo totus ponitur.ergo nō ſolū in
volūtate peccatū eius ꝯſiſtit. Contra eſt qd̄ in littera
dr̄:nuſq̄ niſi in voluntate peccatū eſt. ¶ Pre.ſicut
ſe habet falſa opinio ad intellectū:ita praua actio ad
volūtatē: ſed falſa opinio non eſt niſi in intellectu.er
go.peccatum nō ē niſi in volūtate. ¶ Rn̄deo dō:ꝙ
aliquid eſſe in volūtate pōt intelligi dupliciter:vel
ita ꝙ ſit in ea ſicut in cauſa:⁊ ſic ex premiſſa q̄one pꝫ
omne peccatum in voluntate eſſe inquantū oē pecca
tū voluntariū eſt:vel ita ꝙ ſit in ea ſicut in ſbo:⁊ tūc
diſtinguēdū ē:q: ſbm peccati pōt accipi vel proximū
vel primum:proximum ſbm peccati ē illa potentia q̄
actum peccati elicit:⁊ ſic in diuerſis potentiis contin
git eſſe peccatum:⁊ non ſolum in voluntate. Primū
autem ſbm peccati eſt ex quo ineſt homini peccati ſu
ſceptibilitas : ⁊ q: homo non eſt ſuſceptibilis culpe
niſi ſm ꝙ eſt dominus ſuorū actuum:⁊ h ſibi compe
tit ſm ꝙ eſt voluntatem habens:ideo primū ſbm pec
cati voluntas eſt. ¶ Ad primum ergo dō:ꝙ rō acci
pitur ibi a pho pro pte intellectiua que voluntatem
⁊ rationem complectitur:q: cuilibet apprehenſioni
ſuus appetitus reſpondet quod patet ex hoc ꝙ ratio
nabile per participationem vocat iraſcibile ⁊ concu-
piſcibile que ſunt potentie appetitiue. Eſt autem pec
catum in ratione ſicut in dirigente ⁊ in voluntate ſicͤ
in eligente.⁊ ideo cum peccatū in electione cōplea
tur potius voluntas q̄ ratio ſbm eius primum dici
debet. ¶ Ad ſecundū dō:ꝙ virtus nō ē i ꝯcupiſcibili
niſi ſm ꝙ aliqualiter participat rationem, inquantū
eſt rationi obediens.⁊ ideo non oportet ꝙ ſit primū
ſubiectū peccati:ſed primū pōt eſſe. ¶ Ad tertiū dō
ꝙ ſicut ſupra dictum eſt actus aliaꝝ potentiaꝝ nō ha
bent rōnem culpe:niſi ſm ꝙ ſubiacēt impio volūtatiſ
vn̄ pꝫ ꝙ pcti primū ſubiectū volūtas ē. ¶ Ad quar
tum dōm ꝙ delectabile ſm ſenſum:q̄uis non ſit ob-
iectū voluntatis inquantū huiuſmodi.pōt tn̄ eē obm
eius inq̄tum apprehenditur vt bonū ſimpliciter: et
hoc mō ē pctū circa delectabile ſenſus. ¶ Ad qntū
dōm:ꝙ etiam q̄uis homo poſſit puniri ſm oēs ptes:
nō tn̄ eſt ſuſceptiuus pene ſi pena ꝓprie ſumatur niſi
inq̄tum eſt voluntatē hñs:q: ex hoc aliquid penale
eſt quod volūtati aduerſatur.⁊ ideo volūtas eſt pri
mū ſubiectum pene ſicut ⁊ culpe. ¶ Si enim fides i
tentionem dirigat ⁊c. Iſta ratio ſoluta ē in ſecūdo ar
ticulo prime queſtionis. Qd̄ a qbuſdā nō irrationabi
liter aſtruitur ⁊c.ſi intelligatur ꝙ quelibet actio mala
ſit ⁊ peccatum opinio irrationabilis eſt , ſi autem in-
telligatur ꝙ quicquid agat in peccato ſemper perma
nent dum ſine fide ſunt opinio rationabilis eſt. Ni-
hil eſt bonum ſine ſūmo bono ⁊c. Infideles igitur ſūt
ſine ſūmo bono quantum ad illam ſocietatem que
eſt per participationem gratie.⁊ ideo gratuitum bo-
num in eis non eſt:non tamen ſunt ſine ſumo bono q̄
tum ad hoc ꝙ eius bonitatē per bona naturalia par
ticipant. Falſa virtus eſt etiam in optimis moribus
⁊c.quia.ſ.non ducit ad eternam felicitatem ad quā
virtus perfecta ⁊ vera per actus meritorios ducere
poteſt. Sine charitate nullum mandatorum ⁊c. Ue
rum eſt quantum ad intentionem precipientis:ſꝫ nō
quantum ad ſubſtantiam precepti:⁊ hoc habitum eſt
diſtin.xxviii. Bonum enim multipliciter accipit ⁊c.
Bonum ſm philoſophum diuiditur in vtile delecta
bile ⁊ honeſtum.ergo cum h iſte differētie non ponā
tur:videtur inſufficienter diſtinguere. Sed dicēdū
ꝙ philoſophus aſſignat partes boni que ſunt ipſius
ſm ſe.h autem aſſignantur partes boni in ordine ad
aliud.poteſt autem aliquid accipi eſſe bonum in ordi
ne ad tria. Primo modo vt in ordine ad finē: ⁊ ſic
reſpectu cuiuſq̄ finis dicitur vtile.reſpectu autem fi
nis vltimi qui eſt vita eterna :dicitur bonum remu
nerabile:quod eſt bonum honeſtum meritoriū. Se
cundo modo vt in ordine ad aliquod bonum ſimile:
ad quod ordinatur vel ſicut ſignum:⁊ ſic ſignum bo
ni dicitur bonum: vt patet in ſacramentis legalibus:
vel ſicut precedens eius ſimilitudinem. ⁊ ſic bonum
apparens dicitur bonum:⁊ hoc precipue eſt bonum
delectabile. Tertio modo in ordine ad preceptum:⁊
ſic dicitur bonum ſimpliciter quod lege precipitur ⁊
hoc eſt etiam remunerabile ⁊ honeſtum. Et ſecunda
rio dicitur licitum bonum quod nullo precepto pro-
hibetur. vnde modi Ariſtotilis quodammodo inclu
duntur in iſtis. Peccatum quippe illud cogitandū
⁊c. Iſta ſolutio procedit ſi accipiatur volūtariū ſim
pliciter ⁊ perfecte:quod non in omni peccato inueni
tur. Sed ſi accipiatur voluntarium quocunq̄ mo-
do:ſic inuenitur in quolibet peccato vt ipſe in proceſ
ſu ſolutionis oſtendit. Quod tamen in voluntate ⁊c.
voluntas dicitur eſſe in voluntate dum actus volū-
tatis proximus in poteſtate ipſi⁹ potentie exiſtit vtrū
q̄ enim dicit volūtas.ſ.potentia ⁊ actus.

## Diſtin. Quadraſima ſecunda.

An voluntas ⁊ actio mala in eodeʒ homine ⁊ circa eandem rem ſint vnum peccatũ vel plura.

**Um autem** voluntas mala ⁊ operatio peccatũ ſint: queri ſolet: vtruʒ in eodeʒ hoie ⁊ circa eandeʒ rem. hec duo vnuʒ ſint peccatum: vel diuerſa: vt ſi quis furatꝰ voluntate: volũtateʒ habuit malaʒ: que peccatuʒ eſt ⁊ actuʒ maluʒ qui peccatuʒ eſt. Hec auteʒ duo diuerſa ſũt: ſcilicet volũtas ⁊ actio. Sed nunquid diuerſa ſunt peccata: an vnum? Quidaʒ dicũt vnuʒ eſſe peccatuʒ: alii vero diuerſa eſſe peccata dicũt. q̄ꝛ cum cõſtet hec duo diuerſa eſſe: aut diuerſa duo eſſe peccata dicũtur aut duo diuerſa nõ peccata. Quibus alii hec duo reſpondent eẽ nõ peccata. Non enim peccata ſunt: ſed peccatũ vnum. q̄ꝛ vna preuaricatio vel inobediẽtia in vtroqꝫ admittitur: ſiue quãdo vult: ſiue quãdo agit: ⁊ vnus eſt ibi contemptꝰ: ſʒ minoꝛ cuʒ in volũtate ſoluʒ peccatuʒ cõtinetur: maioꝛ vero cuʒ volũtati etiaʒ operatio additur. ⁊ ideo maius fit peccatũ ⁊ non plura: cuʒ voluntas operi mancipatur.

Alia contra eoſdem oppoſitio.

s

Ed adhuc eiſdeʒ obiicitur. ſi vnuʒ tantum peccatuʒ illa duo peccata ſunt: cum quis volũtate mali prius cõcepta: deinde opus patrauerit: nõ pro aliquo reus eſt: niſi pro quo ante opus reus erat: cum adhuc in ſola volũtate peccatũ cõſiſtebat nullus cuiʒ reus eſt eterne mortis niſi pro peccato. ſed peccatum aliud non eſt admiſſum actione: ꝙ̄ prius admiſſum volũtate erat. Nõ igitur pro aliquo alio iſte fit dãnabilis actu peccando ꝙ̄ ante fuerat cum ſola voluntate delinquebat. Ad hoc etiam illi reſpõdentes dicũt ꝙ ꝓpter peccatuʒ dicit tãtum illum furem reum cõſtitui: ⁊ ꝙ̄uis eius volũtas ⁊ actio vnũ ſint peccatum: pro alio tamen reus factus eſt actu peccãdo: ꝙ̄ prius erat ſola volũtate delinquendo. qria pro actu qui eſt aliud ꝙ̄ voluntas: licet non aliud peccatum.

Alia aduerſus eoſdem oppoſitio.

i

Tem adhuc queſtioni inſtãt dicẽtes ideo hec duo diuerſa eſſe peccata: q̄ꝛ diuerſorum legis mãdatorum preuaricatiões ſũt. Alio enim mãdato legis prohibetur actio furti. ſ. nõ furaberis. Alio volũtas furãdi. ſ. nõ cõcupiſces rem proximi tui. Cũ hec duo diuerſa mãdata ſint quibꝰ illa duo prohibẽtur: patet illa duo diuerſas eſſe preuaricationes: diuerſa igitur peccata. Ad qd̄ ⁊ illi dicũt diuerſa quidem eſſe mãdata quibus illa duo diſtinctim prohibẽtur. vt Aug. docet ſuper exodum. Veruntamẽ in illis nõ obſeruatis vna preuaricatio tãtuʒ incurritur: vnumqꝫ peccatuʒ cõtrahitur: lʒ duo diuerſa illis prohibeãtur. Sicut econuerſo duo ſunt mãdata charitatis quibus duo precipiuntꝰ diligi: vna tamen in eis cõmendatꝰ charitas.

Si peccatum ab aliquo admiſſuʒ in eo ſit quouſqꝫ peniteat.

p

Reterea queri ſolet: cum ab aliquo peccato voluntate perpetrato: voluntas id agendi ⁊ actio tranſierit: nõduʒ tamen vera penitentia habita: vtrum illd̄ peccatum vſqꝫquo peniteat ſit in eo: quod non eſſe videtꝰ: q̄ꝛ volũtas illa que priꝰ fuit nõ eſt nec actio: q̄ꝛ nõ illud vult vel agit qd̄ ante voluit ⁊ egit. Sʒ nõ eſt ignorãdũ peccatũ duobus modis in aliquo dici eẽ ⁊ trãſire. ſ. actu ⁊ reatu. Actu eſt in aliquo dum ipſum qd̄ peccatũ eſt: vt actio vel volũtas in peccante eſt. Reatu vero cũ pro eo ſiue trãſierit ſiue aſſit: mens hominis polluta eſt ⁊ corrupta: totuſqꝫ homo ſuppliciis obligatus perpetuis: nec vnꝙ̄. eſt in aliquo peccatum actu preter originale qd̄ fit etiam reatu. Sed eſt reatu interdũ poſtꝙ̄ tranſit actu.

Quibus modis dicitur in ſcriptura reatꝰ.

Eatus autem in ſcriptura multipliciter accipitur ſ. pro culpa: pro pena: pro obligatione pene temporalis vł eterne. Si. n. mortale ẽ: obligat nos pene eterne. ſi veniale: obligat nos pene tẽporali. duo enim ſũt genera peccatoꝝ mortaliũ. ſ. ⁊ venialium. Mortale eſt per quod homo meretur penam eternam. Crimen. n. vt ait Augu. qd̄ eſt dignum accuſatione ⁊ damnatione. Veniale autem quod hominem vſqꝫ in reatũ perpetue mortis non grauat. Verũtamen pe nam meretur: ſed facile indulgetur.

De modis peccatorum qui multipliciter aſſignantur.

m

Odi autem peccatoruʒ varias i ſcriptura habent diſtinctiones: in qua dicitur duobus modis peccatum committi. ſ. cupiditate ⁊ timore. vt Aug. tradit ſuper illũ locum pſalmi: Incenſa igni ⁊ ſuffoſſa his. n. duobus modis dicit oĩa peccata mortalia includi. ⁊ incenſa dicit ea que ex cupiditate male incendente oriuntur. Suffoſſa vero

que ex timore male humiliante proueniunt. qđ ē quādo qs cupit nō cupiēda: vl' timet nō timēda. Alibi vero dicit᷑ peccatū fieri tribus modis.ſ.cogitatu: verbo: opere. Unde Hieronymus ſuper ezechielem tria generalia dicta ſūt: quib⁹ humanū genus ſubiacet.aut.n. cogitatōe: aut ſermōe: aut ope peccamus. his aliquādo etiā quartus adiicitur modus.ſ.cōſuetudinis: qđ i quadriduano lazaro ſignificatū eſt. Dr̄ quoqȝ hō peccare i deū: i ſe: ⁊ ī ꝓximū. In deum cum de deo male ſentit: vt hereticus: vel que dei ſunt vſurpare pręſumit ī digne participādo ſacramētis vel quādo nomen dei peierādo contemptibile facit. In ꝓximum peccat cum proximum iniuſte ledit. In ſe vero cum ſibi: non aliū nocet.

Quo differant delictum ⁊ peccatuȝ.

Variam quoqȝ appellationem habet. dicitur enim peccatum ⁊ delictuȝ. ⁊ delictum fortaſſe vt Auguſt. ait in queſtiōibus leuitici: declinare a bono: peccatuȝ eſt facere malū. Aliud ē.n. declinare a bono: aliud ē facere malū. Peccatū ergo ē perpetratio mali: delictū deſertio boni: qđ ⁊ ipȝ nomē oſtēdit. Quid.n. aliud ſonat delictū niſi derelictū. ⁊ qui delinquit quid derelinquit niſi bonū: vel delictū eſt qđ ignorāter fit. peccatum qđ ſciēter cōmittitur. Indifferēter tamen: ⁊ peccatum nomine delicti: ⁊ delictum nomine peccati appellatur.

De ſeptem viciis principalibus.

p Reterea ſciēdū.vii.eē vicia principalia vel capitalia: vt Gre. ſup exodum ait.ſ. inanē gl'iam: irā: inuidiā: accidiā: vel triſtitiā: auaritiā: caſtrimargiā: luxuriam: que vt ait Joānes chryſoſtomus ſignificata ſūt in.vii. populis q terrā ꝓmiſſiōis iſraeli ꝓmiſſaȝ tenebāt. de his quaſi.vii. fontib⁹ cuncte aiaꝝ mortifere corruptele emanāt. ⁊ dr̄ hec capitalia. q2 ex eis oriūt᷑ oīa mala. nulluȝ malū ē qđ nō ab aliquo hoꝝ origīnē trahat.

De ſuperbia que eſt radix oīs mali.

E ſuperbia tamē oīa mala oriuntur. ⁊ hec ⁊ alia. q2 vt ait Gre. radix cuncti mali eſt ſupbia de qua dicit᷑. Initium oīs peccati vel mali ē ſuperbia: que eſt amor ꝓprie excellētie. Cui⁹ quatuor ſūt ſpecies: vt Grego. ait. Prima eſt cū bonū qđ hȝ quis ſibi attribuit. Secūda cū credit a deo eſſe datū: ſȝ tamē ꝓ ſuis meritis. Tertia cum ſe iactat habere qđ nō hȝ. Quarta cū ceteris deſpectis ſingulariter vult videri. Merito ergo radix omnis mali dicitur ſuperbia. huic autē videtur obuiare qđ ait apl's. Radix omnium maloꝝ eſt cupiditas. ſed ſi radix oīum maloꝝ cupiditas ē. ergo ſupbie. Quō ergo ſupbia radix eſt ⁊ initium oīs peccati.

Quo ſenſu vtrunqȝ dicat᷑ radix omnium malorum.ſ. ſuperbia ⁊ cupiditas.

s Ed vtrunqȝ recte dictū eſſe itelligit᷑ ſi genera oīa peccatorum ſinguloꝝ nō ſingula generū vtraqȝ locutiōe intelligantur includi. Nullū ergo ꝙppe gen⁹ peccati eſt quod ex ſuperbia iterdum non proueniat. nullum etiam eſt qđ ex cupiditate aliqū nō deſcendat. Sūt enim nōnulli homines qui ex cupiditate fiunt ſuperbi. ⁊ aliqui ex ſuperbia fiunt cupidi. eſt.n. vt ait Aug. homo qui nō eſſet amator pecunie: niſi per hoc putaret ſe excellētiorem eſſe. ideoqȝ vt excellat diuitias cupit: tali ex ſuperbia aborit᷑ cupiditas. ⁊ eſt aliquis qui nō amaret excellere: niſi putaret per hoc maiores diuitias habere. Ideoqȝ excellere laborat q2 diuitias habere amat. hic innaſcitur ſuperbia.i. amor excellentie ex cupiditate: Pȝ ergo q2 ex ſupbia aliquādo cupiditas: ⁊ ex cupiditate aliquando oritur ſupbia. ⁊ ideo de vtraqȝ recte dicitur q͛ ſit radix omnis mali.

Um aūt voluntas mala ⁊c. Poſtqȝ determinauit de pctō in generali. hic determinat de pctō in ꝯparatiōe ad ptes eius. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat diuerſas peccatoꝝ partes ⁊ modos. In ſcđa ſpālıter determinat de quodā pctō: qđ oīa alia trāſcēdit. xliii. diſt. Eſt preterea qđdaȝ gen⁹ pcti ⁊c. Prima ī duas. In prima īqrit ea q̄ ꝑtīt ad cōſtructionē vni⁹ pcti cōuenire: q̄ſi integrātia pctm̄ ⁊ cōſtituētia. In ſcđa ꝓſequitur diuerſas pctōꝝ diuiſiones. ibi. Modi aūt peccatoꝝ ⁊c. Prima diuidit᷑ ī duas. In ꝑma īqrit an actō exterior ⁊ volūtas cōueniāt ad conſtitutionem vni⁹ pcti. In ſcđa inqrit vtrū adhuc ſit aliquid aliđ i peccato ꝑter actū iteriorē ⁊ exteriorē. ibi. Preterea ſolet queri cū aliquo ⁊c. Circa primū duo facit. Primo mouet qōnem. Scđo determinat eā ſȝ diuerſoꝝ opiniones. ibi. Quidā dicūt vnū eē peccatū ⁊c. Et hec diuiditur i tres ſm̄ tres obiectiōes qb⁹ vna opio ꝯ aliā inenit᷑. Scđa īcipit ibi. Sȝ adhuc eiſdē obiicit᷑ ⁊c. 3ª. ibi. Itē ⁊ adhuc qōni ⁊c. Pre. ſolȝ q̄ri ⁊c. Hic inquirit vtrū preter actū iteriorē ⁊ exteriorē ſit aliquid aliud in pctō qđ remaneat actu trāſeūte. ⁊ circa hoc tria facit. Primo oſtendit q͛ trāſeunte actu interiori ⁊ exteriori remanet reatus. Scđo oſīdit quot modis reatus dicit᷑. ibi. Reatus in ſcriptura multipliciter accipit᷑ ⁊c. Tertio: ſȝ reat⁹ diuerſitatē aſſignat diuerſa genera peccatorum. ibi. Duo.n. ſūt pctōꝝ genera ⁊c. Hic quinqȝ queruntur. Primo ſi volūtas ⁊ act⁹ exterior ſūt vnū pctm̄. Scđo ſi trāſeunte actu remanet reatus. Tertio de diuiſione pctōꝝ per veniale ⁊ mortale reatū q̄ penes ſumit᷑. Quarto. de lr̄a veniat' ⁊ mortalis: ⁊ precipue quantuȝ ad genus operis. Quinto: vtrum pctm̄ mortale penā eternā mereat᷑: ⁊ ⁊ in hoc a veniali differat.

a D primū ſic ꝓceditur. videtur ꝙ voluntas ⁊ actus ſint duo pctā: q: Augu. dicit ꝙ ex hoc eſt aliquid peccatū: q: diuinis legibus cōtrariatur: ſed duo ꝑcepta ſūt diuerſa quibus ꝓhibetur voluntas interior ⁊ act⁹ exterior: vt pꝫ Exo. xx. non furaberis. Item ⁊ nō cōcupiſces rem proximi tui. ergo actus exterior ⁊ interior ⁊ volūtas praua ſūt diuerſa pctā. ℂ Pre. nō pt aliqs magis mal⁹ effici ⁊ magis pctō: niſi ꝑ hoc ꝙ peccat pctō accumulat. ſꝫ magis peccat [illegible] q̄ volūtate l' actū [illegible] vt pꝫ Mat. v. vbi [illegible] obprobria dicenti ꝙ̄ ſoli cōtra fratre [illegible] actus exterior additus ſit aliud peccatū. ℂ Preterea diuerſorum habituū ſūt diuerſi actus: ſed nō eſt idē habitus perficiēs id qḋ eſt rationale per eēntiam ⁊ rōnale per participationē: cū igitur peccatū volūtatis ſit in actu eius: quod eſt rōnale per eēntiam: q: volūtas in rōne eſt: vt Dama. ⁊ phs dicunt: actus autem exterior in eo qḋ eſt rationale ꝑ participationē quo mediāte ab intellectu motus exterior egreditur: videt ꝙ nō ſit vnū pctm̄ volūtatis ⁊ act⁹ exterioris.

ℂ Pre. multiplicato ſuperiori multiplicat̄ inferi⁹ vn⁹ eni homo nō eſt plura aīalia. ſed act⁹ ē ſuperior ad peccatū: q: pctm̄ nihil eſt aliud ꝙ̄ quidā actus inordinatus: cū igit̄ act⁹ volūtatis ⁊ actus exterior ſint diuerſi act⁹: q: a diuerſis procedūt potētiis: videt̄ ꝙ non ſunt vnū pctm̄ volūtas interior ⁊ actus exterior.

ℂ Pre. vnum accidēs nō pōt ī diuerſis ſubiectis eē ſed actus interior eſt ſicut in ſubiecto ī volūtate: cuius eſt actus. actus autē exterior: in potētia mouente organū. ergo nō pōt eſſe vnū peccatū: cū peccatū ſit quoddam accidēs. ℂ Cōtra. plurib⁹ peccatis debētur diuerſe pene. ſed nō iniungitur alia pena in ſatiſfactione ꝓ voluntate interiori ⁊ actu exteriori. ſꝫ vna tm̄ē. ḡ vnū pctm̄. ℂ Pre. vbi vnū ꝓpter alterū ibi tantū vnū: vt phs dicit: ſꝫ act⁹ exterior nō eſt peccatū niſi ꝓpter volūtatem. ergo volūtas ⁊ actus exterior nō ſunt duo pctā ſed vnū. So. dōm. ꝙ cum vn⁹ ⁊ ens cōuertant̄: oꝫ vt ſm idē a quo res hꝫ eſſe iudiciū de eius vnitate ⁊ multiplicatione accipiat̄: ſicut patet in naturalibus vbi res hꝫ eſſe per formā: habꝫ etiā vnitatē per formā. vnde oportet ꝙ diuerſarū rerum ſint diuerſe forme: ꝙ̄uis fortaſſis pricipiū multiplicationis forme ſit materie diuiſio: vt in his q̄ numero tantum differūt: nihilominus tamē nō poſſꝫ eē pluralitas hominū niſi eēnt plures forme humane. ⁊ ſic de aliis: ſicut autē ſuperius oſtenſum eſt actus non ponitur in genere moris niſi ꝓpter voluntatē. ſ. ſꝫ ꝙ eſt a volūtate elicitus vel imperatus. ⁊ iō ſm vnitatem volūtatis eſt ſumēdū iudiciū de vnitate eius qḋ in genere moris dicitur. vnde contingit aliquid qḋ ē vnū in genere nature conſideratum: vt vnū motū continuum eſſe plures ſm ꝙ ad genus moris retorq̄tur ſi voluntas in actu varietur: vt quando bona intentione quis incipit ⁊ mala terminat: vt ſupra oſtenſum eſt. ⁊ econtrario contingit eſſe actus plures ſm ꝙ ad genus nature referuntur qui tū ſunt vnū ſm ꝙ in genere moris cōſiderātur vt patet in eo qui furatur. q: omnes actus eius qui ad finem furti ordinantur peccatū ſunt cum mala intentiōe fiant qui poſſūt valde multi eſſe ⁊ tamen omnes computantur vt vnum peccatum: q: non habent rationem peccati niſi ſm ꝙ per vnam voluntatem in vnum peruerſum finem ordinantur. ſic ergo diſtinguere oportet in propoſito: quia cum queritur vtrum voluntas ⁊ actus exterior ſint diuerſa peccata. aut intelligitur de voluntate coniuncta actui exteriori aut de voluntate p̄cedente. Si de coniuncta ſic oportet ꝙ peccatū vnū ſit volūtas iterior ⁊ act⁹ exterior: q: volūtas nō multiplicatur actus. Si autem de volūtate ſeparata ſic eſt aliud peccatum: quia actus voluntatis multiplicatur. Quando enim actum explet exteriorem etiam actum volūtatis iterat. ⁊ ideo oportet ꝙ ſint duo peccata: non propter diuerſitatem actus interioris ⁊ exterioris. ſed propter diuerſitatem duorum actuū interiorum voluntatis. ℂ Ad primum ergo dicendū ꝙ in hoc precepto: non concupiſces rem proximi tui non prohibetur illa voluntas furandi que eſt coniuncta actui: ſed que eſt ab actu ſeparata que etiam ſine actu quandam turpem iocunditatem habet que autē piūcta ē actui ꝓhibet̄ illo ꝑcepto quo furtū ꝓhibet nihil enim cadit ſb ꝑcepto l' ꝓhibitōe: niſi ſꝫ ꝙ ē volūtariū. ℂ Ad ſcdm dōm ꝙ intenſio ⁊ remiſſio in his q̄ ſm magis ⁊ minus dicuntur non eſt per additionem ſicut in his que ſm quantitatem augmentātur in quibus quantitas quantitati additur: vt maior quantitas fiat: non enim calor calori additur vt magis calidum fiat: nec curuitas curuitati vt fiat magis curuū vt in. iiii. phyſi. dicitur: ſed cauſatur intenſio ex hoc ꝙ illud quod intenditur magis perfectum inuenitur ⁊ ſuo oppoſito impermixtius. vnde non oportet ad hoc ꝙ aliquis magis peccet ꝙ peccatum addatur quia ſic quelibet circunſtantia aggrauans peccatum eſſet: ſed oportet vt deformitas peccati perfectior ſit ⁊ hoc contingit quando aliquis per actum exteriorem peccat: quia maior eſt deformitas que in actu interiori ⁊ exteriori eſt ꝙ̄ illa que tantum in voluntate eſt niſi forte ſit volūtas completa que ꝓ actu reputatur. ℂ Ad tertium dōm: ꝙ a diuerſis habitibus diuerſi actus eliciuntur: non tamen opꝫ ꝙ ſemper illi actus diuerſi ſint diuerſa peccata: vel etiam diuerſa merita: ſed poſſunt eſſe vnum: vt pꝫ p̄cipue qn̄ vnum peccatū imperat actum alteri⁹ peccati: vt cum quis furatur ꝓpter gulā: eſt enim tunc vnū peccatum diuerſas habens deformitates ꝙ̄uis ſint ibi plures actus. ℂ Ad quartū dōꝫ: ꝙ actus ſimpliciter acceptus non eſt genus peccati niſi ſm ꝙ ſub voluntate cadit: ⁊ ideo vbi nō multiplicatur actus volūtatis non multiplicatur peccatum. ℂ Ad quintū dōm: ꝙ peccatū ſicut in primo ſubiecto eſt in voluntate ſicut ſupra dictum eſt. ⁊ ideo non eſt inconueniens vt peccatum in diuerſis actibus conſiſtat: quia inquantum ſunt actus habent ſubiecta diuerſa: potentias. ſ. eliciens actum: inꝙ̄tum vero ad genus moris pertinent habent vnum ſubiectum voluntatum.

a D ſcdꝫ ſic ꝓceditur. videtur ꝙ poſt actū peccati reatus non remaneat. Ceſſante enim cauſa ceſſat effectus. ſed aliquis non eſt re⁹ pene niſi propter actum. ergo poſt actum non remanet reatus. Si dicatur ꝙ aliquis eſt reus pene nō ſolū quia hoc facit: ſed indifferenter q: hoc facit: vl' q: hꝫ facit. ℂ Cōtra. manēte cā manet effectus: ſꝫ ex quo aliquis actum peccati fecit non pōt illḋ non feciſſe: q: vt qḋ preteritū eſt nō fuerit etiam nec deus facere poteſt: vt in primo lib. dictum eſt diſt. xlii. ergo nū ꝙ̄ aliquis a reatu culpe abſolui poſſet. Si dicatur ꝙ reatus manet poſt actum propter effectum quē act⁹ in ſubiecto relinquit qui remoueri poteſt.

ℂ Contra effectus relictus ex actu eſt diſpoſitio habitus: ſed propter neutrum iſtorum homo reus

pene tenetur: q̄ homo a reatu pene abſoluit̄ adhuc
diſpoſitione ad peccandum per conſuetudinem idu
ctam in eo manente. ⁊ ſimiliter quandoq̄ȝ diſpoſitio
⁊ habitus tollitur ⁊ tamen reatus remanet; vt quan
do aliquis per auaritiam peccans habitum auaritie
acquirit qui poſt modum habitus corrumpitur in
eodem per prodigalitatis actus ex quibus habitus
contrarius generatur etiam ſine hoc ꝙ gratia inter-
ueniat que reatum ſoluit. ergo non poteſt dici ꝙ pro
pter effectum relictum ex actu reatus poſt actum re
maneat. Si dicatur ꝙ non manet reatus poſt ac-
tus propter effectum predictum: ſed propter macu-
lam. Contra. macula illa ſi non ſit diſpoſitio vel ha-
bitus nihil aliud poteſt eſſe q̄ȝ gratie priuatio: ſed p̄-
uatio gratie cōmunis eſt omnibus peccatis mortali
bus. ergo ex omnibus mortalibus manet vna macu-
la: ⁊ ita vnus reatus qđ falſum eſt. ¶ Preterea. in
fuſa gratia ceſſat gratie priuatio. ſed adhuc tamē ali
quis reatus manet quo homo ad penam ſaltem tē-
poralem obligatur. ergo non videtur ꝙ per priuatio
nem gratie reatus poſt actum remaneat. ¶ Contra.
Nullus punitur iuſte niſi ſit ad penam obligatus: ſȝ
peccatores iuſte puniuntur poſtq̄ȝ actu non peccant
ergo ſunt obligati ad penam. ergo eſt in eis reatus q̄
nihil aliud eſt q̄ȝ obligatio ad penam. ¶ Preterea. ſi
cut ſe habet actus virtutis ad premium: ita ſe habet
peccati actus ad penam ſed tranſeunte actu virtu-
tis adhuc manet meritum premii. ergo tranſeūte ac
tu peccati adhuc manet reatus pene. ¶ Reſpōdeo
dđ ꝙ reatus dicitur ſm ꝙ aliquis eſt reus pene. et
ideo proprie reatus nihil eſt aliud q̄ȝ obligatio ad pe
nā: ⁊ quia hec obligatio quodammodo eſt media in-
ter culpam ⁊ penam ex eo ꝙ propter culpam aliquis
ad penam obligatur. ideo nomen medii tranſſumitur
ad extrema vt interdum ipſa culpa vel etiam pena
reatus dicatur vt in littera dicitur. Cum autem pe-
na ſit medicina quedam vt phyloſophus in ſecundo
ethicorum: dicit ⁊ medicina non detur niſi cōtra de
fectum aliquem oportet ꝙ ad penam aliquis pro ali
quo defectu obligetur non ꝙ ille defectus ſemper ſa
netur per penam in eo in quo eſt: vt patet in damna
tis ⁊ in fure qui ſuſpenditur: ſed pena recompenſat
defectum in ſtatu vniuerſi vel etiam rei publice pro
pter ordinem iuſtitie quilibet qui in pena apparet:
non autem defectus ad penam obligat. Sunt enim
defectus quidam inuoluntarii magis miſericordiā
q̄ȝ iram prouocantes: ſed illi ſolum defectus qui ex
actibus voluntariis relinquuntur penam merent̄ in
eo qui voluntarie defectum inducit. vnde cum tran
ſeunte actu remaneat defectus oportet ꝙ etiam rea-
tus remaneat poſt actum. ¶ Ad primum ergo dicē-
dum ꝙ cauſa reatus eſt ipſe defectus per actum pro
xima peccati inductus actus vero eſt ſicut cauſa re
mota vnde non oȝ ꝙ tranſeūte actu reatus trāſeat.
¶ Ad ſecūdū dđ ꝙ n̄ ſolū: q̄ verū ē dīe aliquē actuȝ
peccati qn̄q̄ȝ egiſſe ad penā obligat̄: q̄ ſic qn̄cūq̄ȝ ve
rum eſſet dīe eum hoc feciſſe eſſet pene obnoxius: ſȝ
q̄ defectus manet in ipſo adhuc propter actū quē p̄
us fecit. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ reatus non fun
datur per ſe loquendo ſuper diſpoſitionem vel habi
tum: ſed per accidens ſm ꝙ talis diſpoſitio vel habi
tus cuidam defectui coniungitur. ¶ Ad quartum di
cendum ꝙ priuatio gratie non habet rationem macu
le niſi ſm ꝙ ex actu precedenti inducitur. ⁊ ideo ſm

diuerſitatem actuum ſunt etiam diuerſe macule: q̄ȝ-
uis enim quolibet actu peccati mortalis quelibet vir
tus priuetur non tamen eodem modo: ſed actu luxu
rie caſtitas per ſe priuatur: ⁊ alie virtutes ex ꝯñti ſȝ
ꝙ ſunt caſtitati annexe: per furtum autem actus iuſti
tie per ſe ⁊ aliarum virtutum ex ꝯñti: ⁊ ſic de aliis:
ideo non oportet ꝙ omnium peccatorum ſit vna ma
cula vel vnus reatus. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ
in peccāte ſunt duo defectus vnus qui eſt in ipſo ac
tu peccati ſm ꝙ aliquis limites legis diuine ⁊ ratio-
nis recte tranſgreditur. Alius eſt in ipſo peccāte pri
uatio virtutis ex priori defectu actus inducta q̄ȝuis
autem cum aliquis gratiam recuperat ſecundus de-
fectus tollitur: non tamen ex toto primus ſublatus ē:
quia opȝ vt q̄ȝtuȝ voluntati ſue obediuit preter le-
gem dei tantum etiam in contrarium recōpenſet vt
ſic iuſtitie ſeruetur equalitas. ⁊ ideo poſt gratiam re
cuperatam iniūgitur ſatiſfactio; ⁊ eſt adhuc homo
reus temporalis pene.

a D tertium ſic proceditur. Videtur ꝙ pecca
tum inconuenienter per mortale ⁊ veniale
diuidatur. Ea enim que in infinitum differūt
in vno genere non conueniunt: ſicut creator ⁊ creatu
ra ens: ⁊ non ens: ſed veniale ⁊ mortale ſunt huiuſ-
modi cum vni debeatur pena temporalis alteri eter
na: vt patet in littera. ergo peccatum per hec duo di
uidi non debet. ¶ Preterea. determinatio diminu-
ens de ratione eius cui additur infert oppoſituȝ eiꝰ
bene enim ſequitur eſt homo mortuus. ergo non eſt
homo: ſed veniale eſt determinatio diminuens de
ratione peccati: ex hoc enim ꝙ peccatum ē: eſt dignū
pena ⁊ non venia. ergo veniale peccatum non debȝ
condiuidere peccatum contra mortale: ſicut nec al'
mortuum condiuidit al' contra al' viuum. ¶ Prete-
rea. diuiſio omnis debet fieri per oppoſita: ſed venia
le ⁊ mortale non ſunt oppoſita cum ſe ſimul cōpatian
tur. ergo inconuenienter peccatum per mortale ⁊ ve
niale diuiditur. ¶ Preterea. culpa opponitur gra-
tie: ſed veniale non opponitur gratie: quia ſtat ſimul
cum ea. ergo veniale non eſt peccatum: ⁊ ſic non de
bet diuidere genus peccati contra mortale.
¶ Preterea. in omni peccato eſt auerſio ab incōmu
tabili bono tanq̄ȝ formale: ſed veniale non hȝ auer-
ſioneȝ a bono incōmutabili: quia peccans venialiter
non auertitur a fine vltimo: ſed vie inordinate inhe
ret. ergo veniale peccatum non proprie eſt peccatū
⁊ ſic idem quod prius. ¶ Contra. Jo. i. Si dixeri-
mus ꝙ peccatum non habemus nos ipſos seducimuſ
⁊c. Conſtat autem ꝙ non loquitur de mortali pecca-
to: quia ſine illo ſunt ſancti. ergo oportet ponere pec-
catum veniale. ¶ Preterea diſpoſitio ⁊ habitus ad
eandem ſpeciem qualitatis pertinent. vnde inueni-
tur ſcientia diſpoſitio ⁊ habitus. ergo oportet a ſimili
ꝙ in peccato inueniatur aliquid quod ſe habet per
modum diſpoſitionis: ⁊ aliquid quod habet perfectā
rationem peccati diſpoſitio autē ad peccatum mor
tale eſt peccatum veniale. ergo mortale peccatuȝ oȝ
ponere veniale. ¶ Reſpondeo dđ ꝙ eſt duplex mo
dus diuidendi cōe in ea que ſub ipſo ſunt ſicut ē du-
plex cōitatis modus. Eſt eniȝ quedā diuiſio vniuo
ci in ſpēs per dr̄as quibus equaliter natura generis
in ſpeciebus p̄ticipat̄ ſicut al' diuiditur in hominem
⁊ equū ⁊ huiuſmodi: alia vero diuiſio ē eiꝰ qđ ē cōe
per analogiam quod quideȝ ſm perfectā rōnē p̄dica.

tur de vno diuidentium ⁊ de altero imperfecte ⁊
ſecundū quid ſicut ens diuiditur in ſbam ⁊ accidens
⁊ in ens actu ⁊ in ens potentia: ⁊ hec diuiſio eſt qua-
ſi media inter equiuocum ⁊ vniuocū: ⁊ talis diuiſio
eſt peccati in mortale ⁊ veniale: q: ratio peccati per-
fecte in mortali inuenitur in veniali vero non niſi im
perfecte ⁊ ſm quid. vnde minimū quod poteſt eſſe
de ratione peccati in aliquo actu eſt in veniali ſicut
minimū quod poteſt eſſe de natura entis eſt in ente
in potentia ⁊ in ente per accidēs: ⁊ h ipſa nomina oſtē
dunt: q: venia non debetur peccato niſi ſm ꝙ aliquā
imperfectionem peccati habet mors autem debetur
peccato inquantum peccatū eſt. ⁊ ideo mortale pec
catum perfectū quid in genere peccati dicit: venia
le autē iperfectum. ¶ Ad primum ergo dd: ꝙ mor
tale ⁊ veniale non conueniunt in peccato ſicut in ge-
nere vniuoce de eis predicato: ſed ſicut in eo quod
eis per analogiā cōe eſt. ¶ Ad ſecūdū dd: ꝙ venia
debetur alicui dupliciter: vel ſicut ei quod indulgeť
vel ſicut ei quod eſt indulgentie rō: ſicut ei qd indul
getur non debetur alicui niſi peccato: q: nihil indul-
getur niſi quod penam meretur: ſicut ei quod eſt in
dulgentie ratio nunq̄ venia peccato debetur: ſed vł
infirmitati vel alicui quod facit imperfectionem in
genere peccati: peccatū aūt veniale nō dr veniale ſi
cut remiſſiōis rō ſed ſicut id qd facile remittitur ꝑꝑ i
perfectionē peccati. vñ ꝑ hoc ꝙ dicit veniale nō tol
litur tota ratio peccati ſic per hoc ꝙ dicitur mortuū
tollitur tota rō hois. vñ non ſequitur ꝙ veniale pec-
catū ñ ſit peccatū: ſꝫ ē iperfectū qd in genere peccati.
¶ Ad tertiū dd: ꝙ oppoſitio venialis ⁊ mortalis eſt
ſm perfectū ⁊ imperfectum. vnde non oio excludūt
ſe: ſed vnum eſt diſpoſitio ad aliud. Vel dd ꝙ oppo-
ſita in eſſe eidem non ſm idem non eſt inconueniens
⁊ ideo cū peccatum veniale ⁊ mortale non ſint in ho
mine ſm eundem actum: ſed ſm diuerſos qui etiā ſi
mul non ſunt: non oꝫ ꝙ tollatur oppoſitio venialis ⁊
mortalis. ¶ Ad quartū dd: ꝙ peccatum quod cōple
tam rōnē culpe hꝫ directe gratie opponitur peccatū
vero veniale qd imperfectā rōnē culpe hꝫ nō oppo
nitur grē niſi indirecte vt. ſ. eſt diſpoſitio quedā ad
mortale. que autem ſic ſunt oppoſita non eſt inconue
niens eſſe ſimul: ſicut ſiccitas que diſpoſitio eſt ad ca
lorem eſt ſimul cū frigore. vnde nō eſt inconueniens
ꝙ veniale ſit culpa: ⁊ ſimul cū gratia. ¶ Ad qūtū dd
ꝙ auerti a fine incōmutabili eſt dupliciter vel in ha
bitu vel in actu tantum: ſm habitū auertitur qui ſibi
alium finem contrariū ponit: ⁊ hoc eſt in peccato mor
tali. vnde qui peccat mortaliter eſt ſicut recedens
a via: in actu vero tantū aliquis auertitur qñ aliqs
actū aliquē facit quo i deum nō tendit ex eo ꝙ inordi
nate ei quod eſt ad finē inheret nō tñ: ita vt illud qd
eſt ad finem quaſi finem conſtituat: ⁊ hoc eſt in pecca
to veniali. vnde peccans venialiter ſimilatur ei q
nimis moratur in via: ⁊ h non eſt auerti niſi ſm quid
ſicut etiam quod retardat motum corporis grauis ñ
aufert grauitatē ſuā ⁊ iclinationē i finē. auferret aūt ſi
ꝯtrariū ſibi motū daret vt qñ ex graui leue generať.

Ad quartum ſic proceditur. Videtur ꝙ venia
a le peccatū a mortali non diſtinguatur. Quic
quid enim tollit virtutem eſt mortale pecca
tū: ſed oē peccatū tollit virtutē: q: oē peccatū receſſuſ
ab equalitate eſt. virtus autem equalitas quedā ē.
ergo peccatum veniale a mortali non diſtinguitur.

¶ Pre. ea que per ſe diſtinguunť nō trāſmutantur i
uicem: ſed veniale ⁊ mortale in inuicem tranſmutāť
q: nihil adeo eſt veniale quod non fiat mortale dum
placet: ſimiliter omnis culpa mortalis per cōfeſſio-
nem fit venialis vt Ambroſius dicit. ergo veniale ⁊
mortale ñ diſtinguūť niſi ꝑ accidēs. Si dicať ꝙ pecca
tū mortale diſtinguiť a veniali: q: mortale ē ꝯ p̄ceptū
veniale p̄ter p̄ceptū. ¶ Cōtra. i h differūt p̄cepta di
ſcipline a p̄ceptis legis natural' ꝙ p̄cepta legis diſci
pline prohibent ea que nō ſunt mala niſi q: prohibi-
ta. p̄cepta vero legis naturalis prohibent ea que ſūt
prohibita: q: mala. ergo in his que lege naturali pro
hibenť diſtinctio mala nō ſumiť ex ꝓhibitiōe legis: ſꝫ
potius ex ipſa natura actus. ¶ Pre. preter affirma
tionē nihil ē niſi negatio ⁊ p̄ter negationē nihil eſt ni-
ſi affirmatio: cū inter affirmationē ⁊ negationē nihil
ſit mediū: ſed qui nō facit qd p̄cepto affirmatiuo pre
cipiť ꝯtra p̄ceptum cōmittit: ſimiliter qui facit quod
precepto negatiuo prohibetur ꝯ preceptū facit. ergo
quicūq peccat preter preceptū peccat cōtra precep
tum: ⁊ ita diſtinctio nulla eſt. Si dicatur ꝙ differunt
mortale ⁊ veniale ex hoc ꝙ veniale eſt exitus a me
dio virtutis tñ prope mediū. mortale aūt exitus lon
ginquus a medio ſicut dicit phs in ſecūdo ethi. ꝙ q
parū recedit a medio nō vituperatur. ¶ Cōtra. q: ſicut
ibidē dicitur non eſt determinatum apud nos quan
do multū ⁊ quando parū a medio recedatur. ſi ergo
non differat veniale a mortali niſi ſm paruum ⁊ ma
gnum receſſū non poſſet apud nos determinari qd
eſſet peccatum mortale ⁊ quod veniale qd eſſet val
de perículoſum. ¶ Contra diuerſitas penarum re-
ſpondet diuerſitati culpe: ſed pena tēporalis differt
ab eterna. ergo ⁊ peccatum veniale differt a morta-
li: cum vni debeatur pena temporalis alteri eterna.
¶ Preterea in quolibet genere perfectum ⁊ imper-
fectum habent determinatam diſtinctionem: ſed ve
niale ⁊ mortale differunt vt perfectum ⁊ imperfectū
in genere peccati vt ex predictis patet. ergo oportꝫ
ꝙ habeāt determinatam diſtinctionem adinuicem.
¶ Reſpondeo dd: ꝙ vt ex dictis patet veniale pec-
catum dicitur cuius reatus facile ſoluitur. ⁊ ideo ve
niale tripliciter dicitur. Vno modo dicitur veniale
ex cauſa quod quidem facile remiſſibile eſt: q: cauſa
peccati quandam rationē venie habet ſicut ea que
per ignorantiam ⁊ infirmitatem peccantur. Secun
do dicitur veniale ab euentu quia. ſ. per aliquid pec
cato ſuperueniens efficitur pena eius cito ſolubilis
ſicut confeſſio adueniens peccato mortali facit penā
eius proportionatam viribus penitentis virtute cla
uium. Tertio dicitur veniale quando ipſe actus per
ſe facile remiſſibilis eſt eo quod non perfecte pertin
git ad plenam rationem peccati ⁊ iſtud proprie di-
citur veniale de quo nunc agitur quod a mortali di-
ſtinguitur. Primo enim ⁊ ſecundo modo dictum ve
niale non diſtinguitur a mortali: quia mortale poteſt
per ignorantiam fieri: ⁊ illud quod eſt mortale fit ve
niale per confeſſionem. Imperfectio autem peccati
poteſt eſſe dupliciter: vel ex genere actus: vł ex par
te peccantis: genus autem ipſius actus ſumitur ex
materia ⁊ obiecto. vnde ſicut dicitur bonum ex ge-
nere propter debitam materiam: ita malum ex gene
re propter indebitā: ⁊ eſt veniale ex genere ꝑꝑ mām
in qua peccať. In illa aūt materia peccatū ꝑfecte in
ueniť i q̄ ſt peccet vt⁹ charitatis ad deū ⁊ ad ꝓximū

diſſoluitur per quam vita eſt anime. ⁊ ideo quando
aliquis peccat in his ſine quibus recte ſeruatis non
remanet ſubiectio hominis ad deum ⁊ ſedus huma
ne ſocietatis tunc eſt peccatum mortale ex genere ⁊
talia peccata philoſophus malicias appellat. vnde
vult ꝙ non omnis vitioſus ſit malus ſicut pꝫ ꝙ non
poteſt homo debite deo eſſe ſubiectus ſi deo non cre
dat ſi ei nō obediat ⁊ huiuſmodi: ſimiliter etiā ſocie-
tas humane vite ſeruari non poſſet niſi vnicuiqꝫ ſer
uaretur quod ſuum eſt. ⁊ ideo furtum ⁊ alie ſpecies
iniuſtitie ſunt peccata mortalia ex genere: ⁊ ſimiliter
eſt ī omnibus aliis: ea vero ſine quibus ſocietas hu
mana ſeruari pōt nō faciūt peccatū eē mortale ex ge
nere: q̄uis etiaꝫ deformis actus ſit ſicut ſupfluus lu
dus ⁊ aliquid huiuſmodi ⁊ talia dicunt venialia ex
genere, ſed ſicut quod ē bonū ex genere pōt fieri ma-
le: ⁊ nō ecōuerſo: ita quod eſt veniale ex genere tali
modo pōt fieri ꝙ erit mortale vt ſi credat eſſe mor-
tale qd̄ veniale eſt: ⁊ ſi tantum quis in re temporali
delectatur vt finem ſibi in ea conſtituat: q: ſic non ſer
uatur debita reuerentia ad deum qui eſt vltimus fi-
nis: ⁊ citra quē oīa ſunt diligenda: ex pte vero pec
cantis eſt imperfectio peccati pp iperfectionē poten-
tie elicientis actum ſicut primi motus ſenſualitaṫ q
deliberationē precedunt peccata venialia ſunt q̄uiſ
in materia ſint mortalis peccati: ſed hec ſunt venia-
lia per accidens: ⁊ ideo adueniente conſenſu ratiōis
deliberate efficiuntur mortalia. ¶ Ad primum ergo
dicendū: ꝙ veniale non corrūpit virtutem quantum
ad habitum h̄ enim mortalis eſt propriuꝫ: ſed erit ab
equalitate quā rō ponit in actu virtutis. ¶ Ad ſecū
dū pꝫ ſolutio per ea que dicta ſunt: q: ꝓcedit de ve-
niali ex euentu: ⁊ iterum ꝙ veniale fiat mortale non
eſt inconueniens: ſicut etiam quod eſt bonū ex gene-
re poteſt male fieri. ¶ Ad tertium dd̄. ꝙ precepta le
gis intendunt hominem ordinare ad dilectionem ꝓ
ximi: ⁊ dei: q: finis precepti ē charitas prima Tym.
.i. ⁊ ideo illa ſola mortalia ſunt ex genere de quibus
dictum eſt h̄ enim directe ſunt contra precepta legiſ
non ſoluꝫ legis ſcripte: ſed etiam naturalis: q̄uis au
tem aliquid non ſit malum: quia eſt prohibitum lege
exteriori: tamen ideo eſt malum: q: prohibetur lege ī
teriori lex eniꝫ interior eſt ipſum lumen rationis quo
agenda diſcernimus: ⁊ quicquid in humanis actibꝰ
huic lumini eſt conformum totum eſt rectum quod aūt
contra h̄ lumen eſt homini eſt in naturale ⁊ malum
⁊ pro tanto malum dicitur: q: prohibetur interiori le
ge. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ affirmatio oppoſi-
ta precepto negatiuo eſt: ⁊ preter preceptum: ⁊ con-
tra preceptum: ſimiliter ⁊ negatio oppoſita affirma-
tiuo: ſed quedam negationes ⁊ affirmationes ſunt ñ
oppoſite directe ipſis preceptis affirmatiuis ⁊ nega
tiuis: ſed indirecte: q: diſponunt ad ea que directe
opponuntur, ⁊ ideo huiuſmodi ſunt preter preceptū:
hec enim etiam hoc modo non diſcordant a lumine
rationis vt ab vltimo fine abducentia: ſed vt quedā
impedimenta finis. ¶ Ad quintuꝫ dicenduꝫ ꝙ hoc
modo eſſe proximum medio vel remotum vt dictuꝫ
eſt: facit peccatum mortale ⁊ veniale: ⁊ non ſicut obie
ctio tangit vt ſit dria ſecundum hoc quod eſt abduci
a fine virtutis: ⁊ non abduci: ⁊ non ſoluꝫ ſm̄ intenſio
nem ⁊ remiſſionem circunſtantiarum vt obiectio pro
cedit.

a D quintum ſic proceditur. Videtur ꝙ pec-
catum mortale ⁊ veniale non differant ꝑ eter-
nam penam ⁊ temporalem. Quecumqꝫ finita ſunt
poſſunt habere aliquam proportionem adinuicem
ſed conuerſio que eſt in peccato veniali finita eſt: et
ſimiliter que eſt in mortali. ergo proportionabiles
ſunt: ſed ſecundum menſuram delectationis que ex
parte conuerſionis ſe tenet eſt quātitas pene Apoc.
.xviii. quantum glorificauit ſe in delitiis ⁊c. ergo et
pena venialis dꝫ proportiari pene mortalis: ⁊ ita ñ
differunt ſecundum eternum ⁊ temporale. ¶ Pre-
terea. ſm̄ quantitatem culpe eſt quantitas pene: ſed
ille qui peccat mortaliter non peccat infinito tempo-
re q̄uis in infinitum bonum peccet. ergo etiam non
debet puniri eterna pena: ſed dāno infiniti boni ad tē
pus. Si dicatur ꝙ punitur eternaliter: quia pecca-
uit in ſuo eterno. ¶ Contra. quia multi ſunt qui non
toto tempore vite ſue in peccati actu perdurant: ſed
dum peccant cogitant ſe quandoqꝫ a peccati actu re
ceſſuros. ergo talis ſm̄ h̄ in ſuo eterno non peccauit
⁊ ita non debꝫ puniri eterna pena. ¶ Preterea. nul
lus iudex niſi ſit crudelis infligit penam quaſi delec
tatus in pena: ſed propter emendationeꝫ: ſi igitur de
us eſt piiſſimus iudex non infligit penam pro pecca-
to mortali niſi propter emendationem eorum quos
punit: ⁊ ita videtur ꝙ non in eternum puniat. Sed
econtra videtur ꝙ etiaꝫ veniali debeatur pena eter
na: quia contingit ꝙ aliquis toto tempore vite ſue in
peccato veniali perduret. Si igitur aliquis punitur
eternaliter vt dicit Grego. quia in ſuo eterno pecca
uit: videṫ ꝙ talis eternaliter puniri debeat. ¶ Pre
terea ponatur ꝙ aliquis moriatur in peccato mor-
tali ⁊ veniali cōſtat ꝙ iſte ſtatim vt moritur ad in-
fernum deſcendit: cum ergo veniale non remaneat
impunitum ibi punitur non tantum pro mortali: ſed
etiam pro veniali: ſed pena inferni eſt eterna: quia
in inferno nulla eſt redemptio. ergo peccatuꝫ venia
le eterna pena punitur. ¶ Preterea. ſit ita ꝙ aliqˢ
ad perfectam etatem veniens in baptizatus in qua
iam peccati pena reus teneri poteſt: ⁊ in primo inſtā
ti illius temporis venialiter peccet ⁊ moriatur con-
ſtat ꝙ ille pro peccato veniali punitur: non autem
in limbo puerorum: quia pena ſenſibilis que veniali
debetur non eſt ibi nec etiam in purgatorio: q: gratiā
non habet ſine qua nulla purgatio peccati eſſe poteſt
ergo punietur in inferno pro veniali: ⁊ ita veniale ad
mortem eternam obligat: ſicut et mortale. ¶ Reſpō
deo dd̄ ꝙ ratio quare mortale peccatum ad eternam
penam obligat poteſt ſumi ex tribus. Primo ex parte
eius in quem peccatur qui eſt infinite magnus. ſ. de-
us. vnde ⁊ offenſa illius īfinita pena digna eſt: quia
quanto eſt dignior in quem peccatur tanto peccatuꝫ
magis punitur. Secundo ex voluntate peccantis
conſtat enim ꝙ peccans mortaliter finem delectio-
nis ſue in eo in quo mortaliter peccat ponit vt etiam
deum pro illo contemnat conſtat autem ꝙ quicunqꝫ
ſummum diligit aliquid ſicut finem ſue voluntatis
ex hoc ipſo vellet ſemper ſibi adhereret. ⁊ ideo pec
cans mortaliter illo actu voluntatis quo peccatum
mortale eligit: eligit peccato ſemper adherere niſi ꝑ
accidēs retrahatur: vel timore pene: vel aliquo hu
iuſmodi: ſed ſi inulte adherere poſſet ſemper adhe-
reret. ⁊ ideo in ſuo eterno peccat: ⁊ propter hoc eter
na pena eſt dignus. Tertio ex ipſo ſtatu peccantis
mortaliter qui per peccatum gratia priuatur. vnde
cum ſine gratia non poſſit fieri remiſſio culpe ſi in
peccato mortali moriatur ſemper ī culpa remanebit

eum vlterius non ſit gratie ſuſceptibilis manẽte au
tem culpa ſemper eſt obnorius pene: alias remane-
ret aliquid inordinatum in vniuerſo. ⁊ ideo talis in
eternum punietur: peccatum vero veniale neqꝫ cõ-
tra deum eſt neqꝫ in eo finis conſtituitur neqꝫ gratiã
priuat. ⁊ ideo non debetur ſibi pena eterna: ſed tan-
tum temporalis. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ
conuerſio mortalis ⁊ venialis peccati non ſunt pro-
portionales: q: per vnam adheretur rei temporali
vt fini per aliam vt ei quod eſt ad finem. ⁊ hec duo
non ſunt proportionabilia: q: non ſunt eiuſdem gene
ris proportio enim eſt cõmenſuratio quãtitatum eiuſ
dem generis vt dicitur in quinto euclidis. ¶ Ad ſe
cũdum dicendum: ꝙ ex hoc ꝙ contra infinitum pec-
cat debetur ſibi pena infinita: non autem poteſt eſſe i
infinita acerbitate: q: in creatura finita nõ poteſt eẽ
qualitas infinita: ſed recompenſatur per duratione̅
infinitam: q: creatura rationalis durationis in infi-
nitũ capax eſt: ⁊ q: actualiter peccauit debetur ſibi
non ſolum pena dãni: ſed etiam pena ſenſus. ¶ Ad
tertium dicendum: ꝙ non dicitur in ſuo eterno pec-
caſſe: q: ſemper in actu peccati permanſerit: ſed q: i
vno actu voluntatis adheſit peccato tali modo vt
ei in eternum adhereret ſi impune poſſet. Uel dñ: ꝙ
dicitur in ſuo eterno peccaſſe qui mortaliter pecca-
uit: quia ſe priuauit ſe gratia per peccatuꝫ mortale ſine
qua homo non poteſt a peccato liberari. ⁊ ideo ipo-
tente̅ ſe reddidit ad reſurgendum. vnde quantum
in ipſo fuit ſe obligauit vt in peccato in eternum per
maneret. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ deus non in
fligit penam eternam quaſi in pena propter penam
delectatus: ſed q: delectatur in ordine iuſtitie ſue cu
ius pulcritudo apparet in perpetua pena perpetue
culpe. ¶ Ad quintum dicendum: ꝙ peccans venia
liter non peccat in ſuo eterno: q: neqꝫ adheret pecca
to veniali vt fini: q: iam eſſet mortale neqꝫ etiam i
potentem ſe reddit ad reſurgendum. ⁊ ideo non de-
betur ſibi pena eterna ꝙ̃uis fortaſſe toto tempore vi
te ſue in veniali permaneat. ¶ Ad ſextum dicendũ
ꝙ ille qui decedit cum mortali ⁊ veniali ſimul puni-
tur in inferno pro veniali ⁊ punitur in eternuꝫ longe̅
tamen minus acerba pena ꝙ̃ illa que eſt pro morta
li. h autem accidit veniali inquantum mortali coniũ
ctum eſt quod gratia priuat ſine qua nulla pena põt
eſſe purgatiua ⁊ expiatiua. ¶ Ad ſeptimum dicen-
dum ꝙ poſitio illa eſt impoſſibilis quod ſic patet. ſi
enim aliquid eſt ſufficiens ad excuſandum peccatuꝫ
maius multo amplius ſufficit ad excuſandum minuſ
ſed imperfectio etatis excuſat peccatum mortale. vt
puer nondum vſum li. ar. habens peccati mortalis
reus non habeatur etiam ſi actum faciat qui ex gene
re peccatum mortale ſit. vnde multo amplius excu-
ſat infantia ne peccatum veniale imputetur. ⁊ ideo
non poteſt eſſe ꝙ homo venialiter peccet ante illud
tempus quo vſum rationis habet: vt iam mortaliter
peccare poſſit. ſtatim autẽ vt ad tempus illud per
uenit vel gratiam habet vel in peccato mortali eſt: q:
ſi facit quod in ſe eſt deus ei gratiam infundit. ſi au-
tem non facit peccat mortaliter: quia tunc eſt tempuſ
vt de ſalute ſua cogitet: ⁊ ei operam det: ⁊ ideo poſi-
tio eſt impoſſibilis. Si tamen ponatur per impoſſibi
le tũc talis punietur pena ſenſibili in inferno: ⁊ pena
illa erit eterna: ſed hoc accidit veniali inquantum ẽ
ſine gratia. ¶ Quedã dicunt vnum eſſe peccatum
alii vero ⁊c. Utraqꝫ opinio eſt vera aliquo modo in

tellecta: q: ſi accipiatur voluntas coniuncta actui ſic
voluntas ⁊ actus exterior ſunt vnuꝫ peccatum. ſi au
tem ſumatur voluntas ſeparata ab actu ſic ſunt duo
peccata numero: ſed vnum ſpecie. Ad quod illi etiã
dſit ⁊c. preter iſtam reſponſionem que h ponitur po-
teſt eſſe alia que in primo articulo poſita eſt. Prete-
rea queri ⁊c. cum in peccato non ſoluꝫ ſit actus ⁊ rea
tus: ſed etiaꝫ macula videtur inſufficienter procede
re cum de macula mentioneꝫ non faciat. Sed dñ ꝙ
macula eſt medium inter actum peccati: ⁊ reatũ qua
ſi effectus actus ⁊ fundamentum reatus. ⁊ ideo per
extrema mediuꝫ intelligitur. Nec vnqꝫ eſt in aliquo
peccatum ⁊c. Ratio huiuſmodi eſt: quia actus pecca
ti inordinatus cauſat maculã ⁊ reatum. poſita auteꝫ
cauſa non poteſt effectus non eſſe. ⁊ ideo impoſſibile
eſt vt ſimul dum actus peccati manet reatus trãſeat
ſed quomodo hoc in originali eſſe poſſit ſupra dictũ
eſt. Duo enim ſunt peccatorum genera ⁊c. Hic dicit
ad oſtendendum ꝙ diuiſio peccati in mortale ⁊ ve-
niale non eſt vniuoci diuiſio: q: ſic mortale ⁊ veniale
non eſt vniuoci diuiſio: quia ſic mortale veniale
dicerentur due ſpecies peccatorũ: ſed eſt diuiſio ana
logi: ⁊ propter h dicuntur mortale ⁊ veniale eſſe ge-
nera peccatorum quaſi non cõicantia vnum genus.

m Odi autem peccatorum varias ⁊c. In par-
te precedenti determinauit magiſter quedaꝫ
que requiruntur ad peccatum quaſi partes
integrantes ipſum. Hic determinat diuerſas pecca
torum diuiſiones. Et diuiditur in partes duas. In p̃
ma proſequitur diuiſiones que reſpiciunt peccatum
in cõmuni. In ſecunda proſequitur diuiſionem pec-
catorum capitalium. ibi. Preterea ſciendũ eſt. vii.
eſſe ⁊c. Prima diuiditur in duas. In prima ponit
quaſdam diſtinctiones peccatoruꝫ que ſumuntur ex
parte rei. In ſecunda ponit quandaꝫ que ſumitur ex
parte nominis. ibi. Uaria quoqꝫ appellatione ⁊c.
¶ Circa primuꝫ tria facit. Primo diſtinguit modoſ
peccatorum penes motiua ſiue radices. Secũdo pe
nes actus in quibus peccatum conſiſtit. ibi. Alibi ve
ro dicitur peccatũ fieri ⁊c. Tertio penes obiecta. ibi.
dicitur quoqꝫ homo peccare in deum ⁊c. Primo ſci
endum eſt ⁊c. Hic ponit diſtinctionem capitalium vi
tiorum. Et diuiditur in duas. In prima enumerat ca
pitalia vitia. In ſecunda reducit ea in vnum princi
pium. ibi. ex ſuperbia tamen ⁊c. Et circa h tria facit.
Primo oſtendit ſuperbiam eſſe originem capitaliũ
vitiorum. Secundo obiicit in contrarium: ibi. Huic
autem vr̃ obuiare ⁊c. Tertio ſoluit. ibi. Sed vtrũqꝫ
recte dictum eſt ⁊c. ¶ Circa primum duo facit. Pri
mo oſtendit ſuperbiam eſſe principium omnium pec
catorum. Secũdo aſſignat ſuperbie ſpecies. ibi. Hu
ius quatuor ſunt ſpecies. Hic querũtur quinqꝫ. Pri
mo de diſtinctione peccatorum que ſumitur penes
radices. Secundo de diuiſione peccatorum que ſu-
mitur penes actum. Tertio de diuiſione vitiorum ca
pitalium. Quarto de diſtinctione ſpecieruꝫ ſuperbie
que in littera aſſignantur. Quinto vtrum peccatorũ
ſic diſtinctorum poſſit eſſe equalitas in grauitate culpe

a D primuꝫ ſic proceditur. vr̃ ꝙ inconuenienter
penes radices diſtinguãt peccata. Radix. n.
eſt ſimilis fundamẽto: ſꝫ peccatũ nõ hꝫ funda
mẽtũ vt dr̃ in glo. Mat. vii. ergo nõ hꝫ radice̅. g̃ pe
nes radices non debent diſtingui peccata.
¶ Preterea radix arboris nõ eſt arbor. ergo radix
peccati non debet eſſe peccatum: ſed cupiditas ma

le incendens: ⁊ timor male humilians peccata quedam ſunt. ergo inconuenienter radices peccatorum aſſignātur. ¶ Preterea. timor ex amore naſcitur: ſʒ illud ex quo naſcitur aliquid poteſt dici radix eius. ergo amor eſt radix timoris: ⁊ ita omni que ex timore generantur: ⁊ ſic timor contra cupiditatē q̄ ē amor diſtingui non debet tanꝗ̄ radix oppoſita.

¶ Pre. queciī̄qʒ ꝯueniūt i aliquo vno nō diſtinguūt ſm illud: ſʒ oia peccata in vna radice ꝯueniūt radix eni oiū maloꝝ ē cupiditas. i. Tym. vltimo. ergo penes radicē pctā diſtingui nō debēt. ¶ Pre. Aug. dicit in li. de ciui. dei ꝙ ſicut amor dei facit ciuitatē dei ita nimius amor ſui facit ciuitatem Babilonis ſʒ ꝗcqd ē de genere peccatoꝝ ad ciuitatē Babilonis ptinet. ergo oium peccatoꝝ radix eſt vna. ſ. amor ſui: et non ea que hic aſſignantur. ¶ Pre. i. Jo. ij. dicitur omne quod eſt i mūdo ꝯcupiſcētia oculoꝝ eſt: ꝯcupiſcentia carnis: ⁊ ſupbia vite: ⁊ ex his oriūtur oia alia mala. ergo cū iſta pretermittāt hic nō ſufficienter radices peccatoꝝ tangūt. ¶ Pre. eccle. x. Initiū oīs peccati ſupbia. Itē Ambro. dicit ꝙ oē peccatū eſt ex cōtēptu: ⁊ Aug. dicit ꝙ oē peccatū eſt ex errore. ergo peccata nō vidēt diſtingui ſm radicē: ſed ꝯuenire i radice vna: ⁊ iteꝝ vr̄ ex predictis ꝙ radices peccatoꝝ inſufficiēter in littera tangant. ¶ Rn̄deo dd̄: ꝙ radix proprie in arboribus inuenit. i peccatis autē trāſumptiue. vn̄ oʒ ꝙ ad ſimilitudinē radicis i arboribus inueniat radix in peccatis. Radix aūt arboris eſt ex qua arbor nutrimentū ſumit p qḋ cōualeſcit et fructificat: ex eo aūt peccatū cōualeſcit: ex qua homo ad peccatū inclinat: h̄ aūt ē bonū itētū ad qḋ peccās inordinate ꝯuertit: q̄ finis efficiētē mouet. vnde oʒ ꝙ ex pte conuerſionis radix peccati aſſignet ⁊ dicat radix illud ex quo peccatū oritur: pōt aūt actus peccati oriri ex tribus vel ex alio actu peccati ſʒ ꝙ ſupra .xxxvi. di. aſſignatū eſt vnū peccatū eſſe cāʒ alteri⁹: vel habitu corrupto eliciēte actū peccati: vel ex paſſione ſeu pronitate ad paciēdū ex corruptiōe nature cōſequēte. Actus aūt peccati nō ꝓpe nomen radicis hʒ quin potius ipē ex radice eſt. vn̄ origo peccati ex peccato ſimilatur magis origini rami ex ramo: ſimiliter etiaʒ habitus proprie acceptus non poteſt eſſe p̄ma radix peccati: q̄ cū habitus peccati neqʒ ſit naturalis neqʒ infuſus oʒ ꝙ per actum peccati ſit acquiſitus. reſtat ergo vt radix peccati dicatur in nobis vl̄ paſſio aliqua vel pronitas ad paſſionem que ex corruptione originalis peccati conſequitur: cum autem in bonis cōmutabilibus ad que homo inordinate cōuertitur per peccatum ſit quidam ordo ſm ꝙ vnum eſt finis alterius ſemper aūt ea que ſunt ad finē ſūt plura ꝗ̄ ipſe finis oʒ vt quanto radix peccati ſumit̄ propinquior fini vltimo tanto inueniātur pauciores radices: finis autem vltimus in amore commutabilium bonorum eſt ipſe homo propter quem omnia alia querūt. ⁊ ideo ſi radix peccati accipiatur ex parte ipſius peccantis erit vna: ſi aūt ſumatur ex pte eorū que pp ſeipſum peccans querit erūt plures. Similiter etiam appetitus circa bonum cōmutabile dupliciter ſe habet: vel ſicut proſequens id quod eſtimat ſibi conueniens vel ſicut fugiens malum ſibi nocuum. Malum autem ſicut non habet eſſe niſi vt p̄uatio boni: ita etiam non fugitur niſi inquantum diligitur bonū. ⁊ ideo fuga mali reducitur ad deſideriū boni ſicut in cauſam primā. ſm h̄ ergo ſciendūʒ ꝙ radices diuerſimode a ſanctis aſſignantur: q̄ paſſio q̄ eſt radix peccati vel eſt ſm inclinationem appetitus in id quod eſt vltimus finis bonorum cōmutabiliūʒ ⁊ ſic amor ſui ponitur ab Aug. Radix peccati vl̄ ſm inclinationem appetitus in ea que propter hunc finē queruntur: ⁊ h̄ dupliciter vel ſm inclinationem appetitus in bonum tantum propter quod malum fugitur vel ſm comparationem appetitus ad vtrūqʒ. ſi ſecundo modo. ſ. ſm inclinationem appetitus in bonum cōmutabile: ⁊ maluʒ oppoſituʒ ſic ſunt radices peccatorū que in littera aſſignantur. ſ. cupiditas male inflāmans: ⁊ timor male humilians. Si aūt p̄mo mō h̄ dupliciter vel ſecūdum inclinationem appetitus in bonuʒ exterius vniuerſaliter: ⁊ ſic erit vna radix. ſ. cupiditas vel pticulariter in diuerſa bona que ſunt triplicia: ⁊ ſic erunt tres radices. ſ. concupiſcentia carnis circa bonum delectabile ſenſus concupiſcētia oculoruʒ circa bona exteriora in vſuʒ ordinata ſuperbia vite circa bona ſm opinioneʒ vt honor dignitas ⁊ huiuſmodi. ¶ Ad primū ergo dicenduʒ: ꝙ peccatuʒ non habet fundamentū ex parte illa qua auerſio eſt: q̄ ſic nihil eſt: ſed ex pte ꝯuerſionis qua aliqd eſt radicem habere pōt. ¶ Ad ſecūdū dicendū: ꝙ timor ⁊ cupiditas ſm ꝙ nominant actum peccati non ſunt radices: ſed ſm ꝙ nominant paſſionem vel pronitatem ad paſſioneʒ vt ſumatur radix magis remote. ¶ Ad tertiū ⁊ quartum ⁊ quintum ⁊ ſextum patet reſponſio per ea que dicta ſunt. ¶ Ad ſeptimum dicendum ꝙ omnia illa ſumuntur ex parte auerſionis ⁊ ideo proprie loquendo non habent rationem radicis: q̄ nullus ad malū intendēs operatur: vt Dyo. dicit hūt tū rationē initii propter quod dicitur ꝙ initium omnis peccati eſt ſuperbia: q̄ actus deficiētis iquātū deficiēs eſt aliqs defect⁹ p̄exiſtēs initiū eē pt defect⁹ āt iſte p̄cedēs peccatū p̄t eē vel in rōne dirigente: ⁊ ſic dicitur omne peccatum eſſe ex errore vt error ſit idem quod ignorantia electionis ſm quam omnis malus eſt ignorans vt in tertio ethicorum dicitur vel eſt in voluntate imperante actum ſm ꝙ nō intente ⁊ ſolicite inheret his que dei ſunt: ⁊ ſic eſt cōtemptus: ⁊ ſuperbia ſm quam aliquis non curat ſub eſſe precepto vel precipienti: ⁊ ſic vnum peccatum eſt ſm rem auerſio ⁊ conuerſio differens ſm comparationem ad diuerſos terminos: ita etiam ſuperbia h̄ modo accepta ſm ꝙ eſt initium: ⁊ cupiditas ſm ꝙ eſt radix ſunt idem ſm rem ⁊ differunt ratione modo predicto. ⁊ propter h̄ dicit Aug. x. ſuper Gene: ſuperbiam ⁊ cupiditatem non quaſi duo mala: ſed vnum malum eſſe.

a — D ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ ſecūda diuiſio que in littera aſſignatur incompetens ſit: q̄ eiuſdem generis eedem ſunt prime differentie diuidentes: ſed peccatum eſt vnum genus ſaltem analogicum. ergo inconuenienter tot variis diuiſionibus diſtinguitur. ¶ Preterea. affectio plus habet de ratione peccati ꝗ̄ cogitatio: quia ad cognitionem pertinet: ſed ipſe de affectione mentionē n̄ facit igitur inſufficienter diuidit. ¶ Preterea. actus exteriores per membra exteriora exercentur: ſed lingua eſt vnum de exterioribus membris ergo verbum quod per linguam profertur non debet diuidi contra peccatum operis quod eſt peccatum exterioris actus. ¶ Pre. circunſtantia actus non debet diuidi contra actum: ſed conſuetudo eſt quedam circunſtantia peccati. ergo nō debet diuidi peccatum conſuetudinis contra peccatum operis.

¶ Preterea. peccatum ommiſſionis quedam ſpẽs
peccati eſt. que ſub nullo iſtoꝝ membroꝝ ꝯtinet. ergo
diuiſio eſt inſufficiẽs. Ulterius queritur de alia diui
ſione que eſt ꝓ obiecta. videt enim ꝙ ſit inſufficiens
q: in illũ peccans peccare dr̃ quẽ ex ſuo peccato le-
dit: ſed deũ peccãdo ledere non poſſumus: vt dicit
Job. 35. Si peccaueris: quid ei nocebit: ⁊ ſi multipli
cate fuerint iniquitates tue qd facies ꝯtra illũ: ergo
dicitur inconuenienter aliquis in deum peccare.

¶ Prete. illud quod eſt rõ diligẽdi ñ põt odio hri:
ſed bõ eſt rõ diligẽdi reſpectu ſui ipſius: q: nihil hõ
diligit niſi inquantum eſt bonũ ſibi. g nullus ſeipſũ
habere odio poteſt: ſed in illum peccamus quẽ odio
habemus. ergo nullus in ſeipſum peccat.

¶ Preterea. peccatum charitati opponitur: ſed in
preceptis charitatis non datur diſtinctum preceptũ
homini de dilectione ſui: ſed includitur in dilectiõe
dei ⁊ proximi. ergo non deberet poni vnus determi-
natus modus peccati ex hoc ꝙ peccatur in ſeipſum

¶ Preterea. quicũqȝ peccat in proximũ peccat in
ſeipſum ⁊ in deũ. ergo peccatum in proximum non
debet diuidi contra peccatum quod eſt in ſeipſum ⁊
in deum. Ulterius queritur de alia diuiſione que ſu
Reſpondeo dicendo: ꝙ duplex eſt prelationis modus. vnus quidem ad regimẽ ordinatus. alius aũt ad dñandum domini aut ad ſeruum: vt in octauo ethicorum philoſophus dicit eſt ꝑlatio ſicut tyranni ad ſubditum. differt autem tyrannus a rege vt idem philoſophus dicit: quia rex ordinat prelationem ſuã ad bonum gentis cui preeſt propter earum vtilitatẽ ſtatuta ⁊ legem faciens. tyrannus autem prelationẽ ſuam ordinat ad vtilitatem propriã. Et ideo duplex modus prelationis ſupra dictus in hoc differt q̃ in primo intenditur bonum ſubditorum. In ſecundo ꝓprium bonum preſidentis. ⁊ ideo ſecundus modus prelationis nature integre eſſe non potuiſſet niſi reſpectu eorum que ad hominem tanꝙ̃ ad finem ordinantur. hec autem ſunt creature irrationabiles quibus omnibus ad ſuum comodum preſuiſſet multo amplius ꝙ̃ nunc ſed creatura rationalis quantum eſt de ſe non ordinatur vt ad finem ad aliam vt homo ad hominem. ſed ſi hoc fiat non erit niſi inquantum homo propter peccatum irrationabilibus creaturis cõparatur. vnde etiam philoſophus ibidem ſeruuꝫ cõparat organo dicens: ꝙ ſeruus eſt organum animatũ ⁊ organum eſt ſeruus inanimatus. ⁊ ideo talis prelatio hominis ad hominem ante peccatum non fuiſſet. ſed prima prelatio que ordinaẽ ad vtilitatẽ ſubditoꝝ fuiſſꝫ ibi ꝙ̃tũ ad aliquẽ vſuꝫ: nõ ꝙ̃tũ ad oĩa. Eſt eni ꝑlatio ad dirigendũ ſubditos i his que agenda ſunt.

ad ſupplendū defectus vt ꝙ populi a regibus defendantur: ⁊ iterū ad corrigendū mores dū mali puniūtur: ⁊ coacte ad actus virtutis inducunt̃. ſed q: ante peccatum nil fuiſſet qd̓ homini nocere poſſet: nec ēt voluntas alic⁹ bono contradiceret: ideo ꝙ̄tum ad duos vltimos vſus prelatio in ſtatu innocentie non fuiſſet: ſed ꝙ̄tum ad primū vſum ſolū: qui. ſ. eſt dirigere in agendis vel in ſciendis ſm ꝙ vnus alio maiori munere ſapientie: ⁊ maiori lumine intellectus ꝑditus fuiſſet. ¶ Ad primū ergo dōm: ꝙ natura oēs hoies equales in libertate fecit: non autem in ꝑfectionibus naturalib⁹: liber. n. ſm phm i ꝑncipio methaphy. eſt qd̓ ſui cā eſt. vnus. n. homo ex natura ſua ñ ordinatur ad alterum ſicut ad finē. ⁊ iō ſecundus modus prelationis nō fuiſſet qui libertatē ſubditis tollit: ſed prim⁹ modus eē poſſet qui nullū preiudicium libertati affert: dū ſubditi ad bonū prepoſiti nō ordinātur: ſed ecōuerſo regimen prepoſiti ad bonū ſubditorum: vñ nō incongrue ſe eorum ſeruos appellant.
¶ Ad ſcdm dōm: ꝙ auctoritas illa loqtur ꝙ̄tū ad ſecundum modū prelationis. ⁊ ſilr ad tertium. ¶ Ad quartū dōm: ꝙ ꝙ̄tum ad illū vſum prelatio nō fuiſſet ſed ꝙ̄tū ad alios vt dictum eſt. ¶ Ad qntū dōm: ꝙ ſupra. xi. di. dictum eſt quō intelligendū ſit omnē prelationem in futuro euacuari. ſi tamen ſimpliciter intelligeretur in futuro tolli: non oporteret ꝙ in ſtatu innocentie prelatio non fuiſſet: quia ſtat⁹ ille adhuc erat ſtatus vie ⁊ in via eſt neceſſaria prelatio per quam vnus ab alio dirigatur: quod non a deo neceſſarium conceditur in termino vie.

Deinde queritur de obedientia ad prelatos.

d Et circa hec tria queruntur. Primo: vtrum obedientia ſit virtus: ⁊ ſi eſt virtus vtrū ſit virtus ſpecialis. Scdo vtrū xpiani ptātibus ſecularib⁹ ⁊ precipue tyrānis obedire teneantur. Tertio: vtrū profitentes obedientiam in omnibus prelatis ſuis teneantur obedire.

Ad primum ſic ꝓceditur. videtur ꝙ obediētia nō
a ſit virtus. ois. n. virt⁹ eſt mediū viciorum vt philoſophus dicit in ſcdo ethi. ſed obedientia nō eſt huiuſmodi: q: per abundantiā nō corrumpitur ſed ꝑficitur ſi aliquis obediat in illis in quib⁹ non tenetur. ergo obedientia non eſt virtus. ¶ Pre. obedientia reſpicit preceptū. ſed preceptū ſe extēdit ad oēs act⁹ virtutū: q: oēs ſunt in ꝑcepto legis. ergo obedientia nō ē virt⁹ determinata: ſed ꝯīs oēm virtutē. qd̓ ēt pōt videri ex diffōne Ambro. ſup. xxxv. di. inducta. Dicit. n. ꝙ pctm̄ ē trāſgreſſio legis dei ⁊ celeſtiū inobediētia mādatorum. ¶ Pre. ſi ē virt⁹ determinata aut ē vna de cardinalib⁹: aut vna de adiūctis. ſʒ nulla de cardinalibus eſt: q: ille ſūt tm̄ quatuor: iter quaſ nō nūerat obediētia: ſilr iter adiunctas nō inuenitur vt pʒ ſi ꝯſiderētur virtutes adiuncte quas phs quarto ethi. enūerat. ergo obediētia nō ē virtus determinata Si dicat ꝙ reducitur ad iuſtitiā. ¶ Cōtra. nulla virtus ꝑficit per diminutionē rōnis obiecti ꝓprii: vt pʒ i magnanimitate q̄ magnū reſpicit: ⁊ ꝙ̄to mai⁹ fuerit qd̓ opādū magis ſpectat ad magnanimitatē ptinet: ſʒ iuſtitia debitū reſpicit quaſi obm: q: iuſtitie act⁹ ē reddere alteri qd̓ ſuū ē: cū igit̃ obediētia ꝑficiat per hoc ꝙ debitum minuit qd̓ ꝙ̄to aliqs min⁹ conſiderat vt Ber. dicit ꝑfectior ē obediētia vr̄ ꝙ obia ad iuſtitiā nō reducat. ¶ Pre. iuſtitia legal' dr̄ ſʒ quā ꝑceptis hō adequat: ſʒ obedientia ꝑcepta reſpicit. ergo obedientia eſt idē qd̓ iuſtitia legalis. ſed iuſtitia legalis vt dicit phs qnto ethi. ē ois virt⁹. ergo obediētia nō ē aliq̈ virt⁹ determinata ſʒ gñalis. ¶ Pre. Gre. dicit: ꝙ obediētia nō tā ē virt⁹ ꝙ̄ mr̄ oium virtutū: ſʒ eē matrē vtutū conuenit charitati. ergo obediētia vr̄ eē idē ꝙ charitas. ⁊ ita nō vr̄ diſtincta ab aliis virtutib⁹. ¶ Cōtra. Hugo de ſancto victore dicit. Obediētia eſt virt⁹ que oia amplectit̃ iniuncta neceſſario iplēda. niſi obſtiterit iperātis auctoritas: ⁊ ita ē ſpālis virtus cū aſſignetur ſibi act⁹ ſpālis ⁊ virt⁹ ſpālis. ¶ Pre. qd̓ aſſignatur maximum in aliquo gñe eſt aliquid determinatū in gñe illo: ſʒ Gre. dicit ꝙ obediētia ē maxima virtutū. ergo obediētia ē q̄dā virtus determinata. ¶ Rñio dō: ꝙ obediētia ē virt⁹ ⁊ ē ſpālis virtus. Cū. n. habit⁹ potētie ⁊ act⁹ diſtinguātur ꝑ obiecta: oꝫ ꝙ virt⁹ q̄ hʒ ſpāle obiectū ſit ſpālis virtus. Dicit̃ aūt ſpāle obm a ſpeciali rōne: ꝙ̄uis illa ſpālis rō circa multas res vel oēs poni poſſit. ꝯtingit eni eandē rem ad diuerſas potentias pertinere: ſicut colorē ad viſū imaginationē ⁊ intellectū: ſed ſub diuerſa rōne vñ cōtingit vt vna virtus ſpālis ſe extendat ad act⁹ oium virtutū ſm ꝙ̄dā ſpālem rōnem: ſicut dicit phs de magnanimitate ꝙ opatur magnā in actibus oium virtutū. vñ ⁊ ceterarū virtutū ornat⁹ q̄dam eſt: ⁊ tales virtutes dicunt̃ quodāmodo gñales. q: habēt materiam generalem ꝙ̄uis obm ſpāle hēant ꝓpter ſpālē rōnē obi q̄ in multis materiis inuenit̃. ⁊ ꝑ hūc modū dico ꝙ obediētia eſt ſpālis virtus. q: attendit ſpālem rōnem. ſ. ꝑceptū cū debito cōſentiendi: ⁊ q: reddere alteri ꝙ ſuū eſt et ſibi deōet ē iuſtitie: iō obediētia ꝑs quedā iuſtitie ē. ⁊ ſpāliter diuie: q: hʒ ſuū qd̓ ſupiorib⁹ reddit̃. ſ. impletio mādatorum eſt q̄dā ꝑs hm̄oi cōis qd̓ debitū dicitur vel qd̓ ſuū ē: ⁊ qd̓ ēt exigi poſſet corā iudice. nā circa huiuſmodi ē ꝓprie ſpālis iuſtitia. Sʒ tū ſciendum ꝙ iuſtitia ſpālis duplr̄ ſumit̃. ſumit̃. n. ꝓprie ⁊ coiter ꝓpriiſſime ſumpta ſpālis iuſtitia: vt dicit phs in qnto ethi. ē tm̄ inter eos q hn̄t equalitatē ꝙ̄dā ad hoc ꝙ ſtent corā principe: corā quo vn⁹ ab altero poſſit repetere qd̓ ſuū ē ſm quē modū nec dñi ad ſuū: nec pr̄is ad filiū iuſtitia dicit̃ eſſe: q: ea que ſūt ſerui ſūt domini ⁊ ea que ſunt filii ſūt pr̄is. Cōiter aūt iuſtitia ſpecialis attenditur ēt in hoc ꝙ dñs reddit ſeruo qd̓ ſuū ē: vel ecōuerſo: ⁊ ſic de aliis: q: ſm hūc modū ꝑdicta equalitas nō reqrit: ⁊ hoc mō accipiendo iuſtitiā ſpecialem obediētia ad iuſtitiā pertinet: q: ꝑ obedientiā inferior ſuperiori reddit qd̓ dꝫ. ¶ Ad ꝑmū ergo dōm: ꝙ obediētia ſicut ⁊ alie virtutes pōt eē mediū duorum viciorum. Sciēdū tū ꝙ nō i oib⁹ virtutib⁹ pōt accipi ſupabundantia ſm qualibꝫ circūſtantiā aliis circūſtātiis rite ordinatis: vt pʒ in hac virtute q̄ dr̄ veritas cui⁹ mediū attēdit̃ ſm hoc ꝙ hō ſe talē eē oſtendit qualis eſt. ſupabundātia autem eius non attēdit̃ ſecundum ſuperabundātiā hui⁹ circūſtantie ꝙ̄ aliis circūſtantiis rite ordinatis: vt. ſ. hō poſſit nimis hāc veritatē ſeruare: ſʒ ſuperabūdantia ei⁹ ē ex hoc ꝙ aliquis d̓ ſe maiora oñdit ꝙ̄ ſint: qd̓ ē ſm hanc circūſtantiā que ē q̄d. ſilr̄ etiā dico ꝙ ſupabundantia obediētie accipit̃ ſm hoc ꝙ obedit in illis in qbus dꝫ nō obedire: nō āt ſm hoc ꝙ obediat plus ꝙ̄ dꝫ aliis circumſtātiis ordinate ſuppoſitis. ¶ Ad ſcdm dōm: ꝙ obedientia ⁊ ſi ad oēs actus virtutū ſe extēdat: nō tū ꝯſiderat̃ i illis hoc qd̓ ē ꝓpriū vnicuiqꝫ virtuti: nō eni elicit actum fortitudinis in ꝙ̄tū eſt mediū inter timorē ⁊ audaciā: ſed ꝯſiderat in oibus actibus virtutū vnā rōnē ſpecialem. ſ. debitū fieri ꝓpter ꝑceptū ſuperioris. ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ obediētia ad iuſtitiā reducit̃ ſpālem.

Sꝫ ſciēdū ꝙ vna virtꝰ reducit̄ ad aliā duplr̄: vel ſi-
cut pars eius vel ſicut adiuncta ei: ſicut pars reduci
tur virtus ad virtutē qn̄ reducta hꝫ ꝓ obo partez obi
illius virtutis ad quā reducit̄. verbi grā. obiectū tē-
perantie eſt delectabile ſm̄ tactū: cuiꝰ pars q̄daz eſt
delectabile venereū: ⁊ alia eſt delectabile qḋ ē in ci-
bis. ⁊ ideo caſtitas reducitur ad tēperantiā ſicut pars
eius. ſilr̄ ⁊ ſobrietas cuiꝰ obiectū ē delectabile i cibis.
⁊ per hunc modū obediētia reducit̄ ad iuſtitiā ſpālē
vt pꝫ ex dictis: ſed ſicut adiuncta reducit̄ qn̄ virtus
ad quā reducit̄ hꝫ ꝓ obiecto id qḋ ē potiſſimū in ali-
qua materia: ⁊ illa que reducitur q̄ adiuncta dr̄ hꝫ ꝓ
obiecto id qḋ ē minus principale: ꝑ quē modū māſue
tudo ad fortitudinē reducit̄: q: obm̄ fortitudinis eſt i
maximis moleſtiis q̄ ſūt ꝯtra mortē ſicut ſūt belue: ſꝫ
māſuetudo hꝫ ꝓ obiecto reliquas moleſtias que ſunt
iram excitantes in qua mediū tenet māſuetudo: et ꝑ
hunc modū modeſtia que mediū ſeruat in delectati-
onibus aliorꝫ ſenſuum: ⁊ eutropelia q̄ mediū ſeruati
delectatōibus ludorꝫ reducunt̄ ad temperantiā.
¶ Ad quartū dōm: ꝙ perfectio alicuiꝰ virtutis pōt
attēdi duplr̄: vel q̄tū ad id qḋ ē ꝓpriū ſibi: vel q̄tuz
ad id qḋ ē ꝓpriū ſupioris virtutis q̄ impat actū eiꝰ. di
co igit̄ ꝙ perfectio obediētie ex diminutōe debiti: nō
eſt q̄tū ad ꝓpriā rōnem obedientie: ſed quantum
ad propriam rationem charitatis q̄ impat actū eiꝰ:
ſicut ⁊ actꝰ aliarꝫ virtutū. ¶ Ad qntū dōm: ꝙ obediē
tia nō ē idē qḋ iuſtitia legalis. Iuſtitia. n. legalis reſ-
picit p̄ceptū legis ⁊ actꝰ virtutū q lege ordinant̄ ſm̄
ꝙ ſūt ad alterū: ſicut phs in. v. ethi. dicit. i. ſm̄ ꝙ ad
bonū ciuitatis q̄ legibꝰ egit̄ actus virtutū lege prece
ptarum ordinant̄: ſed obediētia reſpicit p̄ceptū ſolū-
modo ſm̄ ꝙ hꝫ rōnem debiti ex ordine ſui ad ſuperio
rem. vnde non oꝫ ꝙ ſit generalis virtꝰ. ¶ Ad ſextū
dōm ꝙ vna virtus pōt ex alia duplr̄ oriri: vl̄ per mo
dū cāe finalis: ⁊ hoc modo virtus ex alia dr̄ oriri qn̄
actus eiꝰ ad finem alteriꝰ virtutis ordinat̄. ⁊ ꝑ hunc
modū charitas cuiꝰ obiectū ē finis vltimus oīum vir
tutū mater dicitur. alio mō ſm̄ ꝙ ex actibus vniꝰ vir
tutis vel creatur alia virtus: vel ꝯſeruat̄: ⁊ obedien
tia hoc modo virtutū mater dr̄: q: ad h̄ precepta ſu-
periorꝫ ordinant̄ vt ad virtutes inducant p̄cipien-
do ipſos actus virtutū q virtutes pollitiquas creāt cō
ſuetudinē inducentes: ſed ad virtutes infuſas diſpo
nunt: nec dico actū virtutis tm̄ q ē a virtute: ſꝫ eū ēt
qui eſt ad virtutē. vel ſicut diſponēs vel ſicut creās
ſicut aliquis in peccato mortali exiſtens actum obe-
dientie habere poteſt: q̄uis obedientia ⁊ aliis virtu
tibus careat.

Ad ſcōm ſic ꝓceditur. videt̄ ꝙ xpiani non te-
a neant̄ ſecularibus poteſtatibꝰ obedire ⁊ preci
pue tyrānis. Math. xvii. dicitur. ergo liberi
ſunt filii. ſi eni in quolibet regno filii illius regis qui
regno illi prefertur liberi ſūt. tunc filii regis cui om-
nia regna ſubdunt̄ in quolibet regno liberi eſſe debēt
ſed xpiani effecti ſunt filii dei Ro. viii. Ipſe eni ſpi-
ritus teſtimoniū reddit ⁊c. ergo vbiqꝫ ſūt liberi: ⁊ ita
ſecularibus poteſtatibꝰ obedire nō tenent̄. ¶ Pre.
ſeruitus ꝓ peccato inducta eſt: vt ſupra dictum eſt.
ſed per baptiſmū hoīes a pctō mūdant̄ ergo a ſeruitu
te liberantur: ⁊ ſic idē qḋ prius. ¶ Pre. maiꝰ vincu
lum abſoluit a minori ſicut lex noua ab obſeruātia le-
gis veteris: ſed i baptiſmo hō obligatur deo: que obli
gatio eſt maius vinculū q̄ꝫ id quo hō obligat̄ homi
ni per ſeruitutē. ergo per baptiſmū a ſeruitute abſol-
uitur. ¶ Pre. quilibꝫ pōt licite reſumere cūz facultas
deſt qḋ ſibi iniuſte ablatū eſt: ſꝫ multi ſeculares p̄n-
cipes tyrānice terrarꝫ dominia inuaſerūt. ergo cum
facultas rebellādi illis cōcedit̄ nō tenent̄ illis obedi
re. ¶ Pre. nullus tenet̄ ei obedire quē licite imo la
udabiliter pōt interficere. ſꝫ Tullius in li. de officiis
laudat eos q Iuliū ceſarē interfecerūt: q̄uis amicuꝫ
⁊ familiarē: qui q̄ſi tyrānꝰ iura imperii vſurpauerat
ergo talibꝰ nullus tenet̄ obedire. ¶ Cōtra ē qḋ dicit Pe
tri. ii. Serui ſubditi eſtote dn̄is veſtris ⁊c. ¶ Pre.
Ro. xiii. q ptāti reſiſtit dei ordinatōi ⁊c. ſꝫ nō ē licitū
dei ordinationi reſiſtere: ḡ nec ſeculari ptāti reſiſte: e
licet. ¶ Rn̄o dō: ꝙ ſicut dictū ē obediētia reſpicit in
p̄cepto qḋ ſeruat debitū obſeruādi. hoc aūt debitum
creat̄ ex ordinatōe p̄latōis q̄ virtutē coactiuā hꝫ: non
tm̄ tēporalr̄ ſꝫ ēt ſpūaliter ꝓpter ꝯſciam vt aplſ di-
cit Ro. xiii. ſꝫ ꝙ ordo p̄latōis a deo deſcēdit vt apo
ſtolus ibidē innit. Et iō ſm̄ hoc ꝙ a deo ē obedire ta-
libꝰ xpianus tenet̄: nō aūt ſm̄ ꝙ a deo p̄latio nō ē. di-
ctū ē aūt ꝙ p̄latio pōt a deo nō eē duplr̄: vel quantū
ad modū acq̄rēdi p̄latōnē: vel q̄tū ad vſum p̄latio-
nis. q̄tū ad primū ꝯtingit duplr̄: aut ꝓpter defectuꝫ
perſone q: idignus eſt: aut ꝓpter defectū in ipſo mo-
do acq̄rēdi: q: ſ. ꝑ violētiā vel ꝑ ſymoniā vel aliquo
illicito mō acq̄rit ex p̄mo defectu nō impedit̄ qn̄ ius
p̄lationis ei acq̄rat̄. ⁊ qm̄ p̄latio ſm̄ ſuā formā ſemꝑ
a deo eſt ꝙ debitū obediētie creat: iō talibꝰ prelatis
q̄uis indignis obedire tenent̄ ſubditi. ſꝫ ſcōs defe-
ctus ipedit ius prelationis: qui. n. per violentiā do-
miniū ſubripit nō efficit̄ vere p̄latꝰ vel dn̄s. ⁊ iō cum
facultas adeſt pōt aliq̄s tale dn̄iuꝫ repellere: niſi for
te poſtmodū dn̄s verus effectꝰ ſit vel ꝑ ꝯſenſum ſub
ditorum: vel per auctoritatē ſuperioris. abuſus autē
prelationis pōt eē duplr̄: vel ex eo qḋ ē p̄ceptū a pre
lato ꝯtrariū eiꝰ ad qḋ p̄latio ordinata ē vt ſi p̄cipiat
actū pcti ꝯtrariū virtuti ad quā inducendā ⁊ ꝯſeruā-
dam p̄latio ordinat̄. ⁊ tūc aliq̄s p̄lato nō ſolū nō tene
tur obedire: ſꝫ ēt tenet̄ non obedire: ſicut ⁊ ſci marty
res mortē paſſi ſunt ne impiis iuſſis tyrānorꝫ obedi
rēt: vel q: cogūt ad h̄ ꝙ ordo p̄latōis nō ſe extēdit vt
ſi dn̄s exigat tributa q̄ ſeruus nō tenet̄ dare vel ali
quid huiuſmodi: ⁊ tūc ſubditꝰ nō tenet̄ obedire nec
etiā tenet̄ nō obedire. ¶ Ad p̄mum ergo dōm: ꝙ il
la p̄latio q̄ ad vtilitatē ſubditorꝫ ordinat̄: libertatem
ſubditorꝫ nō tollit. ⁊ ideo nō ē incōueniens ꝙ tali pre
lationi ſubiaceāt q ꝑ ſpūm ſanctū filii dei effecti ſunt.
Uel dōm. ꝙ xp̄s loq̄tur de ſe ⁊ ſuis diſcipulis: q nec
ſeruilis ꝯditionis erāt: nec res tēporales habebant:
q̄bus ſuis dn̄is obligarent̄ ad tributa ſoluenda. ⁊ iō
nō ſeq̄tur ꝙ oīs xpianus huiōi libertatis ſit ꝑticeps:
ſed ſoli illi q ſequūtur apoſtolicā vitā nihil i h̄ mūdo
poſſidētes ⁊ a ꝯditione ſeruili immunes. ¶ Ad ſcōm
dōꝫ: ꝙ baptiſmꝰ nō delet ſtati oēs penalitates ex pec
cato p̄mi parētis ꝯſequētes: ſicut neceſſitatē morien
di ⁊ cecitatē vel aliq̄d huiōi: ſꝫ regenerat i ſpeꝫ viuā
illius vite i qua oīa iſta tollent̄: ⁊ ſic nō opꝫ vt aliq̄s
ſtati baptizatus a ſeruili cōditione liberet̄: q̄uis illa
ſit pena pcti. Ad tertiū dōm: ꝙ maius vinculū nō
abſoluit a minori: niſi qn̄ nō cōpatit̄ ſe cum illo: ſicut
vmbra ⁊ veritas ſil̄ eē nō poſſūt ꝓpter qḋ veniente
veritate euangelii vmbra veteris legis ceſſauit: ſed
vinculū quo in baptiſmo q̄s ligat̄ cōpatit̄ vinculum
ſeruitutis. ⁊ iō nō abſoluit ab illo. Ad quartū dōm
ꝙ tales q per violentiā prelationē accipiunt: non ſūt
veri prelati: vnde nec eis obedire tenent̄ ſubditi: ni

ſi ſicut dictum eſt. ¶ Ad qntū dōm: ꝙ Tullius loqꝛ in caſu illo qn̄ aliqs dn̄ium ſibi ꝑ violentiā ſubripit: nolētibus ſubditis vel ēt ad ꝯſenſū coactis: ⁊ qn̄ non eſt recurſus ad ſuperiorē per que iudiciū de inuaſore poſſit fieri: tūc.n. q ad liberationē patrie tyrānū occidit laudatur ⁊ premium accipit.

Ad tertiū ſic ꝓcedit. vr̄ ꝙ obediētiā ꝓfeſſi ſim-
a pliciter teneāt obedire ꝑlatis ſuis. Colo.iii.
Filii obedite parētibꝰ ꝑ oia: ſꝫ magis tenetur obedire qs prī ſpūali ꝙꝫ carnali. ꝑ ſpūales filii pꝛecipue obediētiā ꝓfeſſi prībus ſpūalibus ī oibus obedire tenēt. ¶ Pre. beatꝰ Benedictus dicit i regula ꝙ ſi prelatꝰ ēt impoſſe ꝑcipiat tenendū: tū ē impoſſe: ſed multo magis teneꝛ qs ad obediendū ī poſſibilibus. ꝑ in oibus poſſibilibꝰ ſimplr̄ obediētiā ꝓfeſſus obedire teneꝛ ꝑlato. ¶ Pre. religio q̄libꝫ ꝑncipalr̄ tria vota ſubalia hꝫ.ſ. caſtitatis: paupertatis: ⁊ obediētie. ſꝫ caſtitatē teneꝛ oibus modis ſeruare: ⁊ ſilr̄ paupꝑtatē vt nihil ꝓpꝛiū hēat. ꝑ ⁊ obedientiā ſic teneꝛ ſeruare: vt in oibus ſimplr̄ obediat. ¶ Pre. iferioꝛi nō relinquiꝛ iudiciū de ſupioꝛi. ſed ſi ſubditꝰ haberet diſcernere i quo obediret ⁊ i quo nō: relinqueretꝛ ſibi iudiciū de ꝑcepto ſuperioꝛis. ꝑ ſubditꝰ teneꝛ in omnibus ſimplr̄ obedire. ¶ Pre. quilibꝫ xp̄ianus teneꝛ prelatis ſpūalibus obedire. ſi ergo ꝓfitētes obedientiā nō tenrenꝛ ſimplr̄ in oibꝰ obedire i nullo differrent ꝓfitētes obedientiā a nō ꝓfitētibus: ⁊ ſic talis ꝓfeſſio ſuperuacua eēt. ꝑ cū nō ſit ſuperuacua teneꝛ in oibꝰ obedire. ¶ Cōtra. Ber. dicit in lib. de diſpēſatōe ⁊ precepto. nihil me ꝓhibebat hoꝝ que ꝓmiſi: nihil plus exigat ꝙꝫ ꝓmiſi: ſed nō ꝓmittūtur niſi illa que ſunt in regula ergo nō teneꝛ ſubditus i aliis obedire niſi q̄ ad regulam pertinēt. ¶ Pre. nullus teneꝛ ad aliqd ad quod ceteri nō tenenꝛ: niſi ſm ꝙ ad illō ex voto ſe obligat ſpāli: ſed ꝓfitentes nō vouēt obedire i omnibꝰ: ſꝫ ſolū obedire ſm regulā talē vel talē. ꝑ nō teneꝛ in omnibꝰ obedire: ⁊ hec etiā rō accipiꝛ ex verbis. Ben. i eodē lib. dicentis. de hoc nō parum prelati ꝑſcribiꝛ volūtati ꝙ hisq ꝓfitenꝛ ſpondet obedientiā: nō tū obedientiā oimodā: ſꝫ determinate ſm regulā: nec aliaꝫ ꝙꝫ ſancti Benedicti. Et poſt ſubdit. Prefiraꝫ ꝑlatꝰ ſibi ex regula ſibi ſciat regulā menſurā: ⁊ ſic ſua demū imperia moderari circa id ſolū qō rectum eſſe conſtiterit nec qōlibꝫ rectū: ſed hoc tm̄ qō ꝑdictus pr̄ conſtituit. ¶ Rn̄o dō: ꝙ eſt triplex obedientia.ſ. indiſcreta: impꝑfecta diſcreta tm̄: ⁊ perfecta. Indiſcreta obedientia que nec obediētia dici dꝫ ē qn̄ aliqs obedit i illis que diuine legis regule ꝯtrarianꝛ quā dꝫ inuiolabilr̄ obſeruare: vel ēt in illis que ꝯtrarianꝛ regule quā ꝓfeſſus eſt in his dūtarat q̄ diſpēſatōi ꝑlati non ſubduntur: ⁊ ad hāc obediētiā nullus teneꝛ imo quilibꝫ teneꝛ eā nō habere. Imperfecta aūt obedientia ſed ſufficiens ad ſalutē obediētiam ꝓfitentibꝰ eſt illa qua aliquis obedit i his que ſeruare ꝓmiſit ⁊ ñ aliis. vnde Benedictus dicit. Ceteꝝ ſubditus huiuſmodi obediētiā q̄ voti finibus cohibeꝛ mouerit ipꝑfectā: ⁊ ad hāc obedientiā ꝓfitētes obedientiā ex neceſſitate cogunꝛ. Obediētia vero ꝑfecta eſt ſm ꝙꝫ ſubditus ſimpliciter obedit in oibus que nō ſūt ꝯtraria legi diuine vel regule quā ꝓfeſſus eſt. vñ ibidē Ben. dicit perfecta obediētia legem neſcit termis nō artaꝛ non cōtineꝛ ꝓfeſſionis anguſtiis largioꝛi volūtate fertur in latitudine charitatis ⁊ ad oē quod iniungiꝛ ſpontaneo vigoꝛe liberalis alacriſqꝫ animi modū nō ꝯſiderans in infinitū extendiꝛ. ⁊ ad hāc obedientiā nullus teneꝛ debito neceſſitatis: ſed ſolum ex honeſtate quadā: ſicut teneꝛ ſemꝑ emulari cariſmata melioꝛa. quidā tū alr̄ dīūt.ſ. ꝙ obediētiā ꝓfeſſi ex neccitate tenētur obedire prelatis ſuis nō ſolū in his que ad regulam pertinēt: ſꝫ in oibꝰ que regule ñ ꝯtrariāꝛ: ſiue ſint indifferentia ſiue de numero bonoꝝ: dūmodo nō ſint altioꝛa ꝙꝫ ꝓfeſſio ꝓpꝛii coꝛdis regrit: ſed ad equalia prelatus cogere pōt: ēt ſi ſm precepta regule nō ſūt. Sed ꝑma opio eſt longe melioꝛ: qꝛ cū debitū obediētie ex oꝛdine ꝑlatiōis creeꝛ ad illa tm̄modo ex obedientie voto ſubditus obligaꝛ ad q̄ prelatio ē oꝛdinata Ad h autē ꝑlationes in regionibꝰ oꝛdinanꝛ vt ſtatus religiōis ſm inſtituta regule ꝯſerueꝛ. ⁊ iō in his ſolū que ad regulā pertinēt debitū obedientie creatur. Sciendum aūt ꝙ ad regulā pertinet aliqd dupliciter: vel directe vel indirecte. Directe ſicut ea q̄ i ſtatutis regule cōtinenꝛ: vt non cōmedere carnes: tenere ſilentiū: ⁊ huiuſmodi. Indirecte ſicut ea que pertinent ad mutua obſeqa ſine quibꝰ ſtatus religiōis ſeruari non poſſꝫ: vel etiā que pertinēt ad penam tranſgreſſionum: ⁊ ſi de eis nulla ſpālis mentio in regula fiat. ¶ Ad pꝛimū ergo dōm ꝙ ꝑceptum Apoſtoli intelligiꝛ nō de oibus abſolute: ſꝫ de oibus que ad prelationē patris ad filiū pertinent: qꝛ in quibuſdam vt phs dicit in nono ethi. magis eſt obediendū patri in quibuſdā magis duci exercitus ꝙꝫ prī: ⁊ in qbuſdam magis medico: ⁊ ſic de aliis. ¶ Ad ſcdm dōm: ꝙ beatus Ben. loquiꝛ de obediētia perfecta quā oēs obedientiā ꝓfitentes ex honeſtate emulari debent: nō tū obligenꝛ ex neceſſitate ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ caſtitas eſt virtus habēs determinatā materiā ⁊ determinatū actum: ſilr̄ ⁊ paupertas. obediētia vero hꝫ generalē materiam vt dictū eſt. ⁊ ideo ſi aliquis obedientiam abſolute voueret in oibus eſſet confuſio religionum: qꝛ idem teneretur ſeruare vnus quod alter. ⁊ ideo votum obedientie determinatur ſm certam regulam non eſt autem ſimile de aliis duobus votis. ¶ Ad quartum dōꝫ: ꝙ ꝙꝫuis ſubditus nō habeat iudicare de precepto prelati: habet tamen iudicare de actu pꝛopꝛio in his duntarat in quibus prelato ex oꝛdine prelatōis ſubditus non eſt. ⁊ ideo non opꝫ ꝙ in omnibus obediat: imo neceſſe eſt ꝙ in quibuſdā non obediat. ¶ Ad quintū dōm: ꝙ illi qui obedientiā nō profitenꝛ non tenenꝛ in oibus obedire ſpiritualibus prelatis: niſi in illis que pertinent ad regulam quam in baptiſmo profeſſi ſunt: vt.ſ. abrenunciantes ſathane ⁊ omnibus pompis eius ⁊ xp̄ianam vitam agere profitentes induāt nouum hoiem qui ſm deum creatus eſt. Poſt predicta de ꝯſideratōe ⁊c. Ratio oꝛdinis eſt: qꝛ potentia per actū cognoſcitur. vñ prius de actu peccati determinandū fuit ꝙꝫ de potētia peccandi: ꝙꝫuis potētia actu naturaliter ſit prioꝛ. Utruꝫ potentia peccādi ⁊c. videꝛ debuiſſe dicere potentie peccandi pluraliter: qꝛ actibus plurium potentiarū peccare ꝯtingit. Sed dōm ꝙ nulla potentia habet ꝙ eliciat actum peccati: niſi in ꝙꝫtum eſt voluntas vl̄ a voluntate mota. ⁊ ideo vna potentia eſt ſm quam primo peccatum ineſt.ſ. voluntas vel lib. ar. Mala voluntas nō a deo ⁊c. hoc verum eſt ſi ſumatur voluntas pꝛo actu voluntatis: nō autem ſi ſumatur pꝛo potentia que eſt pꝛincipium actus. ⁊ lō ſilitudo nulla eſt per quā a ſili de potentia concludere voluit. Sꝫ plibus ſcōꝝ teſt. ⁊c. videtur ꝙ ꝓbatio magiſtri nihil valeat: qꝛ auctoꝛitates ſeqtentes non loqunꝛ ō potentia peccandi: ſed de poteſtate prelationis. Sed

dōm ꝙ in ptāte ꝑlationis que hitualis potentia ē in
cluditur ēt habitualis ptās peccandi:quia ꝑpter po
teſtatem p̄lationis multa peccata p̄lati facere poſ
ſunt que non poſſunt ſi p̄lati non eſſent. Per me
reges ⁊c. Que ſit differentia inter regem ⁊ tyrānum
ex dictis in tertio articulo prime queſtionis apparet
Sed ſciendum eſt Apo. ibi loqui ⁊c. videt̄ ꝙ ſolutō
magiſtri ſit inſufficiēs:q: ſuperius oſtēdit ēt ptātem
nocēdi quā diabolus hʒ a deo eſſe:⁊ ita videtur ꝙ ſi
ptāti eſt obediendū:q: poteſtas a deo ꝙ etiā diabolo
ſit obediendum. Sʒ dōm ꝙ p̄ocul dubio auctoritas
apoſtoli tm̄ de poteſtate p̄lationis intelligit̄ cuiuſ
modi poteſtatem ſup̄a hoīes diabolus nō hʒ niſi in
q̄ntum cū eo quaſi ſedus in eum conſentiētes ei per
peccatū ſūt ſerui eius effecti. ſed hoc pactū illicitum
eſt. ⁊ ideo ex hoc non acquiritur debitum obediendi
ſed pactum frangendum eſt. Iſaie. xxviii. Pactum
veſtrum cum inferno nō ſtabit. vnde nō oʒ vt omni
poteſtati que a deo ſit obediatur:ſed ei tm̄ que a deo
eſt ad hoc inſtituta vt ſibi debita obedientia impen
datur cuiuſmodi eſt ſola p̄lationis poteſtas. Con
temne poteſtatem timendum ⁊c. Ex hoc videt̄ ꝙ ſit
magis obediendū maiori poteſtati q̄ꝫ minori. ſʒ hoc
videt̄ eſſe falſum:quia in quibuſdam magis obedit̄
vni q̄ꝫ alteri. ⁊ in quibuſdam minus:ſicut in quibuſ
dam plus patri q̄ꝫ duci exercitus. ⁊ in quibuſdā plus
duci exercitus q̄ꝫ pr̄i: vt in. ix. ethi. dr̄. ḡ ſequet̄ ꝙ idē
eodem ſit maior ⁊ minor. ❡ Pre. archiepī poteſtas
eſt maior q̄ꝫ ptās epī:ſed in quibuſdā plus tenentur
obedire ſubditi ſuis epiſcopis q̄ꝫ archiepīs. ergo nō
ſemꝑ maiori poteſtati eſt obediēdū magis. ❡ Pre.
abbates mōaſteriorū ſubdūtur epīs cū n̄ ſint exempti
ergo poteſtas epiſcopi eſt maior q̄ꝫ poteſtas abbatis
ſed monachus tenetur plus obedire abbati q̄ꝫ epiſco
po. ergo non ſemper maiori poteſtati obediendum ē
magis. ❡ Pre. poteſtas ſpiritualis eſt altior q̄ꝫ ſecu
laris. ſi ergo maiori poteſtati magis eſt obediendum
p̄latus ſpiritualis ſemper abſoluere poterit a p̄e
cepto poteſtatis ſecularis:quod eſt falſum. ❡ Rn̄o
dō:ꝙ poteſtas ſuperior ⁊ inferior duplr̄ poſſunt ſe ha
bere. aut ita ꝙ inferior poteſtas ex toto oriatur a ſupe
riori. ⁊ tunc tota virtus inferioris fundatur ſup̄a vir
tutem ſuperioris. ⁊ tunc ſimpliciter ⁊ in oībus eſt ma
gis obediendum poteſtati ſuperiori q̄ꝫ inferiori:ſicut
etiam in naturalibus cauſa prima plus influit ſup̄a
cātum cauſe ſecunde q̄ꝫ etiam ipſa cauſa ſecunda:
vt in lib. de cauſis dicitur. ⁊ ſic ſe habet poteſtas dei
ad omnem poteſtatem creatam:ſic etiam ſe habʒ po
teſtas imperatoris ad poteſtatem proconſulis: ſic ēt
ſe hʒ ptās pape ad oēm ſpūalem poteſtatem in eccle
ſia:q: ab ipſo papa gradus dignitatum diuerſi in ec
cleſia ⁊ diſponuntur ⁊ ordinantur. vnde eius pote
ſtas eſt quoddam eccleſie fundamentū vt pʒ Mat.
xvi. ⁊ ideo in oībus magis tenemur obedir̄ pape q̄ꝫ
epīs vel archiepīs:vel monachus abbati abſq; vlla
diſtinctione pōt iterum poteſtas ſuperior ⁊ inferior
ita ſe habere ꝙ ambe oriantur ex vna q̄dā ſup̄ma po
teſtate q̄ vnā alteri ſubdit ſm̄ ꝙ vult ⁊ tūc vna nō eſt
ſuperior altera niſi in his in qb⁹ vna ſupponit̄ alii a
ſup̄ma ptāte:⁊ in illis eſt tm̄ magis obediendū ſupe
riori q̄ꝫ inferiori:⁊ hoc modo ſe hn̄t ptās epī ⁊ archi
epī deſcēdentes a pape ptāte. ❡ Ad primū ḡ dōm:
ꝙ nō eſt incōueniēs p̄rem eē ſuperiorē ī reb⁹ familia
ribus:⁊ ducē in rebus bellicis:ſed ei qui ī oībus ſupe
rior eſt. ſ. deo ſimpliciter ē magis obediendū ⁊ ei qui
vices dei gerit plenarie. ❡ Ad ſcd̄m dōm:ꝙ in illis
in qbus magis obediendū eſt epō q̄ꝫ archiepō: archi
epſ nō eſt ſuperior epō:ſed tm̄ in caſibus determina
tis a iure in qbus ab epō recurritur ad archiepm̄.
❡ Ad tertiū dōm:ꝙ monachus magis tenetur obe
dire abbati q̄ꝫ epiſcopo in illis que ad ſtatuta regule
pertinent. in his autem que ad diſciplinam eccleſia
ſticam pertinent magis tenetur epiſcopo:q: ihis ab
bas eſt epiſcopo ſuppoſitus. ❡ Ad quartum dōm:ꝙ
poteſtas ſpūalis ⁊ ſecularis vtraq; deducitur a po
teſtate diuina. ⁊ ideo in tm̄ ſecularis poteſtas ē ſub ſpi
rituali inquantum eſt ei a deo ſuppoſita. ſ. in his que
ad ſalutem anime pertinent. ⁊ ideo in his magis eſt
obediendum poteſtati ſpirituali q̄ꝫ ſeculari. in his āt
que ad bonum ciuile pertinent eſt magis obediendū
poteſtati ſeculari q̄ꝫ ſpirituali ſʒ illō Mat. xxii. Red
dite que ſunt ceſaris ceſari ⁊c. niſi forte poteſtati ſpi
rituali etiam ſecularis poteſtas coniungatur:ſicut in
papa qui vtriuſq; poteſtatis apicem tenet. ſ. ſpūalis
⁊ ſecularis hoc illo diſponente qui ē ſacerdos ⁊ rex.
ſacerdos in eternum ſm̄ ordinem melchiſedech. rex
regum ⁊ dominus dominantium cuius poteſtas non
auferetur ⁊ regnum non corrumpetur in ſecula ſecu
lorum amen.

Finis.

❡ Explicit ſcriptum Angelici doctoris ſancti Tho
me aquinatis ordinis predicatorum in ſecundū ſen
tentiarum:accuratiſſime emendatum:per venerabi
lem patrem fratrem Paulum Soncinatem ex eo
dem ordine ſacrarum litterarum perſpicaciſſimum
baccalariū: Nec nō diligentiſſime reuiſum:p vene
rabilē patrē fratrē Marcū de Beneuento ordinis
ſancti Benedicti congregatiōis Celeſtinorū:artiū ba
calariū. Impreſſum Bononie impenſis Benedicti
Hectoris bononienſis. Anno xp̄i M. cccclxxxxiiii.
die vigeſimo ſeptimo madii. Joane bentiuolo ſcd̄o
reipu. Bononienſis habenas feliciter moderante.

Laus Deo.

# Tituli. Articulorum.

¶ Incipiunt tituli ſeu articuli ſecundi libri ſententiarum.


Diſtinctione prima.

Utrum ſint plura prima principia.
Utrum a deo poſſit aliquid exire per creationem.
Utrum creare conueniat etiam aliis q̃ deo.
Utrum aliquid aliud a deo efficiat aliq̃ rem.
Utrum mundus ſit eternus.
Utrum conuenienter exponatur in principio deum creaſſe.i.in filio.
Utrum conuenienter dicatur in principio temporis.
Utrum conuenienter dicatur in principio.i.ante oia
Utrum perfecte pō Ariſto.tangatur in littera.
Utrum deo competat agere propter finem.
Utrum creature ſint propter dei bonitatem.
Utrum omnia ſint facta propter hominem.
Utrum anima rationalis debuit uniri corpori.
Utrum anima humana tali corpori debuerit uniri.

Diſtinctionē ſecunda.

Utrum euum ſit idem quod eternitas.
Utrum euum ſit tantum unum.
Utrum duratio angeli ante mundum inceperit.
Utrum celum empireum ſit corpus.
Utrum celum empireum ſit lucidum.
Utrum celum empireum habeat influentiam ſupra alia corpora.

Diſtinctione tertia.

Utrum angelus ſit compoſitus ex materia ⁊ forma.
Utrum in angelis poſſit eſſe perſonalitas.
Utrum in angelis poſſit eſſe numerus.
Utrum ſint plures angeli unius ſpeciei.
Utrum angeli reducantur in unum genus.
Utrum angelus ⁊ anima ſpē differant.
Utrum angelus in principio ſue creationis potuerit eſſe bonus.
Utrum angelus cognoſcat res per eſſentiam ſuam vel per ſpecies.
Utrum ſpecies ſuperiorum ſint uniuerſaliores ſpeciebus quas habent angeli inferiores.
Utrum angeli per ſpecies illas pticularia cognoſcāt
Utrum angelus plura ſimul actu intelligat.
Utrum angeli in illo ſtatu innocentie deum ſupra ſe ⁊ plus q̃ ſe dilexerint dato ꝙ in gratia creati non ſint.

Diſtinctione quarta.

Utrum angeli creati ſint beati.
Utrum angeli ſuam miſeriam vel beatitudinem preſciuerint.
Utrum angeli creati ſint in gratia.

Diſtinctione quinta.

Utrum in angelis potuit eſſe peccatum.
Utrum angelus dei equalitatem appetierit.
Utrum primum peccatū angeli fuerit in genere ſuperbie.
Utrum angeli indiguerint appoſitione alicuius gratie vt conuerterentur ad deum.
Utrum angeli ſuam beatitudinem meruerint.

Diſtinctione ſexta.

Utrum lucifer fuerit ſupremus omnium.
Utrū peccatū pmi angeli fuerit occaſio peccādi aliis.
Utrum conuenienter aſſignetur locus ipſis angelis poſt caſum.
Utrum in demonibus ſit ordo.
Utrum demones qui a ſanctis vincuntur retrudantur in infernum.

Diſtinctione ſeptima.

Utrum boni angeli poſſint peccare.
Utrum demones poſſint bonum facere ⁊ non ſint obſtinati in malo.
Utrum angeli vigeant acumine ſcientie.
Utrum per demones diuinatio fieri poſſit.
Utrum poſſint aliquos veros effectus facere in materia corporali.
Utrum eorum auxilio et conſilio vti liceat.

Diſtinctione octaua.

Utrum angeli habeant corpora naturaliter vnita.
Utrum angeli corpora aſſumant.
Utrum angeli aſſumant corpora illa ſecundum veritatem.
Utrum angeli in corporibus aſſumptis commedere poſſint.
Utrum demones intra corpora hominū eſſe poſſint.
Utrum ipſe deus in corporalibus figuris apparuit.

Diſtinctione nona.

Utrum Dyoniſius competenter diffinit hierarchiā
Utrum vnus angelus alium purget.
Utrum cōuenienter diuidatur angelica hierarchia.
Utruȝ conuenienter diſtinguantur nomina angeloꝝ.
Utrum omnes angeli vnius ordinis ſint equales.
Utrum omnes hierarchie ſint connexe.
Utrum diſtinctio ordinum ſit a natura.
Utrum homines aſſumantur ad ordines angelorū.

Diſtinctione decima.

Utrum omnes angeli aſſiſtant.
Utrum omnes angeli in miniſterium mittantur.
Utrum omnes angeli ſecunde hierarchie mittātur.
Utrum angeli per executionem miniſterii a contemplatiōe tardētur.

Diſtinctione vndecima.

Utruȝ angeli hominibus ad cuſtodiam deputentur.
Utrum cuſtodire pertineat ad omnes ordines tertie hierarchie.
Utrum angeli omnibus hominibus ad cuſtodiam deputentur.
Utrum angelus quandoqȝ relinquat hominem cui deputatus eſt ad cuſtodiendum.
Utrum angeli doleant de dānatione hominum quos cuſtodiunt.
Utrū angeli proficiant in cognitione dei.
Utruȝ angeli inferiores proficiant in cognitiōe aliarum rerum per illuminationem ſuperiorum.
Utrum accreſcat eis aliqua cognitio per mutuam loquutionem.
Utrum miniſterium incarnationis per homines didicerint.
Utrum inter eos ſit pugna ⁊ contradictio.
Utrum ordinum diſtinctio maneat poſt diē iudicii.

Diſtinctione duodecima.

Utrum omnium corporalium ſit vna materia.
Utrū oia corpa ſint ſimul creata ⁊ ſpēbꝰ ſuis diſtincta.

Utrum ſecundum expoſitionem beati Augu. dierū diſtinctio ſaluetur.
Utrum prima materia informis erat.
Utrum conuenienter aſſignentur quatuor coeua.

Diſtinctione .xiii.

Utrum poſt opus creationis diſtinctionis opus neceſſarium fuerit.
Utrum lux proprie in ſpiritualibus inueniatur.
Utrum lux ſit accidens reale.
Utrum conuenienter lucis productio recitetur.
Utrum pater faciat omnia per filium.

Diſtinctione .xiiii.

Utrum ſupra firmamentum ſint alique aque.
Utrum firmamentum de natura inferiorum corporum ſit.
Utrum motus celi ſit ab intelligentia.
Utrū ꝯuenienter a rabano celoꝝ numerus aſſignet.
Utrum conuenienter opus tertie diei deſcribatur.

Diſtinctione .xv.

Utrum conuenienter ſtellarum productio deſcribat.
Utrum corpora celeſtia habeant aliquem effectum in iſtis inferioribus.
Utrum corpora celeſtia habeant cauſalitatem ſuper motus li.ar.
Utrum verum eſt quod dicitur quedam animalia ex aquis: quedam ex terris materiam ſumpſiſſe.
Utrum conuenienter ornatus triū elementorum deſcribatur.
Utrum deus conſumauerit .vii. die opus ſuum.
Utrum conuenienter dicatur deū die .viii. requieuiſſe.
Utrum deus diem .vii. pre aliis ſanctificare debuit.

Diſtinctione .xvi.

Utrū in aliqua creatura ymago dei inueniri poſſit.
Utrum tantum in rationabilibus creaturis ymago inueniatur.
Utrū ī illis in quibus inuenitur equaliter inueniat.
Utrum conuenienter ymago ⁊ ſimilitudo in littera diſtinguantur.

Diſtinctione .xvii.

Utrum anima humana ſit de eſſentia diuina.
Utrū anima humana ſit ex aliqua materia ꝯſtituta.
Utrum ſit vnus intellectus in omnibus hominibus.
Utrum anima humana ſit extra corpus creata.
Utrum corpus celeſte ſit de compoſitione corporis humani.
Utrum paradiſus ſit locus corporalis.

Diſtinctione .xviii.

Utrum corpus mulieris de coſta viri factū fuerit.
Utrum conuenienter dicatur rationes ſeminales deus indidiſſe.
Utrum omnia que preter rationes ſeminales fiunt mirabilia ſint.
Utrum anima humana ſit ex traduce.
Utrum anima rationalis procedat a deo mediantibus angelis.
Utrum anima ſenſibilis ſit ex traduce.

Diſtinctione .xix.

Utrū anima humana maneat corrupto corpore vel corrumpatur.
Utrum homo in ſtatu innocentie fuerit immortalis ſecundum corpus.
Utrum homo in ſtatu innocentie fuerit impaſſibilis.
Utrum ſuppoſito ꝙ ſic vtrum huiuſmodi impaſſibilitas fuerit per gratiam.
Utrum illa immortalitas ſit eadem cum immortalitate reſurgentium.

Diſtinctione .xx.

Utrum in primo ſtatu fuiſſet generatio.
Utrum in primo ſtatu fuiſſet generatio per coitum.
Utrum homines in ſtatu illo ſtatim nati omnem perfectionem corporis habuiſſent.
Utrū pueri mox nati perfecti in cognitione fuiſſent.
Utrum in ſtatu innocentie pueri in gratia nati fuiſſent.

Diſtinctione .xxi.

Utrum deus temptet.
Utrum omnis tentatio paſſiue accepta cum peccato ſit.
Utrum tentatio ſit appetenda.
Utrum conuenienter deſcribatur progreſſus tentationis.
Utrum peccatum ade grauius fuerit omnibus aliis peccatis.
Utrum Adam in primo ſtatu ante potuit peccare venialiter ꝙ̄ mortaliter.

Diſtinctione .xxii.

Utrum primum peccatum hominis fuerit ſuperbia.
Utrum peccatum hominis fuerit in hoc ꝙ appetiit eē ſicut deus.
Utrum mulier grauius ꝙ̄ vir peccauerit.
Utrum ignorantia ſit peccatum.
Utrum ignorantia excuſet peccatum.

Diſtinctione .xxiii.

Utrum deus potuerit conferre alicui nature create vt peccare non poſſit.
Utrum deus debuit permittere hominem tentari ⁊ peccare.
Utrum Adam deum per eſſentiam viderit.
Utrum rerum omnium ſcientiam habuit.
Utrum Adam in primo ſtatu potuerit falli.

Diſtinctione .xxiiii.

Utrum li.ar. ſit potentia vel habitus.
Utrum libe. arbi. nominet vnam potentiam vel plures.
Utrum li.ar. ſit potentia diſtincta a voluntate ⁊ ratione.
Utrum Adam in primo ſtatu per li.ar. poterat peccatum vitare.
Utrum conuenienter notificatur ſenſualitas.
Utrū ratio ſuperior ⁊ inferior ſint vna potentia vel diuerſe.
Utrum ſinderesis ſit potentia vel habitus.
Utrum conſcientia ſit actus.
Utrum ſufficienter diſtinguātur in littera motus ſenſualitatis.
Utrū motus ſenſualitatis poſſit eſſe peccatum.
Utrum in ratione poſſit eſſe peccatum.
Utrum delectatio rationis inferioribus aliquo modo poſſit eſſe peccatum mortale.
Utrum in ratione ſuperiori poſſit eſſe peccatum veniale.
Utrum veniale poſſit fieri mortale.

Diſtinctione .xxv.

Utrum li.ar. ſit in deo.
Utrum li.ar. cogi poſſit.
Utrum li.ar. ad omnia opera bōa ſe extendat.
Utrum li.ar. augeatur vel minuatur.
Utrum li.ar. conuenienter diſtinguatur.

Diſtinctione .xxvi.

Utrum gratia ponat quid creatum in anima.
Utrum gratia ſit ſb̃a vel accidens.
Utrum gratia ſit in potentia anime ſicut in ſb̃o.
Utrum gratia ſit virtus.
Utrum gratia conuenienter per operantē ⁊ coope rantem diuidatur.
Utrum gratia in anima multiplicetur.

Diſtinctione.xxvii.

Utrum virtus ſit habitus.
Utrum Aug. conuenienter virtutem diffiniat.
Utrum aliquis poſſet ex condigno vitam eternā mereri.
Utrum quis gratiam mereri poſſit.
Utrum aliquis augmentum gratie poſſit mereri.
Utrum vnus poſſit alteri pꝛimam gratiā pꝛomereri.

Diſtinctione.xxviii.

Utrum homo ſine gratia aliqđ bonum facere poſſit.
Utrum homo ſine gratia poſſit peccatum vitare.
Utrum homo ſine gratia poſſit omnia mandata legis implere.
Utrum hō ſine gratia poſſit ſe pꝛeparare ad gratiā.
Utrum homo ſine gratia poſſit cognitionem veritatis habere.

Diſtinctione.xxviiii.

Utrum homo in ſtatu innocentie gratia indiguerit.
Utrum homo ante peccatum gratiam habuerit.
Utrum homo in pꝛimo ſtatu tantū de gratia habuiſſet quātum poſt peccatum.
Utrum actus humani ante peccatum fuiſſent efficacioꝛes ad merendum.
Utrum pena hominis conuenienter determinetur pꝛo peccato pꝛime tranſgreſſionis.

Diſtinctione.xxx.

Utrum defectus quos ſentimus ſint nobis quaſi pena pꝛo peccato.
Utrum defectus aliquis ex pꝛimis parētibus in nos deuenire poſſit.
Utrum concupiſcentia ſit oꝛiginale peccatum.
Utrum alimentum in veritatem humane nature cōuertitur.
Utrum ſemen ex alimento deſcendat.

Diſtinctione.xxxi.

Utrum per traductionem carnis oꝛiginale peccatū traducatur.
Utrum neceſſarium ſit omnes homines in peccato oꝛiginali naſci.
Utrum oꝛiginale peccatū ſit in eſſentia anime ſicut in ſb̃o vel in aliqua potentia eius.
Utrum vis generatiua pꝛe aliis viribus infecta ſit.

Diſtinctione.xxxii.

Utrum culpa oꝛiginalis per baptiſmum ſoluatur.
Utrum pena oꝛiginalem culpam conſequens poſt baptiſmum remaneat.
Utrum oꝛiginalis concupiſcentia in quibuſdam maioꝛ ⁊ in quibuſdam minoꝛ inueniatur.
Utrum infectio oꝛiginalis a deo ſit.
Utrum diuinam ſapientiam deceat ꝙ hoc modo ꝑmittat animam maculari.
Utrum anime ex ſua creatione ſint inequales.

Diſtinctione.xxxiii.

Utrum ex pꝛoximis parentibus aliquis contrahat maculam oꝛiginalem.
Utrum culpa pꝛoximoꝝ parentū in filios redūdet.
Utrum oꝛiginale peccatum ſit vnum vel multa.
Utrum peccato oꝛiginali poſt moꝛtem debeatur ſenſibilis pena.
Utrum pueri non baptizati afflictionem ſpirituale in anima ſentiant.

Diſtinctione.xxxiiii.

Utrum malum ſit.
Utrum malum ſit ens ſicut natura quedam.
Utrum bonum poſſit eſſe cauſa mali.
Utrum malum eſt in bono ſicut in ſb̃o.
Utrum per malum totum bonum coꝛrumpatur.

Diſtinctione.xxxv.

Utrum malum ſufficienter per penam ⁊ culpam diuidatur.
Utrum conuenienter peccatum vel culpa in littera diffiniatur.
Utrum omne peccatum in actu conſiſtat.
Utrum peccatum conſiſtat in exterioꝛi actu.
Utrum per peccatū fiat coꝛruptio in potentiis aīe.

Diſtinctione.xxxvi.

Utrum vnū peccatū poſſit eſſe cā alterius peccati.
Utrum paſſio poſſit dici peccatum.
Utrum peccatum poſſit eſſe pena peccati.
Utrum omnis pena pꝛo aliqua culpa i hoīe ſit.
Utrum conuenienter ponatur diſtinctio bonoꝛum.

Diſtinctione.xxxvii.

Utrum peccatum ſit ſb̃a vel natura aut res quedā.
Utrum omne quod eſt quocūꝗ modo ſit a deo ſit.
Utrum deus ſit cauſa ipſius peccati abſolute.
Utrum deus ſit cauſa actiōis in qua defoꝛmitas culpe conſiſtit.
Utrum deus ſit cauſa pene.
Utrū malū per pꝛius dicatur de culpa ꝙ̃ de pena.

Diſtinctione.xxxviii.

Utrum omnium rectarum voluntatum ſit tantum vnus finis.
Utrum finis cōis ⁊ vnus rectarū voluntatū poſſit eſſe charitas vel beatitudo.
Utrum intentio ſit aliquid voluntatis.
Utrum ſit vnus actus volūtatis qui eſt de fine ⁊ de his que ſunt ad finem.
Utrum voluntas habeat ſuam bonitatem ex fine.

Diſtinctione.xxxix.

Utrum in voluntate poſſit eſſe peruerſitas peccati.
Utrum in actibus aliarum potentiarum poſſit eſſe peccatum.
Utrum homo velit bonum naturaliter.
Utrum motus ſit idem quo homo vult bonum naturaliter ⁊ quo vult malum.
Utrum ſuperioꝛ ſcintilla rationis poſſit errare.
Utrum conſcientia poſſit errare.
Utrum conſcientia errans obliget.

Diſtinctione.xl.

Utrum bonum ⁊ malum ſint eſſentiales differentie actionis.
Utrum ex voluntate actio ſit iudicanda bona vel mala.
Utrū actus exterioꝛ addat aliquid de bonitate vel malitia ſupꝛa bonitatem vel malitiam voluntatis.
Utrum eadem actio ſit bona vel mala.
Utrum actio indifferens inueniatur in actibus humanis.

Diſtinctione.xli.

Utrum fidei ſit vniuerſaliter intentionem dirigere.
Utrum actus infidelis hominis bonus eſſe poſſit.
Utrum peccatum ſit voluntarium.
Utrum omne peccatum ſit in voluntate.

# Tituli. Articulorum.

Diſtinctione.xlii.

Utrum voluntas ⁊ actus ſint duo peccata.
Utrum poſt actum peccati reatus remaneat.
Utrum peccatum diuidatur per mortale ⁊ veniale.
Utrum veniale peccatum a mortali diſtinguatur.
Utrum peccatum mortale ⁊ veniale differant ꝑ penam eternam ⁊ temporalem.

Diſtinctione.xliii.

Utrum ſit aliquod peccatum in ſpiritum ſanctum.
Utrum peccatum in ſpiritum ſanctum ſit determinatum genus peccati.
Utrum conuenienter aſſignentur ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum.
Utrum peccatum in ſpiritū ſanctū ſit irremiſſibile.
Utrum aliquis in primo actu peccati poſſit peccare in ſpiritum ſanctum.
Utrum Adam in ſpiritum ſanctum peccauerit.

Diſtinctione.xliiii.

Utrum potentia peccandi ſit.
Utrum omnis prelatio a deo ſit.
Utrum in ſtatu nature integre prelatio fuiſſet.
Utrum obedientia ſit virtus.
Utrum chriſtiani teneantur obedire ſecularibus poteſtatibus ⁊ precipue tirannis.
Utrum obedientiā profeſſi teneantur ſimpliciter obedire prelatis ſuis.

FINIS.

¶ Expliciūt tituli articulorū Sācti Thome de aquino ordinis predicatorum ſuper ſecundum ſententiarum.

# Regiſtrum huius operis

a
prima alba.
Incipit liber
beri arbitrii
incipit ſecundus
b
ad eſſe
poſſibile.
ei ſecundarius
ſalomonis
c
materia ſit
tertio attributo
illud quoqꝫ
lectus aut
d
impeditiua
mines nimis
pore per
eſſe quia
e
vt manentes
in remota
organis ad
ſuccedens
f
Di. decima
ti miniſtrent
li per executionem
g
telligibilis
cta ⁊ ordinata
opus ſuum
h
rexiſſet pater
ductione
ratione aliarum
i
ad productionem
ſeptimo opera
k
operibu
in tertio
l
verſe alii
ex intentionibus
ſis habetur
ſubiectum in
m
materialibus
formas eſſe
animalia
n
ſitis naſcentes
catum delectatio
⁊ prudens
o
ꝙ quandoqꝫ
⁊ etia
dammodo deo
p.
dictum eſt
efficaciter
ti niſi cum
q
⁊ mulierem
cati curuitas
r
peccandi ⁊
lum quia
Ad quartum
s
preueniens
vnde eadem
demuneribus
t
fides vel
ſed ſingula
u
Ad primum
ꝗꝫ ante
quidem adam
auctoritate
x
uere patris
lege peccati
tus generationis
y
ex conſuetudine
ꝗꝫ alius
vel conſcientie
z
aliud quod
Ad ſecundum
partem materie
⁊
in actu aliquo
ꝙ homo per
peccata eſſe
Ad primum
ɔ
tur natum
autem putant
tum ⁊ eſt
ꝶ
lumine fidei
ſit directe
lum eſſe
A
poſſit eſſe
ommiſſio in
que ex
B
ſecundum illud
poſita magnanimi
ctio eſt in
C
Poſt predicta
ad ſupplendum
ſi ſicut dictum

Ex. completo com 152 fls.